BIBLIOTECA
PADRI
SCUOLA AP.
PROV. ROM.
3 C P
/ 10

ITALIA-ESPAÑA

GUÁRDESE COMO

JOYA PRECIOSA

EX-LIBRIS
M. A. BUCHANAN

XIII
42



LETTERE

DI

M. T. CICERONE

VOL. X.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLAE QVAE EXSTANT OMNES

ITEM

QVAE VVLGO CICERONIS ET M. BRVTI FERVNTVR MVTVAE EPISTOLAE

TEMPORVM ORDINE DISPOSITAE

CVRANTE

FRANCISCO BENTIVOGLIO

AMBROSIANI COLLEGII DOCTORE

VOL. X.

MEDIOLANI

APVD A. F. STELLA ET FILIOS

M. D. CCC. XXXI

LETTERE
DI
M. T. CICERONE
DISPOSTE
SECONDO L'ORDINE DE' TEMPI

TRADUZIONE
DI
ANTONIO CESARI
P. O.
CON NOTE

VOL. X.

BIBL. COLL. - P. P. - MONDRAGONE

MILANO
PRESSO A. F. STELLA E FIGLI
M. D. CCC. XXXI

Excudebat Societas typographica Classicorum Italiae Scriptorum.

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE

DCCXC. (Ad Div. XII, 24)

Argumentum. 1 Vt omni cura in rem publ. incumbat, hortatur. 2 De legatis scribit ad Antonium missis. 3 Pinarium commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, ineunte Ianuario.
C. Vibio Pansa, A. Hirtio Coss.

M. T. CICERO S. P. D. CORNIFICIO

1 Ego nullum locum praetermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem [1]. Sed mea studia erga te et officia malo tibi ex tuorum literis, quam ex meis, esse nota. Te tamen hortor, ut omni cura in rem publicam incumbas. Hoc est animi, hoc est ingenii [2] tui, hoc eius spei, quam habere debes, amplificandae dignitatis tuae.

2 Sed hac de re alias ad te pluribus. Quum enim haec scribebam, in exspectatione erant omnia. Nondum Legati [3] redierant, quos Senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum

LETTERE
DI
M. TULLIO CICERONE

DCCXC. (A Div. XII, 24)

Argomento. 1 Lo esorta ad adoprarsi con tutto l'impegno per la Repubblica. 2 Racconta degli ambasciatori spediti ad Antonio; 3 raccomanda Pinario.

Scritta a Roma l'anno DCCX, al cominciar di Gennaio, essendo consoli C. Vibio Pansa ed A. Irzio.

M. T. CICERONE A CORNIFICIO S.

1 Io non mi lascio sfuggir mai (chè nol debbo), il destro non solo di lodarti, ma sì anche di farti onore; se non che m'è più caro che tu risappi anzi dalle lettere de' tuoi, che dalle mie le mie premure e i miei servigi a tuo rispetto. Pure ti fo ressa d'adoperarti a tutt'uomo per la Repubblica; chè ciò è voluto dal tuo animo ed ingegno, e da quella speranza, che ti convien avere, di aggrandire la tua dignità.

2 Ma su di questo più a lungo un'altra volta; perocchè mentr'io ti sto scrivendo, ogni cosa è in pendente. Non son ritornati per anco gli ambasciatori [1], mandati dal Senato non a chieder pace, ma a dichia-

miserat, nisi legatorum nuntio paruisset [4]. Ego tamen, ut primum occasio data est, meo pristino more rem publicam defendi [5]: me principem senatui populoque Romano professus sum; nec postea, quam suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendae salutis libertatisque communis. Sed haec quoque te ex aliis malo [6].

3 T. Pinarium, familiarissimum meum, tanto tibi studio commendo, ut maiore non possim. Cui quum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. Is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri [7], quem et tu multum amas, et ego omnium plurimum. Ea [8] tibi ego non debeo commendare, sed commendo tamen. Facies [9] igitur, ut ex Pinarii, gratissimi hominis, literis tuum et erga illum et erga Dionysium studium perspiciamus.

DCCXCI. (Ad Div. XI, 8)

Argumentum. De legatis ad Antonium de pace missis; quaeque sit omnium de Bruto exspectatio ad libertatem recuperandam, perscribit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, ineunte Ianuar.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DES.

Eo tempore Polla tua [1] misit, ut ad te, si quid vellem, darem literarum, quum, quid [2] scriberem,

rar guerra, quando egli non ubbidisse alla lor ambasciata. Io non per tanto, appena mi si diè l'acconcio, ho difesa la Repubblica giusta l'uso mio primiero; sonmi protestato capo del senato e popolo romano; nè, dacchè mi sono addossata la causa della libertà, ho lasciat' ire un minuto indarno per provvedere alla salute e libertà del comune. Ma anche questo amo meglio tel dica altri.

3 Ti raccomando del miglior modo ch' io sappia Tito Pinario [2], mio intrinseco, a cui mi legano in amistà oltre tutte le sue virtù, anco gli studi comuni. Egli è procuratore dei conti ed affari del nostro Dionisio [3], al quale tu porti amore, ed io glien porto sopra tutti. Nol dovrei, ma pur io te li raccomando: fa dunque opera che dalle lettere di Pinario (persona gratissima) sia palese la tua premura per lui e per Dionisio.

DCCXCI. (A Div. XI, 8)

Argomento. Scrive intorno agli ambasciatori mandati ad Antonio per la pace; e ciò che comunemente si aspetti da Bruto pel ricupero della libertà.

Scritta a Roma l'anno DCCX, al cominciar di Gennaio.

M. CIC. A DEC. BRUTO IMP. E CONS. DESIG. S.

Allorquando la tua Polla [1] mi mandò dire ch' io se volessi ti scrivessi qualche lettera, non avea punto che

non habebam. Omnia enim erant suspensa propter exspectationem Legatorum; qui quid egissent, nihildum nuntiabatur [3]. Haec tamen scribenda existimavi: primum, S. P. Q. R. [4] de te laborare non solum salutis suae causa, sed etiam dignitatis tuae. Admirabilis enim est [5] quaedam tui nominis caritas, amorque in te singularis omnium civium. Ita enim sperant atque confidunt, ut antea rege [6], sic hoc tempore regno te rem publicam liberaturum. Romae delectus habetur, totaque Italia; si hic delectus appellandus est, quum ultro se offerunt omnes: tantus ardor occupavit animos hominum [7] desiderio libertatis, odioque diutinae servitutis. De reliquis rebus a te iam exspectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster Hirtius, quid Caesar meus [8]: quos spero brevi tempore societate victoriae tecum copulatos fore. Reliquum est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum literis et spero et malo cognoscere: me neque deesse ulla in re, neque umquam defuturum dignitati tuae.

DCCXCII. (Ad Div. XII, 4)

Argumentum. Antonium cum Caesare interfectum haud fuisse queritur. De senatu, de populo, de legatis ad Antonium; de Dolabellae conatu Syriam occupandi scribit.

scriverti; perchè tutto era in bilico, aspettandosi i legati [2], di cui non s' era ancora udita nuova che s'avesser fatto. Tuttavia questo pensai doverti scrivere: la prima, che il senato e popolo romano è in angustie de' fatti tuoi, non solo per rispetto alla sua salvezza, ma eziandio riguardo alla tua dignità. Chè in vero è una meraviglia una cotal affezione al tuo nome, ed un amor singolare di tutti i cittadini per te; stando essi a buona speranza che tu libererai la Repubblica, come prima dal re, ora dal regno. Si levan genti in Roma e in tutta Italia; se pur deesi chiamar leva, quando tutti s'offrono da sè: tanto fuoco ha messo in petto degli uomini il desiderio di libertà e l' odio d' una lunga servitù. Delle altre cose noi dobbiamo aspettar lettere da te, intorno a quel che tu facci, e quel che si faccia Irzio e il mio Cesare; i quali spero che in breve s' accompagneran teco nella società della vittoria. Rimane ch' io ti scriva circa a me quello che io spero e amo meglio risappi dalle lettere de' tuoi; ch' io cioè non vengo nè verrò mai meno in niuna cosa del mondo alla tua dignità.

DCCXCII. (A Div. XII, 4)

Argomento. Si lagna che Antonio non sia stato tolto di vita insieme con Cesare. Scrive del senato, del popolo, dei legati ad Antonio; dello sforzo di Dolabella per occupar la Siria.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Ianuar.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Vellem Idibus Martiis me ad cenam [1] invitasses: reliquiarum nihil fuisset. Nunc me reliquiae vestrae [2] exercent, et quidem praeter ceteros me. Quamquam egregios consules habemus, sed turpissimos consulares; senatum fortem, sed infimo quemque honore fortissimum [3]. Populo vero nihil fortius, nihil melius, Italiaque universa. Nihil autem foedius Philippo et Pisone [4], legatis, nihil flagitiosius; qui, quum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res denuntiarent [5], quum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia [6] postulata retulerunt. Itaque ad nos concurritur; factique iam in re salutari populares sumus. Sed tu quid ageres, quid acturus, ubi denique esses, nesciebam. Fama nuntiabat, te isse [7] in Syriam; auctor erat nemo. De Bruto, quo propius est [8], eo firmiora videntur esse, quae nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tam cito succederet, quum tu vixdum triginta dies in Syria fuisses [9]. Itaque constabat [10], eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus et tua et Bruti est, quod exercitum [11] praeter spem existimamini comparasse. Scriberem plura, si rem causamque nossem.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Gennaio.

M. TULLIO CICERONE A C. CASSIO S.

Deh! m'avestu invitato alla cena [1] degli Idi di marzo! non ci sarebbero avanzaticci; e codesti che voi lasciaste indietro mi danno noia, e proprio a me più che agli altri. Chè noi ci abbiamo invero egregi consoli, ma una feccia di consolari; un senato vigoroso, ma i più vigorosi nel posto sezzaio. Il popolo sì che è forte senza pari, e tutta anco l'Italia. Niente poi di più ribaldo che Filippo e Pisone, e i legati in bricconeria passan tutti i termini; i quali, spediti per decreto del Senato ad Antonio per intimargli qualcosa di fermo, non avendo egli ubbidito loro un iota, ce ne recarono spontaneamente delle domande insofferibili. Sicchè fassi capo a me, e già nel fatto della salvezza pubblica io son divenuto popolare [2]. Ma io son al buio di quello che tu facci e che sii per fare, e infine del dove tu sii; bucinasi essere tu ito in Siria, ma niuno il dà per fermo. Di Bruto, che è più presso, sembra che s'abbiano più sicure novelle. Si fa da persone di vaglia un gran biasimare Dolabella [3], perchè ti succeda così di brocco, mentre tu saresti in Siria appena da trenta dì; laonde è chiaro lui non vi si dover ricevere. Tu e Bruto siete messi in cielo, credendosi aver voi accozzato un esercito fuori d'ogni speranza. Sarei più lungo se fossi in chiaro della cosa; quel ch'ora scrivo il traggo dalla

Nunc quae scribo, scribo ex opinione hominum atque fama. Tuas literas avide exspecto. Vale.

DCCXCIII. (Ad Div. X, 28)

Argumentum. Dolet Antonium non una cum Caesare interfectum, qui nunc tantas turbas cieat: deinde suum libertatis recuperandae studium declarat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Febr.

CICERO TREBONIO [1] S.

Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis invitasses! reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum his [2] tantum negotii est, ut vestrum illud [3] divinum in rem publicam beneficium nonnullam habeat querelam [4]. Quod vero a te, viro optimo, seductus est [5], tuoque beneficio adhuc vivit haec pestis; interdum, quod mihi vix fas est, tibi subirascor. Mihi enim negotii plus reliquisti uni, quam, praeter me, omnibus. Vt enim primum post Antonii foedissimum discessum [6] senatus haberi libere potuit, ad illum animum meum reverti pristinum, quem tu cum civi acerrimo, patre tuo, in ore et amore semper habuisti. Nam quum senatum a. d. XIII Kalendas Ianuarias tribuni plebis vocavissent [7], deque alia re referrent: totam rem publicam sum complexus, egi-

pubblica credenza e dalla fama. Stommi agognando tue lettere. A Dio.

DCCXCIII. (A Div. X, 28)

Argomento. Duolsi che con Cesare non sia stato ucciso anche Antonio, che ora suscita sì grandi tumulti; poscia dimostra la propria premura di ricuperare la libertà.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Febbraio.

CICERONE A TREBONIO [1] S.

Oh! quanto avrei bramato che m' aveste invitato a quello squisitissimo banchetto [2] degl'Idi di marzo; non avremmo briciolo di rimasuglio; ma questi ci danno or tanta briga, che c' è d' appuntar un poco quel vostro divin beneficio alla Repubblica. Che poi tu, uomo ottimo, abbi levato del mazzo quella peste, e ch' egli mercè tua viva ancora, io me ne cruccio, il che appena appena mi è lecito alcun tratto con esso te; poichè tu hai lasciato che fare più a me solo che a tutti gli altri. Perocchè come prima si potè liberamente adunar il senato dopo la bruttissima partita d'Antonio [3], io mi son vôlto a quel mio animo di prima, cui tu e tuo padre, cittadino di tutta prova, aveste sempre in bocca ed in amore. Per questo allorchè i tribuni della plebe convocarono il senato ai 20 di dicembre, ed entravano in altri discorsi, io trattai della Repubblica a

que acerrime, senatumque iam languentem et defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque revocavi, magis animi, quam ingenii viribus. Hic dies, meaque contentio atque actio spem primum populo Romano attulit libertatis recuperandae. Nec vero ipse postea tempus ullum intermisi de re publica non cogitandi solum, sed etiam agendi. Quod nisi res urbanas actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem; quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex aliis; a me pauca, et ea summatim. Habemus fortem senatum; consulares partim timidos, partim male sentientes. Magnum damnum factum est in Servio [8]. L. Caesar optime sentit; sed, quod avunculus est [9], non acerrimas dicit sententias. Consules egregii; praeclarus D. Brutus; puer egregius Caesar [10], de quo spero equidem reliqua. Hoc vero certum habeto [11], nisi ille veteranos celeriter conscripsisset, legionesque duae [12] de exercitu Antonii ad eius se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio: nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis praeteriturum fuisse. Haec tibi, etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. Plura scribam, si plus otii habuero.

DCCXCIV. (Ad Div. XII, 5)

Argumentum. M. Brutum laudat, ut accendat eius exem-

spada tratta, m' adoperai di forza, e richiamai colla robustezza anzi del cuore che dell' ingegno all' antica vigoria e costumanza il senato già immiserito e spossato. Quel dì e quel mio brigarmi e tenzonare a guerra rotta, mise la prima speranza ne' Romani di riavere la libertà: nè quindi lasciai scorrere un momento senza andarmi pensando non solo, ma eziandio operando a pro della Repubblica. Che se non credessi venirti riferte le cose cittadinesche e le opere tutte, io te le scriverei, comecchè di grandissime occupazioni mi impacciino. Ma queste cose saprai tu da altri; da me poche, ed in ristretto. Noi ci abbiamo un senato forte, de' consolari altri timidi, altri di mal talento. Abbiamo avuto un gran colpo a perder Servio [4]. L. Cesare la sente benissimo, ma per essere zio [5] si tien pure il barbazzale in dir suo parere. I consoli tant' oro [6]; D. Bruto un fior d' uomo; Cesare un giovinetto egregio [7], di cui spero altresì per l' innanzi. Questo poi tienti per fermo, se egli non avesse in fretta assoldati i veterani [8], e se le due legioni dall' esercito d'Antonio non fossersi voltate a porsi sotto lui, e una cotal pauraccia fossesi messa di fronte ad Antonio, costui non vorrebbe lasciar da banda nessun misfatto, nessuna crudeltà. Coteste cose volli, benchè penso le avrai udite, fosserti più note. Scriverò, se avrò agio, più a lungo [9].

DCCXCIV. (A Div. XII, 5)

Argomento. Loda M. Bruto per eccitar Cassio ad imitare l'e-

plo Cassium ad imitationem: de Mutinensi bello addit et de statu rei publicae.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Febr.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Hiemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid ageres, maximeque ubi esses. Loquebantur omnes tamen, credo, quod volebant, in Syria [1] te esse, habere copias. Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus. Res enim tantas gessit [2], tamque inopinatas, ut eae quum per se gratae essent, tum ornatiores propter celeritatem. Quod si tu ea tenes, quae putamus: magnis subsidiis fulta res publica est. A prima enim ora Graeciae usque ad Aegyptum, optimorum civium imperiis muniti erimus et copiis. Quamquam, nisi me fallebat [3], res se sic habebat, ut totius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, ut sperabamus, erupisset Mutina, nihil belli reliquum [4] fore videbatur. Parvis omnino iam copiis obsidebatur, quod magno praesidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claternae noster Hirtius; ad Forum Cornelium Caesar; uterque cum firmo exercitu; magnasque Romae Pansa copias ex delectu Italiae comparat [5]. Hiems adhuc rem

sempio di lui; soggiunge della battaglia di Modena e dello stato della Repubblica.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Febbraio.

M. T. CICERONE A C. CASSIO S.

Se noi nulla di certo avemmo sin qui sul conto tuo, che cosa tu ti facessi, e specialmente dove ti sii, ne accagiono l'inverno. Tutti peraltro la discorrevano giusta lor desiderio, che tu eri in Siria, e con truppe; e l'esser ciò verosimile aiutavane la credenza. Il nostro Bruto guadagnossi in buona fede una gran lode, perch' egli fece di sì gran fatti [1], e così impensati, che quello stesso che tornava verso sè medesimo caro, fu più cotanti bello per la prestezza. Che se tu hai tanto in mano di buono quanto crediamo, la Repubblica ha de' ben forti puntelli; perocchè da' vivagni della Grecia infino all'Egitto noi saremmo afforzati da' comandi di ottimi cittadini e da truppe. Comechè, se io non mi gabbo, la cosa sta qui, che tutto il risico della guerra sembra in mano di D. Bruto, il quale, se saltò fuori di Modena, come speriamo, la guerra è bella e finita. Già egli era assediato da una frottiglia, perchè Antonio s'è posto a grand'oste a Bologna. Il nostro Irzio era a Cliterna, Cesare a Foro Cornelio [2], entrambi con esercito di nerbo, e Pansa mette insieme in Roma delle truppe in buondato scelte per l'Italia. Fino ad ora

geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, ut mihi crebris literis significat, acturus videbatur. Praeter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam rei publicae. Tuos etiam clientes Transpadanos [6] mirifice coniunctos cum causa habebamus. Erat firmissimus senatus, exceptis consularibus [7]; ex quibus unus L. Caesar firmus est et rectus. Ser. Sulpicii morte magnum praesidium amisimus. Reliqui [8] partim inertes, partim improbi: nonnulli invident eorum laudi, quos in re publica probari vident. Populi vero Romani totiusque Italiae [9] mira consensio est. Haec erant fere, quae tibi nota esse vellem. Nunc autem opto, ut ab istis Orientis partibus virtutis tuae lumen eluceat. Vale.

DCCXCV. (Ad Div. IX, 24)

Argumentum. 1 Rufum a Paeto commendatum sibi curae fore ostendit; 2 iocose Paetum hortatur, ut ad cenas itare pergat, ne ipse cenulas facere dediscat; 3 se tamen, quod iocosius scribat, non abiecisse curam rei publ. demonstrat.

Ser. Romae A. V. C. DCCX, mense Febr. exeunte.

CICERO PAETO

1 Rufum istum [1], amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuvarem, quantum possem,

l'inverno fe' stare alle mosse. Irzio, a quel che mi scrive sovente, non pare che voglia far nulla a caso. Abbiamo in pugno oltre a Bologna, Reggio e Parma e la Gallia intera, affezionatissima alla Repubblica. Abbiamo inoltre ligi alla causa nostra i tuoi clienti Transpadani. Il Senato forte oltremodo, tranne i consolari, de' quali un solo L. Cesare ha vigoria e dirittura. Gran sussidio perdemmo colla morte di Ser. Sulpicio [3]; il rimanente chi infingardo, chi cattivo; taluni hanno astio verso la gloria di quelli cui veggono in pregio alla Repubblica. Il popolo romano poi e di tutta Italia è stretto a noi, come Dio tel dica. Eccoti ciò ch' io volea fosseti noto. Ora stommi agognando che il lume del valor tuo folgoreggi da coteste parti d'Oriente. A Dio.

DCCXCV. (A Div. IX, 24)

Argomento. 1 Dichiara che si prenderà cura di Rufo raccomandatogli da Peto; 2 esorta scherzosamente Peto stesso a frequentare le altrui cene, onde non disimpari esso a preparare le sue; 3 dimostra, sè per altro, benchè scriva facetamente, non aver abbandonata la cura della Repubblica.

Scritta a Roma l'anno DCCX, sul finir di Febbraio.

CICERONE A PETO

1 Cotesto Rufo [1], amico tuo, di cui già due fiate mi scrivi, io l'aiuterei giusta mia possa, quando an-

etiamsi ab eo laesus essem, quum te tantopere viderem eius causa laborare: quum vero et ex tuis literis, et ex illius ad me missis intelligam et iudicem, magnae curae ei salutem meam fuisse [2]: non possum ei non amicus esse; neque solum tua commendatione, quae apud me, ut debet, valet plurimum, sed etiam voluntate ac iudicio meo. Volo enim te scire, mi Paete, initium mihi suspicionis et cautionis et diligentiae fuisse literas tuas [3]; quibus literis congruentes fuerunt aliae postea multorum. Nam et Aquini et Fabrateriae consilia sunt inita [4] de me, quae te video inaudisse: et, quasi divinarent, quam iis molestus essem futurus [5], nihil aliud egerunt, nisi me ut opprimerent. Quod ego non suspicans, incautior fuissem, nisi a te admonitus essem. Quamobrem iste tuus amicus apud me non eget commendatione [6]. Vtinam ea fortuna rei publicae sit, ut ille me quam gratissimum possit cognoscere! Sed haec hactenus.

2 Te ad cenas [7] itare desisse, moleste fero. Magna enim te delectatione et voluptate privasti. Deinde etiam vereor (licet enim verum dicere), ne nescio quid illud, quod solebas [8], dediscas, et obliviscare cenulas facere. Nam si tum, quum habebas, quos imitarere [9], non multum proficiebas; quid nunc te facturum putem? Spurinna [10] quidem, quum ei rem demonstrassem, et vitam tuam superiorem exposuissem, magnum pericu-

che m'avesse offeso, vedendo che tu l'hai sì fattamente a petto; ma essendomi chiarito poi e dalle tue lettere e dalle sue ch'egli si diè molta briga per la mia salute, non posso fare ch'io non gli sia amico, non solo a cagione del tuo raccomandarmelo, il che m'è di gran peso, come debbe, ma eziandio di mio proprio talento e giudizio. Perocchè, o mio Peto, vo' che sappi essere stato dalle tue lettere ch'io presi a sospettare ed a pormi in buona guardia; alle quali lettere s'accordavano quelle di molti altri. Chè in Aquino e in Fabrateria si è tramato contro di me, e veggo che tu ne avesti sentore; e come indovinassersi che io avrei lor dato briga, misersi a tutt'uomo a rovinarmi [2]. Del che non sospettando io, senza il tuo avviso, io non sarei stato guardingo più che tanto. Sicchè questo tuo amico non ha duopo d'essermi raccomandato. Dio voglia che la Repubblica venga a tale di buona ventura, ch'egli possa trovarmi in fatti un uomo a lui oltremodo riconoscente! Ma basti di ciò.

2 Mi sa male che tu intralasci l'andazzo alle altrui cene; chè ti sei privo d'uno squisito piacere. Senza che ho paura (la dico schietta) che tu disimpari quella certa cosuccia che avevi in uso, e sdimentichi di far le cenette. Perchè se allora che ne avevi l'innanzi [3], non ne traevi di troppo gran profitto, che ho a creder ora che tu facci? Spurinna [4] in vero, quand'io il chiarii della cosa, e gli ritrassi la tua vita passata, dis-

lum [11] summae rei publicae demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinem tum, quum Favonius flaret, revertisses; hoc tempore ferri posse, si forte tu frigus ferre non posses [12]. Sed, mehercule, mi Paete, extra iocum, moneo te, quod pertinere ad beate vivendum arbitror, ut cum viris bonis, iucundis, amantibus tui vivas. Nihil aptius [13] vitae; nihil ad beate vivendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae atque victus, remissionemque animorum, quae maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus; ut sapientius nostri, quam Graeci; illi συμπόσια aut σύνδειπνα [14], nos *convivia;* quod tum maxime *simul vivitur.* Vides ut te philosophando revocare coner ad cenas! Cura, ut valeas. Id foris cenitando facillime consequere.

3 Sed cave, si me amas, existimes, me, quod iocosius scribam, abiecisse curam rei publicae. Sic tibi, mi Paete, persuade, me dies et noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei cives salvi liberique sint. Nullum locum praetermitto monendi, agendi, providendi: hoc denique animo sum, ut, si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit, praeclare actum mecum putem. Etiam atque etiam vale.

semi che la Repubblica stava a un pelo di tracollare, quando tu non tornassi alla tua antica usanza, tosto che spiri Favonio [5], se per avventura tu non puoi i freddi. Ma fuor di baia, o mio Peto, io t'ammonisco per mia fè di quello che io penso confarsi al viver beato, che tu cioè bazzichi con de' buoni, e lieti e amici compagnoni. Questo giova un mondo anzi mille mondi al viver felice. Nè intendo già far buon tempone, ma dico il vivere e mangiar compagnevole, ed il sollievo dell'animo che nasce specialmente nel crocchio domestico, che è tanto zucchero a mensa; sicchè i nostri ebber molto più senno de' Greci chiamando loro συμπόσια, ovvero σύνδειπνα, *conviti*, perchè in essi specialmente vivesi insieme. Vedi quanta filosofia sciorino per richiamarti alle cene! Fa di star sano, e ne verrai a capo di leggeri cenacchiando in casa d'altri.

3 Ma, se tu m'ami, non credere, perch' io mi sto sulle baie, ch' io abbia gittata la cura della Repubblica. Credi pur fermamente, o mio Peto, che dì e notte non fo nè penso ad altro, se non alla salvezza e libertà de' miei cittadini. Non mi lascio scappare alcuna occasione d'ammonire, d'operare, di provvedere; ed hommi fitto questo nell'animo, che se io ho a porre la mia vita in questo affare, mel reputerò a gran ventura. A Dio, a Dio.

DCCXCVI. (Ad Div. X, 5)

Argumentum. Denuo Plancum ad suscipiendam tuendamque rem publicam stimulis gloriae instigat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Febr.

CICERO PLANCO S.

Binas a te accepi literas eodem exemplo [1]: quod ipsum argumento [2] mihi fuit diligentiae tuae. Intellexi enim, te laborare, ut ad me mihi exspectatissimae [3] literae perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem, mihique in comparatione difficilem ad iudicandum, amoremne erga me tuum, an animum in rem publicam pluris aestimandum putarem. Est omnino patriae caritas, meo quidem iudicio, maxima: sed amor voluntatisque coniunctio plus certe habet suavitatis. Itaque commemoratio tuae paternae necessitudinis, benivolentiaeque eius, quam erga me a pueritia contulisses [4], ceterarumque rerum, quae ad eam sententiam [5] pertinebant, incredibilem mihi laetitiam attulerunt [6]. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de re publica, quemque habiturus esses, mihi erat iucundissima; eoque maior erat haec laetitia, quod [7] ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro [8], quod feci his literis, quibus tu humanissime respondisti, ut tota

DCCXCVI. (A Div. X, 5)

Argomento. Nuovamente stimola Planco con lo sprone della gloria, perchè assuma la cura e la difesa della Repubblica.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Febbraio.

CICERONE A PLANCO S.

Ricevetti due copie d'una stessa tua lettera [1]; il che mi fu una riprova della tua diligenza, vedendo che tu ti brighi di farmi avere le aspettatissime tue. D'onde mi venne un doppio vantaggio, e tra' quali emmi assai malagevole il far confronto, se cioè debba io avere in maggior prezzo, o il tuo amore verso di me, o il tuo buon talento verso la Repubblica. La carità di patria, a detta mia, sta in vero sopra tutto; ma l'amore e la mutua benevolenza ha certamente una maggiore dolcezza. Perlocchè il ricordarmi l'intrinsichezza ch'ebbi col padre tuo, e il bene che tu m'hai voluto insin da fanciullo, e le altre cose su questo conto, mi arrecò un'allegrezza che mai la maggiore. Eguale il tuo mostrar l'animo che hai per la Repubblica, e che avrai per l'innanzi, riuscimmi giocondissimo; e intanto più crescea questa contentezza, in quanto venía per soprassello alla prima. Laonde, o mio Planco, io ti fo ressa e mille suppliche, come già feci nell'altra mia cui cortesissimamente hai risposto, a metterti co' piedi

mente omnique animi impetu in rem publicam incumbas. Nihil est, quod tibi maiori fructui [9] gloriaeque esse possit: nec quicquam ex omnibus rebus humanis est praeclarius aut praestantius, quam de re publica bene mereri. Adhuc enim (patitur tua summa humanitas et sapientia, me, quod sentiam, libere dicere) fortuna [10] suffragante videris res maximas consecutus [11]: quod quamquam sine virtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea, quae es adeptus, fortunae temporibusque tribuuntur. His temporibus difficillimis rei publicae quicquid subveneris, id erit totum et proprie [12] tuum. Incredibile est omnium civium [13], latronibus exceptis, odium in Antonium: magna spes in te, et in tuo exercitu magna exspectatio. Cuius, per Deos, gratiae gloriaeque cave tempus amittas. Sic moneo, ut filium; sic faveo, ut mihi; sic hortor, ut et pro patria, et amicissimum [14].

DCCXCVII. (Ad Div. XII, 11)

Argumentum. Narrat a quibus copias acceperit, seque et rem publicam commendat.

e colle mani in servigio della Repubblica. Non v'ha niente che più ti possa partorire di frutto e di lode; nè v'è cosa al mondo più apprezzabile ed onorata che il rendersi benemerito della Repubblica. Perocchè fino ad ora (e ch' io ti parli alla libera il tuo senno e la tua cortesia lo soffre) sembra che tu sii giunto a grandissime cose col favor della fortuna; perchè, sebbene non ti saria venuto fatto senza virtù, tuttavolta le cose che hai ottenute sono reputate a merito della ventura e de' tempi [2]; ma quello di che in queste strettezze sovverrai alla Repubblica, sarà tutto tuo propriamente. Non è a credere l'odio di tutti i cittadini, dai ladri infuori, contro Antonio: grande è la speranza in te, aspettasi gran fatto dal tuo esercito. Deh! per Dio, guárdati che non ti fugga il destro di tanta grazia ed onore! Io t' ammonisco, siccome un figliuolo; ti vo' bene come a me stesso, e ti fo quella calca che debbo con un sommo amico, e a pro della patria.

DCCXCVII. (A Div. XII, 11)

Argomento. Racconta da chi abbia ricevuto le truppe, e raccomanda sè stesso e la Repubblica.

Scr. in castris Taricheis A. V. C. DCCX, Non. Martiis.

C. CASSIVS PROCOS. M. T. CICERONI S. P. D. [1]

Si vales, bene est: ego quidem valeo. In Syriam me profectum esse scito ad L. Murcum [2] et Q. Crispum, imperatores. Viri fortes optimique cives, postea quam audierunt, quae Romae gererentur [3], exercitus mihi tradiderunt, ipsique mecum una fortissimo animo rem publicam administrant. Item legionem, quam Q. Caecilius Bassus [4] habuit, ad me venisse scito, quatuorque legiones, quas A. Allienus [5] ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc te cohortatione [6] non puto indigere, ut nos absentes remque publicam, quantum est in te [7], defendas. Scire te volo, firma praesidia vobis senatuique non deesse [8], ut optima spe et maximo animo rem publicam defendas. Reliqua tecum aget L. Carteius, familiaris meus. Vale. Data Nonis Martiis, ex castris Taricheis.

DCCXCVIII. (Ad Div. X, 31)

Argumentum. Excusat se, quod studium erga rem publ. suum nondum declaraverit: seque libertatis recuperandae percupidum ostendit.

Scritta dal campo di Tarichea l'anno DCCX, il 7 di Marzo.

C. CASSIO PROCONSOLE [1] A M. T. CICERONE S.

Se tu stai bene, hollo a caro: il medesimo fo io. Sappi ch'io me ne andai in Siria da L. Murco [2] e Q. Crispo [3] imperadori. Uomini d'assai e cittadini eccellenti, avuta l'intesa di quanto succedette in Roma, spedironmi degli eserciti, ed essi medesimi strettisi meco con una vigoria d'animo grandissimo governano la cosa pubblica. Sappi inoltre che la legione avuta già da Q. Cecilio Basso [4] venne da me, e che A. Allieno [5] mi consegnò quelle quattro ch'egli menò via d'Egitto. Or io non credo aver tu mestieri di esortazione a difendere giusta tua possa e noi lontani e la Repubblica. Voglio che tu sappi che voi e il Senato vi avete de' ben forti presidii, sicchè tu puoi metterti a baldanza e con gran cuore a difender la Repubblica. Del resto parlerà teco L. Carteio, mio domestico. A Dio. Ai 5 di marzo, dall'oste di Tarichea [6].

DCCXCVIII. (A Div. X, 31)

Argomento. Si scusa del non aver finora dichiarato il suo zelo per la Repubblica; e mostrasi bramosissimo di ricoverare la libertà.

Scr. Cordubae A. V. C. DCCX, XVII Kal. Apr.

C. ASINIVS POLLIO [1] CICERONI S. D.

1 Minime mirum tibi debet [2] videri, nihil me scripsisse de re publica, posteaquam itum est ad arma. Nam saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est; tamen nequaquam tanta in mora est [3], quanta, qui locis omnibus dispositi ab utraque parte [4] scrutantur tabellarios et retinent. Itaque nisi nave perlatae literae essent, omnino nescirem, quid istic fieret. Nunc vero nactus occasionem, posteaquam navigari coeptum est, cupidissime et quam creberrime potero, scribam ad te.

2 Ne movear [5] eius sermonibus, quem tametsi nemo est, qui videre [6] velit, tamen nequaquam proinde, ac dignus est, oderunt homines, periculum non est. Adeo est enim invisus mihi, ut nihil [7] non acerbum putem, quod commune cum illo sit. Natura autem mea et studia trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem. Itaque illud initium civilis belli [8] saepe deflevi. Quum vero non liceret mihi nullius partis [9] esse; quia utrobique magnos inimicos habebam, ea castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidiis inimici [10] sciebam non futurum. Compulsus eo [11], quo minime vole-

Scritta a Cordova l'anno DCCX, il 16 di Marzo.

C. ASINIO POLLIONE [1] A CICERONE S.

1 Non ti dèi far le maraviglie se io, dacchè s'è venuto alle mani, non ti ho scritto niuna cosa circa alla Repubblica [2]. Perocchè la foresta Castulonense [3], che intrattenne sempre i nostri corrieri, comechè ora più che mai vi sia cresciuta quella peste de' ladronecci, pure essa non reca tanto ritardo, quanto recan coloro che dall'un partito e dall'altro messisi alla posta in ogni luogo vanno in busca de' corrieri, e gli attrappano. Sicchè io sarei affatto al buio di quello che costì avvenga, se le lettere non fosser giunte per nave. Ora poi, trovato il destro e presosi a navigàre, ti scriverò della miglior voglia, e il più spesso che io potrò.

2 Non ci è pericolo ch'io mi lasci smuovere dalle dicerie di colui [4], che, quantunque niun v'ha che il voglia vedere, non è però ancor tanto odiato, quanto n'è degno. Perocchè io l'ho tanto in odio, che qualunque cosa io m'avessi di comune con lui, amara mi saprebbe; ma però l'indole mia ed i miei studi mi strascinano verso al desiderio di pace e di libertà; intantochè ho pianto sovente quel principio di guerra civile. Siccome poi non facea per me di pormi da nessun partito, perchè dall'una banda e dall'altra io m'avea di gran nemici, io mi sono scansato da quel campo in cui sapea che non sarei stato al postutto in sicuro dalle trappole de' nemici [5]. Balzato là dove io non avrei

bam, ne in extremis essem, plane pericula non dubitanter adii. Caesarem vero, quod me in tanta fortuna, modo cognitum, vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate et fide. Quae mea sententia gerere mihi licuit, ita feci, ut optimus quisque maxime probarit [12]: quod iussus sum, eo tempore atque ita feci [13], ut appareret, invito imperatum esse. Cuius facti iniustissima invidia [14] erudire me potuit, quam iucunda libertas, et quam misera sub dominatione vita esset. Ita, si id agitur, ut rursus in potestate omnia unius sint; quicumque is est, ei me profiteor inimicum. Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam [15] aut deprecer. Sed consules [16] neque senatus consulto, neque literis praeceperant mihi, quid facerem. Vnas enim post Idus Martias demum a Pansa literas accepi, in quibus hortatur me, ut senatui scribam, me et exercitum in potestate eius futurum. Quod, quum Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit [17]. Nam quibus commeatibus, invito illo, per illius provinciam [18] legiones ducerem? aut, si cetera transissem, num etiam Alpes poteram transvolare, quae praesidio illius tenentur? Adde huc, quod perferri literae nulla conditione potuerunt. Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur a Lepido tabellarii. Illud me Cordubae

giammai voluto, per non rimanerne al sezzo, affrontai baldanzosamente i pericoli. Ho poi portato un amore senza fine e fedelissimo a Cesare, perchè essendo egli in così grande stato mi ha noverato tra suoi più vecchi amici, comechè conosciutomi appena testè. Tutto quello che io potrei fare a mio talento, il feci di sorta che qualunque più dabben uomo me lo approvò; e quello che mi fu comandato l'ho eseguito in tal tempo e per tal forma, che desse a divedere che mi veniano imposte cose di contrastomaco. Una invidia malignissima nata da ciò mi ebbe ad insegnare quanto sia dolce la libertà, e quanto amaro il vivere sotto altrui signoria. Adunque se altri ora si briga di por nuovamente ogni cosa in balía d'un solo, qualunque siasi costui io me gli giuro nemico. Nè c'è il menomo pericolo che io per la libertà o mi scantoni, o mi lasci ire a far preghiere. Ma i consoli [6] non m'indettavano di quello che a far m'avessi, sia con senatoconsulto, sia per lettere. Poichè dalle Idi di marzo ho ricevuta una sola lettera da Pansa, dove mi conforta scrivere al Senato, che io col mio esercito sarò a sua posta. Al che faceva un forte ostacolo il protestarsi di Lepido in pien popolo, e il suo scrivere a tutti ch'egli si tenea per Antonio. Perciocchè con quali vettovaglie avrei potuto condurre le legioni per mezzo le sue provincie a sua marcia forza? [7] E se anco mi fossi trafugato pel resto, avrei forse potuto scapolare per aria le Alpi, che sono custodite dalle sue guardie? Arrogivi che non ci era via di far giunger lettere; chè in millanta luoghi si rifrustano i corrieri da Lepido, e anco si ritengono. Niuno farà dubbio che io in Cordova ar-

pro concione dixisse, nemo vocabit [19] in dubium, provinciam me nulli, nisi qui ab senatu missus venisset, traditurum. Nam de legione trigesima tradenda quantas habuerim contentiones [20], quid ego scribam? Qua tradita, quanto pro re publica infirmior futurus fuerim, quis ignorat? Hac enim legione noli acrius, aut pugnacius quicquam putare [21]. Quare eum me existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim (omnes enim cives plane studeo esse salvos); deinde, qui et me et rem publicam vindicare in libertatem paratus sim. Quod familiarem meum [22] tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est. Invideo illi tamen, quod ambulat et iocatur tecum. Quas res [23] quanti aestimem, si umquam licuerit vivere in otio, experieris. Nullum enim vestigium abs te discessurus [24] sum. Illud vehementer admiror [25], non scripsisse te mihi, manendo in provincia, an ducendo exercitum in Italiam, rei publicae magis satisfacere possim. Ego quidem, etsi mihi tutius ac minus laboriosum est, manere; tamen, quia video, tali tempore multo magis legionibus opus esse, quam provinciis, quae praesertim recuperari nullo negotio possunt, constitui, ut nunc est, cum exercitu proficisci. Deinde ex literis, quas Pansae misi [26], cognosces omnia. Nam tibi earum exemplar [27] misi. XVII Kal. April. Corduba. Vale.

ringando ho protestato che io non darei giammai la provincia in mano d'altri, fuori a cui venisse mandato dal Senato. Che val ch'io ti scriva quante batoste [8] ebbi ad avere sul consegnare la legione trentesima? La quale s'io mi fossi lasciata scappar di pugno, quanto sarei divenuto più fiacco in pro della Repubblica, ognun sel vede; perchè di cotesta legione abbi pur per fermo null'altra essere più accanita e più guerresca. Perlocchè fa di me questo conto: che in prima io mi struggo della pace, bramando che tutti tutti i cittadini sien salvi; e che poi son pronto a riguadagnare libertà e per me e per la Repubblica. Tornami ancor più caro l'amico mio [9], dacchè tu il noveri fra' tuoi; e pure gli ho invidia del suo passeggiar e scherzar teco; cose che se mai ci verrà fatto di vivere a piè pari, conoscerai quanto io le stimi; poichè fo disegno di non iscostarmi da te un nero d'unghia. Io quasi trasecolo che tu non m'abbi scritto come io avrei potuto satisfar meglio la Repubblica o col rimanermi in provincia, o col menar l'esercito in Italia. Io quanto a me, sebbene lo starmene mi sarebbe e più sicuro e più acconcio, tuttavolta, dacchè veggo che a di questi tempi è più d'uopo di legioni che di provincie (le quali oltre a ciò si possono riacquistar senza una briga al mondo), ho divisato, come fo, di pormi in via. Quindi risaprai tutto dalle lettere che scrissi a Pansa; chè te n'ho mandato copia. Di Cordova, ai 16 marzo. A Dio.

DCCXCIX. (Ad Div. X, 6)

Argumentum. Hortatur Plancum, ut seiungat se a societate malorum, pacemque non in armis positis, sed in abiecto armorum et servitutis metu quaerat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, XIII Kal. Apriles.

CICERO PLANCO

Quae locutus est Furnius noster de animo tuo in rem publicam, ea gratissima fuerunt senatui, populoque [1] Romano probatissima. Quae autem recitatae literae sunt [2] in senatu, nequaquam consentire cum Furnii oratione visae sunt. Pacis enim auctor eras [3], quum collega tuus, vir clarissimus, a foedissimis latronibus obsideretur: qui aut positis armis pacem petere debent; aut, si pugnantes eam postulant, victoria pax, non pactione parienda est. Sed de pace literae vel Lepidi, vel tuae, quam in partem acceptae sint, ex viro optimo, fratre tuo [4], et ex C. Furnio poteris cognoscere. Me autem impulit tui caritas, ut, quamquam nec tibi ipsi consilium deesset, et fratris Furniique benivolentia fidelisque prudentia tibi praesto esset futura, vellem tamen meae quoque auctoritatis, pro plurimis nostris necessitudinibus, praeceptum ad te aliquod pervenire. Crede igitur mihi, Plance [5], omnes, quos adhuc gradus digni-

DCCXCIX. (A Div. X, 6)

Argomento. Esorta Planco a segregarsi dalla società dei ribaldi, e che non cerchi la pace nella posizione dell'armi, ma nello avere gittato ogni timore d'armi o di servitù.

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 20 di Marzo.

CICERONE A PLANCO

Le cose dette dal nostro Furnio circa il tuo animo per la Repubblica tornarono carissime al Senato, e andaron molto a grado al popolo romano. Ma le lettere recitate in senato [1] non parvero stare in accordo col discorso di Furnio. Perocchè tu eri confortatore di pace, allorchè il tuo collega [2], specchiatissimo personaggio, da que' lerci ladroni veniva assediato: i quali o debbon chieder pace, deposte le armi; o se la vogliono a guerra rotta, la pace dalla vittoria debb' esserci partorita, non dal patteggio. Ma come sieno state accolte le lettere di Lepido [3] e le tue circa alla pace, potrai conoscerlo dal tuo fratello, cima d'uomo, e da Caio Furnio 4. Io poi dall'amore inverso te fui spinto a volerti pur mandare qualche buon avviso della mia autorità ancora, e pei nostri molti vincoli d'amicizia, quantunque e tu stesso non manchi di senno, e tu abbi alla mano la benivolenza, ed il leale avvedimento del fratello e di Furnio. Credimi dunque, o mio Planco, che tutti quei gradi, in verità sommi, di dignità a'

tatis consecutus sis (es autem adeptus amplissimos), eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi Romani, et cum senatus auctoritate coniunxeris. Seiunge te, quaeso, aliquando ab iis [6], cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincla coniunxerunt. Complures in perturbatione rei publicae consules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo exstitit [7] in rem publicam consulari. Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium, tui dissimillimorum, societate seiungas [8]: deinde et senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem praebeas: postremo, ut pacem esse iudices non in armis positis, sed in abiecto armorum et servitutis metu. Haec si et ages et senties, tum eris non modo consul et consularis, sed magnus etiam consul [9] et consularis. Sin aliter: tua [10] in istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Haec, impulsus benivolentia, scripsi paullo severius: quae tu in experiendo [11] ea ratione, quae te digna est, vera esse cognosces. D. XIII [12] Kal. Apriles.

DCCC. (Ad Div. X, 27)

Argumentum. Lepidum reprehendit, quod summis honoribus ornatus ab senatu gratias non egerit: et ne pacem cum Antonio conciliare nitatur, admonet.

quali ti se' finora levato, avranno sì i titoli d'onore, ma non già le vere impronte della dignità, se tu non ti getterai dalla parte della libertà del popolo romano, e dell' autorità del Senato. Stráppati, per Dio, una volta da quelli [5] ai quali non già la tua assennatezza, ma la correntìa dei tempi t'ha raccozzato. Molti nel subuglio della Repubblica furon detti consoli; de' quali niuno fu tenuto per consolare, tranne chi rimase di animo consolare verso la Repubblica. È adunque mestieri che tu sii così fatto, dispiceandoti dagli empii cittadini che ti dissomigliano fuor misura; quindi porgendoti istigatore, principe, guida al senato e a tutti i buoni, da ultimo reputando non istar la pace nel posar delle armi, ma nell' aver gittato via ogni timore d'armi e di servaggio. Se tu questo farai e crederai, allor non solo console e consolare, ma gran console e consolare sarai altresì. Al contrario, in cotesti tuoi sfoggiati nomi d'onore niuna dignità avrai, anzi avrai una bruttezza da non dire. Cotanto ti scrivo piuttosto agremente, spinto da benivoglienza, e tu ne vedrai in effetto la verità, in quella guisa che a te si conviene. Ai 20 di marzo.

DCCC.

(A Div. X, 27)

Argomento. Rimprovera Lepido che, onorato dal senato delle più eminenti cariche, non abbia reso grazie: e lo distoglie dal conciliar pace con Antonio.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Martio.

CICERO LEPIDO [1] S.

Quod mihi, pro summa [2] erga te benivolentia, magnae curae est, ut quam amplissima dignitate sis, moleste tuli, te senatui gratias non egisse, quum esses ab eo ordine [3] ornatus summis honoribus. Pacis inter cives conciliandae te cupidum esse lector. Eam [4] si a servitute seiungis, consules et rei publicae et dignitati tuae. Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus [5] restitutura est, hoc animo scito esse [6] omnes sanos, ut mortem servituti anteponant. Itaque sapientius, meo quidem iudicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones [7], quae neque senatui, neque populo, nec cuiquam bono probatur. Sed haec audies ex aliis, aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis.

DCCCI. (Ad Div. X, 8)

Argumentum. Causas exponit, cur se sero libertatis defensorem profiteatur: et de exercitu et provinciae statu significat.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Marzo.

CICERONE A LEPIDO S.

Siccome egli mi sta fortemente a petto che la tua dignità sia grande il più che si possa, dacchè io t'amo fuor di modo, così mi recò dispiacere il non aver tu rese grazie al Senato, il qual ordine ti ha fregiato di sommi onori [1]. Rallegromi che tu sii desideroso di rappaciare i cittadini fra loro [2]. Se tu scevrerai la pace dalla servitù, farai pro alla Repubblica e alla dignità tua. Ma se questa pace debbe ripor tra l'unghie d'una schiuma di ribaldo [3] un dominio scapestratissimo, sappi che tutti li uomini di sano cervello hannosi fermo in cuore di anteporre la morte alla servitù. Perlocchè tu farai, a mio sentire, maggior senno, se tu non ti darai impaccio per questo accordo, che non torna a grado nè al senato, nè al popolo, nè a nessun dabbene. Ma ciò udirai da altri, o il saprai per lettere; tu, giusta tua prudenza, vedrai che sia il meglio da fare.

DCCCI. (A Div. X, 8)

Argomento. Espone le ragioni per cui tardi si dichiari difensore della libertà: fa cenno dello stato dell'esercito e della provincia.

Scr. in Gallia Transalpina A. V. C. DCCX, mense Martio.

PLANCVS IMP. COS. DES. S. D. COSS.
PRAET. TRIB. PLEB. SEN. POP. PL. Q. R.

Si cui forte videor diutius et hominum exspectationem, et spem rei publicae de mea voluntate tenuisse suspensam [1]; huic prius excusandum me esse arbitror, quam de insequenti [2] officio quicquam ulli pollicendum. Non enim praeteritam culpam videri volo redemisse [3]; sed optimae mentis cogitata iampridem maturo tempore enuntiare. Non me praeteribat, in tanta solicitudine hominum, et tam perturbato statu civitatis, fructuosissimam esse professionem bonae voluntatis: magnosque honores ex ea re complures [4] consecutos videbam. Sed, quum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut celeriter pollicendo, magna mihi ipse [5] ad proficiendum impedimenta opponerem; aut, si in eo mihi temperavissem [6], maiores occasiones ad opitulandum haberem: expeditius iter communis salutis, quam meae laudis esse volui. Nam quis in ea fortuna [7], quae mea est, et ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, et cum ea spe, quam in manibus habeo, aut sordidum [8] quicquam pati, aut perniciosum concupiscere potest? Sed aliquantum nobis temporis, et magni labo-

Scritta nella Gallia Transalpina l'anno DCCX, nel mese di Marzo.

PLANCO IMP. E CONS. DESIG. S. AI CONSOLI, PRETORI, TRIBUNI DELLA PLEBE, AL SENATO, AL POPOLO E ALLA PLEBE R.

Se a taluno per avventura sembrasse [1] ch' io abbia tenuto troppo a lungo in pendente e l'aspettazione degli uomini e la speranza della Repubblica circa all'animo mio, con costui credo ben fatto di dover fare mie scuse prima di prometter checchessia, di quello ch' io m' abbia ad oprar per lo innanzi. Perocchè io non voglio dar a divedere di venirmi sdossando una colpa, ma sì bene ad aprire, ora che il concio n' è dato, quello da che da gran pezza ho con ottimo divisamento fra me pensato. Ben conosco io che in tanto affaccendarsi degli uomini, e in tale trambusto della città recar debbe vantaggi in buondato la protesta di rette intenzioni, e veggo anche parecchi essersi quindi molti onori procacciati. Ma siccome la ventura mi ha posto in tali termini [2] che col prometter in fretta mi porrei molti impacci al gir oltre, e coll' andare a rilento avrei maggiori opportunità di fare aiuto, ho amato meglio che più sbrigata fosse la via alla comune salvezza, che alla mia lode. Perocchè chi altri mai essendo in quella fortuna che io, o menando tal vita quale io meno in sugli occhi, mi credo, di tutti, e con quella speranza che io ho tra mano, può soffrir nulla di sconcio, o nulla di rovinoso agognare? Ma furonmi d'uopo e alcun poco di tempo e molte fa-

res, et multae impensae opus fuerunt [9], ut, quae rei publicae bonisque omnibus polliceremur, exitu paestaremus, neque ad auxilium patriae nudi cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederemus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis saepe praemiis solicitatus, ut ab re publica potius moderata, quam ab uno [10] infinita speraret. Confirmandae complures civitates, quae superiore anno [11] largitionibus concessionibusque praemiorum erant obligatae: ut et illa vana putarent, et eadem a melioribus auctoribus petenda existimarent. Alliciendae [12] etiam voluntates reliquorum, qui finitimis provinciis exercitibusque praefuerunt: ut potius cum pluribus societatem defendendae libertatis iniremus, quam cum paucioribus [13] funestam orbi terrarum victoriam partiremur. Muniendi vero nosmetipsi fuimus aucto exercitu, auxiliisque multiplicatis [14]: ut, quum praeferremus sensus aperte, tum etiam, invitis quibusdam, sciri, quid defensuri essemus, non esset periculosum. Ita [15] numquam diffitebor, multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, et simulasse [16] invitum, et dissimulasse cum dolore: quod praematura denuntiatio boni civis imparati, quam periculosa esset, ex casu collegae [17] videbam. Quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti atque strenuo, plura etiam verbo quam scriptura, mandata dedimus: ut et tectius [18] ad vos perferrentur, et nos

tiche e molte spese a voler mettere in effetto quanto io promettessi alla Repubblica e ai buoni tutti, e per farmi a soccorrer la patria rifornito di forze, anzichè voglioso sì, ma ignudo. Doveva io rinvigorire l'esercito, spesso da molti premii tentennato, acciocchè volesse anzi sperare mezzane cose dalla Repubblica, che stragrandi da un solo. Rinvigorire anche molte città, che l'anno scorso erano state allacciate con de' regali e de' guiderdoni; sicchè avesser tutto ciò per nulla, e stimassero di dover chieder codesto medesimo a più legittimi signori. Doveva inoltre adescare gli animi de' rimanenti stati governatori delle provincie di confine e d'eserciti, a far lega piuttosto con molti in difesa della libertà, che a fare a mezzo con pochi d'una vittoria al mondo intero funesta. Io stesso pure dovetti agguerrirmi, crescendo l'esercito e moltiplicando gli aiuti, acciocchè, quando fossi allo scoprir netto il mio sentimento, non arrecasse de' rischi il sapersi quello che io mi sarei posto a difendere, a dispetto di taluni. Pertanto io non negherò mai, che per venire a capo di questi miei divisi, molte cose ho finto mio malgrado, e molte con dolor disinfinte; poichè dalla sventura del mio collega [3] scorgea quanto sia pericolosa la protesta immatura d'un buon cittadino sprovveduto. Per questo conto ho dato molte incombenze, e più in parole che in iscritto, anche a C. Furnio legato, personaggio robusto e di gran nerbo; acciocchè ve le riferisse più di sottecchi, e più

essemus tutiores: quibusque rebus et communem salutem muniri, et nos armari conveniret, praecepimus. Ex quo intelligi potest, curam rei publicae summae [19] defendundae iampridem apud nos excubare. Nunc, quum Deum benignitate ab omni re sumus [20] paratiores, non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate iudicare volumus [21]. Legiones habeo V sub signis et sua fide virtuteque rei publicae coniunctissimas, et nostra liberalitate nobis obsequentes; provinciam omnium civitatum consensu paratissimam, et summa contentione ad officia certantem [22]; equitatus auxiliorumque tantas copias, quantas hae gentes ad defendendam suam salutem libertatemque conficere possunt. Ipse ita [23] sum animo paratus vel provinciam tueri, vel ire, quo res publica vocet, vel tradere exercitum auxilia provinciamque, ut vel omnem impetum belli in me convertere non recusem, si modo meo casu aut confirmare patriae salutem, aut periculum possim morari. Haec si iam expeditis omnibus rebus [24], tranquilloque statu civitatis polliceor; in damno meae laudis rei publicae commodo laetabor: sin ad societatem integerrimorum et maximorum periculorum accedam; consilia mea aequis iudicibus ab obtrectatione invidorum defendenda commendo. Mihi quidem ipsi fructus meritorum meorum in rei publicae incolumitate satis magnus est paratus. Eos vero [25],

fossimo al sicuro: e gli diedi avviso di quali cose ci bisognasse agguerrire la comune salvezza, e armar noi medesimi. Dalle quali cose puossi intendere che io covava in petto già da lunga pezza la premura di difendere a tutt'uomo la Repubblica. Ora che la Dio mercè ci siam posti a miglior ordine da ogni canto, non desidero solo che gli uomini stieno a buona speranza di me, ma che tocchino eziandio con mano. Ho cinque legioni sotto le insegne affatto ligie per fedeltà e valore alla Repubblica, e per mie larghezze tutte preste a' miei cenni; una provincia, per lo pieno accordo di tutte le città, nel miglior assetto che mai, e che si briga a gara di far suo dovere; di cavalleria e d'aiuti cotanta oste, quanta codesti popoli 4 ne possano raccozzare in difesa di lor salute e libertà. Io medesimo sono in mio cuore apparecchiato o a guardar la provincia, o a gire dovunque la Repubblica mi chiami, o a consegnare l'esercito, gli aiuti, la provincia; sicchè perfino non ricuserei di rivolgermi addosso tutto l'émpito della guerra, quando colla caduta mia potessi o rassodare la patria salute, o ritardarne il frangente. Se io coteste cose imprometto ora che tutto è sbrigato, e la città è in bonaccia, a scapito di mia lode sarò lieto per il vantaggio della Repubblica. Ma se mi fo sozio contro a de' grandi rischi non per anco assaggiati e tragrandi, lascio a dei retti giudici difendere i miei disegni dalle dicerie degli invidiosi. Quanto a me certamente in largo guiderdone de' miei servigi non attendo altro che la salvezza della Repubblica. E da ultimo stimo bene di pre-

qui meam auctoritatem, et multo magis vestram fidem secuti nec ulla spe decipi, nec ullo metu terreri potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum videtur.

DCCCII. (Ad Div. X, 7)

Argumentum. Causas studii in rem publ. sui serius patefacti breviter exponit, suamque dignitatem Ciceroni commendat.

Scr. in Gallia Transalpina A. V. C. DCCX, mense Martio.

PLANCVS CICERONI

Plura tibi de meis consiliis scriberem, rationemque omnium rerum redderem verbosius, quo magis iudicares, omnia me rei publicae praestitisse, quae et tua exhortatione excepi, et mea affirmatione tibi recepi (non minus enim a te probari, quam diligi semper volui; nec te magis in culpa defensorem mihi paravi, quam praedicatorem meritorum meorum esse volui); sed breviorem me duae res faciunt: una, quod publicis literis [1] omnia sum persecutus; altera, quod M. Varisidium, equitem romanum, familiarem meum, ipsum ad te [2] transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. Non, medius fidius [3], mediocri dolore afficiebar, quum alii occupare possessionem

garvi ad aver per raccomandati coloro [5] i quali avendo l'autorità mia seguíta, e molto più la fede vostra, non furon potuti gabbare da niuna speranza, nè da paura alcuna smagare.

DCCCII. (A Div. X, 7)

Argomento. Espone brevemente i motivi del suo zelo tardi manifestato per la Repubblica, e raccomanda il proprio decoro da sostenere a Cicerone.

Scritta nella Gallia Transalpina l'anno DCCX, nel mese di Marzo.

PLANCO A CICERONE

Di molte cose ti scriverei su' miei divisi, e ti renderei conto di tutto a dilungo, acciocchè ti fosse più chiaro ch'io ho fatto alla Repubblica tutti que' servigi che per tuoi conforti ho impreso, e te n'ho data mia fede; avvegnachè ho sempre desiderato non tanto la tua approvazione, ma eziandio l'amore; nè tanto di te mi sono fornito solamente come di un difensore del mio fallo, quanto come di un banditore de' merti miei. Tuttavia due cose fannomi esser breve: la prima, che già ho sposto per filo e per segno ogni cosa nelle lettere pubbliche; l'altra, perchè ho fatto venire da te M. Varisidio [1] cavalier romano, mio domestico, da cui avrai il tutto. In buona verità che mi doleva all'animo

laudis viderentur [4]: sed usque mihi temperavi, dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid et consulatu meo, et vestra exspectatione efficerem. Quod spero, si me fortuna non fefellerit, me consecuturum: ut maximo praesidio rei publicae nos fuisse et nunc sentiant homines, et in posterum memoria teneant. A te peto, ut dignitati meae suffrageris; et, quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum [5] facias alacriorem. Non minus posse te, quam velle, exploratum mihi est. Fac valeas [6], meque mutuo diligas.

DCCCIII. (Ad Div. XII, 7)

Argumentum. Sententiam a se in senatu ex dignitate Cassii dictam, eandemque in concione defensam significat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, exeunte Martio.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Quanto studio dignitatem tuam et in senatu [1], et ad populum defenderim, ex tuis te malo, quam ex me cognoscere. Quae mea sententia [2] in senatu facile valuisset, nisi Pansa vehementer obstitisset [3]. Ea sententia dicta, productus sum in concionem a tribuno plebis, M. Servilio. Dixi de te, quae potui, tanta contentione, quantum forum est [4]; tanto clamore consensuque populi, ut nihil

il veder altri carpirsi la lode; ma io mi sono rattenuto sinchè menassi la cosa a tale da poter far qualcosa che s' addicesse al mio consolato [3] e alla vostra speranza. E mi credo averlo messo ad effetto, se la fortuna non me lo storpia; di sorta che e veggano gli uomini d'oggidì, e ne vada il ricordo per lo avvenire che io ho recato alla Repubblica un soccorso ben rilevato. Ciò chieggo io a te che tu dii mano all'onor mio, e che col darmi que' guiderdoni, colla cui speranza m'hai chiamato alla lode, tu mi renda nel rimanente più infocato. Io ho per certo che tu non meno il puoi, che tu il voglia. Sta sano ed amami di ricambio.

DCCCIII. (A Div. XII, 7)

Argomento. Significa il suo sentimento recitato in senato sulla dignità di Cassio, e d'aver difeso la medesima con un'arringa.

Scritta a Roma l'anno DCCX, sul finir di Marzo.

M. T. CICERONE A C. CASSIO S.

Quanto di briga io mi sia dato e in senato e presso il popolo a pro della tua dignità, m'è più caro che tu il risappi da' tuoi che da me [1]. E il parer mio l'avrebbe vinta nel senato di leggeri, se Pansa non ve lo avesse a guerra rotta contrastato. Detta quella mia opinione, fui da M. Servilio, tribuno della plebe, tratto in pubblica assemblea. Di te favellando tutte quelle cose che potei, ho intronato quanto è lungo e largo il foro; e se ne levò tale schiamazzo di consenso nel popolo,

umquam simile viderim. Id velim mihi ignoscas, quod invita socru tua [5] fecerim. Mulier timida verebatur, ne Pansae animus offenderetur. In concione quidem Pansa dixit, matrem quoque tuam et fratrem [6], illam a me sententiam noluisse dici. Sed me [7] haec non movebant: alia malebam. Favebam et rei publicae, cui semper favi, et dignitati ac gloriae tuae. Quod autem et in senatu pluribus verbis disserui, et dixi in concione [8]; in eo velim fidem meam liberes [9]. Promisi enim et prope confirmavi, te non exspectasse, nec exspectaturum [10] decreta nostra, sed te ipsum tuo more rem publicam defensurum. Et, quamquam nihildum audieramus nec ubi esses, nec quas copias haberes; tamen sic statuebam, omnes, quae in istis partibus essent opes copiaeque [11], tuas esse; per teque Asiam provinciam confidebam iam rei publicae reciperatam [12]. Tu fac in augenda gloria te ipsum [13] vincas. Vale.

DCCCIV. (Ad Div. X, 10)

Argumentum. Laudat Planci praeclaram voluntatem studiumque iuvandi rem publicam: ideoque praemia sperare ab senatu iubet, in qua re suam operam pollicetur, hortaturque, ut pergat in tuenda republica.

che mai più tanto. Perdonami, che il feci a mal incorpo di tua suocera [2]; la qual donna paurosa temea che Pansa se ne adontasse. Di fatti Pansa in sua aringa avea detto che anche tua madre e il tuo fratello non avean voluto ch' io dicessi circa a te quel mio parere [3]. Ma cotesto non mi facea caso: ad altro io intendeva; poichè io spalleggiava, come sempre feci, la Repubblica, e la dignità e gloria tua. Ma di quanto ho favellato a dilungo in senato e nell' assemblea, vorrei che tu mettessi ad effetto le mie impromesse. Perocchè promisi, e quasi ne feci giuro, che tu non sei stato nè istarai a bada aspettando i nostri decreti, ma che tu, secondo tuo costume, difenderai di per te stesso la Repubblica. E comechè fino ad ora nulla avessimo udito, nè del dove ti fossi, nè di quante truppe ti avessi, pure io dava per fermo ch' erano in tua mano tutte le forze e le genti di costì; e mi stava a buona fidanza che per te già fosse stata ricupera [4] questa provincia d'Asia alla Repubblica. Or tu dà opera di vincer te stesso nell' accrescer tua gloria. A Dio.

DCCCIV. (A Div. X, 10)

Argomento. Loda la nobile intenzione e zelo di Planco di giovare alla Repubblica; quindi gli fa sperare de' premii dal Senato; nel che promette l'opera sua, e lo esorta di continuare a difender la Repubblica.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, III Kal. Apriles.

CICERO PLANCO

Etsi satis ex Furnio nostro cognoram [1], quae tua voluntas, quod consilium de re publica esset; tamen, tuis literis lectis [2], liquidius de toto sensu tuo iudicavi. Quamobrem, quamquam in uno praelio [3] omnis fortuna rei publicae disceptat; quod quidem, quum haec legeres, iam decretum [4] arbitrabar fore; tamen ipsa fama, quae de tua voluntate percrebruit [5], magnam es laudem consecutus. Itaque si consulem [6] Romae habuissemus, declaratum esset ab senatu cum tuis magnis honoribus, quam gratus esset conatus et apparatus tuus. Cuius rei non modo non praeteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc [7], meo quidem iudicio, fuit. Is enim denique [8] honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur et datur. Quare, sit modo aliqua res publica, in qua honos elucere possit; omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. Is autem, qui vere appellari potest honos, non invitamentum ad tempus, sed perpetuae virtutis est praemium. Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem; subveni patriae; opitulare collegae [9]; omnium gentium consensum

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 30 di Marzo.

CICERONE A PLANCO

Quantunque abbastanza mi fossi chiarito dal nostro Furnio, qual fosse il voler tuo, e il divisamento circa la Repubblica; tuttavia, letta la tua lettera, mi si squadernò dinanzi tutto l'animo tuo. Perlocchè, quantunque già in una sola zuffa [1] si faccia del resto quanto alla sorte della Repubblica (e credo che quando tu leggerai questa mia, la cosa sarà bella e sbrigata); tuttavia essa sola la fama che corse circa alla tua volontà gran lode ti ha partorito. Pertanto se in Roma avessimo avuto il console [2], il Senato avrebbe dimostro, con mille orrevolezze verso di te, quanto a grado gli sia tornato il tuo sforzo ed apparecchio. Del che non è già travalico il tempo, ma anzi, a mio sentire, fino ad ora non è stato maturo. Perocchè io son uso di reputar verace onore quel solo che non già per adescare ad un futuro benefizio, ma in guiderdone di gran servigi prestati si compartisce e tributa a' chiari personaggi. Laonde, purchè vi sia qualche sorta Repubblica ove l'onore possa sfolgorare, tu nuoterai, credimi, in un mare d'onori. E quell'onore, che così debbesi chiamar daddovero, non è un zimbello per lo avvenire, ma premio di una costante virtù. Per la qual cosa, o mio Planco, mettiti coll'arco dell'osso a procacciarti lode; porgi mano alla patria; aiuta il collega; e dà di spalla al consentimento e alla incredibile

et incredibilem conspirationem adiuva. Me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimumque cognosces. Ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officiis, vetustate coniuncti, patriae caritas accessit: eaque effecit [10], ut tuam vitam anteferrem meae. III [11] Kalendas Apriles.

DCCCV. (Ad Div. X, 12)

Argumentum. Laudat literas a Planco publice ad senatum missas, et quid eius causa in senatu actum sit, significat, eumque ad liberandam rem publ. diligentissime hortatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, III Idus Apriles.

CICERO PLANCO

Etsi rei publicae causa maxime gaudere debeo, tantum ei te praesidii, tantum opis attulisse extremis paene temporibus; tamen ita te victorem complectar re publica recuperata, ut magnam partem mihi laetitiae tua dignitas affert [1], quam et esse iam, et futuram amplissimam intelligo. Cave enim putes, ullas umquam literas gratiores [2], quam tuas in senatu esse recitatas. Idque contigit quum meritorum tuorum in rem publicam eximia quadam magnitudine, tum verborum sententiarum-

giura di tutti gli uomini. In me tu scorgerai un aiutatore de' tuoi disegni, un favoreggiatore della tua dignità, in ogni cosa un amico sviscerato e a tutta prova. Perciocchè a tutte quelle cagioni che ci tengono avvinchiati lunga pezza per amarci l'un l'altro e farci servizi, s'arroge la carità della patria; e fa sì che io metta la tua vita innanzi alla mia. Ai 30 marzo.

DCCCV. (A Div. X, 12)

Argomento. Loda le lettere di Planco pubblicamente mandate al Senato; accenna che cosa siasi trattato in senato riguardo a lui, ed esortalo premurosamente a liberar la Repubblica.

Scritta a Roma l'anno DCCX, l'11 di Aprile.

CICERONE A PLANCO

Quantunque [1] a riguardo della Repubblica io debbo avere gioia infinita che tu le abbi, in cotesti stremi, pôrti sì grandi soccorsi ed aiuti; nulla meno, così io ti possa abbracciar vittorioso riavuta la Repubblica, come gran parte di allegrezza mi reca la tua dignità, cui già veggo e vedrò per lo innanzi sfoggiatissima. Non ti dar a credere che mai lettere più care delle tue si sieno recitate in senato; e questo addivenne tra per la grandezza da non chiedere a lingua de' tuoi favori vêr la Repubblica, e per lo peso della dicitura e delle sen-

que gravitate. Quod mihi quidem minime novum, qui et te nossem, et tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem, et haberem a Furnio nostro tua penitus consilia cognita. Sed senatui maiora visa sunt, quam erant exspectata: non quo [3] umquam de tua voluntate dubitasset; sed nec quantum facere posses, nec quo progredi [4] velles, exploratum satis habebat. Itaque quum a. d. VII Idus Apriles mane mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset, easque legissem, incredibili gaudio sum elatus: quumque magna multitudo optimorum virorum et civium me domo deduceret [5], feci continuo omnes participes meae voluptatis. Interim ad me venit Munatius noster [6], ut consuerat: at ego ei literas tuas [7]; nihildum enim sciebat. Nam ad me primum Varisidius venerat [8]; idque sibi a te mandatum esse dicebat. Paullo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, et eas [9], quas publice. Placuit nobis [10], ut statim ad Cornutum, praetorem urbanum, literas deferremus: qui, quod consules aberant, consulare munus [11] sustinebat more maiorum. Senatus est continuo convocatus, frequensque convenit propter famam atque exspectationem tuarum literarum. Recitatis literis, oblata religio [12] Cornuto est, pullariorum [13] admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse: idque a nostro collegio [14] comprobatum est. Itaque res di-

tenze. Il che non riuscì a me cosa nuova, conoscendoti io, e sovvenendomi delle tue impromesse nelle scrittemi lettere, e avendo già dal nostro Furnio de' tuoi divisamenti quasi intera contezza. Ma al Senato parve cotesto passar di lunga mano le speranze; non già ch'egli mai dubitasse dell'animo tuo, ma perchè non sapea ben netto quanto ad operar tu valessi, e fino a qual termine tu avessi talento d'arrivare. Pertanto allorchè la mattina de' 7 aprile M. Varisidio [2] mi recò le tue lettere, ed io le lessi, tutto ne gongolai; e traendomi seco di casa una folla d'ottimi personaggi e cittadini, li feci tutti di presente partecipi della mia allegrezza. Frattanto eccoti da me, come usa, il nostro Munazio; ed io dargli le tue lettere, che ancor n'era al buio; perchè Varisidio era venuto innanzi tratto da me, e ciò, diceva egli, per ordine tuo. Poco stante lo stesso Munazio porsemi legger le tue a lui spedite, e quelle al pubblico. Ci parve bene recar di botto le lettere a Cornuto, pretore urbano, il quale, siccome i consoli non v'erano, ne tenea le veci, a mo' de' maggiori [3]. Detto fatto raunasi il Senato, che trae a folla per la fama e aspettazione di tue lettere. Lette queste, venne scrupolo a Cornuto, avvertitone dai custodi de' polli, di non aver con abbastanza diligenza posto mente agli auspicii; e ciò fu approvato dal nostro collegio [4]. Pertanto si mandò la cosa a domani.

lata est in posterum. Eo autem die magna mihi pro tua dignitate contentio cum Servilio fuit [15]; qui quum gratia effecisset, ut sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum senatus reliquit, et in alia omnia discessit [16], meaeque sententiae, quae secunda pronuntiata erat, quum frequenter [17] assentiretur senatus, rogatu Servilii P. Titius intercessit. Res in posterum dilata [18]. Venit paratus Servilius, Jovi ipsi [19] iniquus, cuius in templo res agebatur. Hunc [20] quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere. Vnum hoc ex meis: senatus gravior [21], constantior, amicior tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit. Nec vero tibi senatus amicior, quam cuncta civitas. Mirabiliter enim populus Romanus universus, et omnium generum ordinumque [22] consensus ad liberandam rem publicam conspiravit. Perge igitur, ut agis [23], nomenque tuum commenda immortalitati: atque haec omnia, quae habent speciem gloriae, collectam inanissimis [24] splendoris insignibus, contemne; brevia, fugacia, caduca existima. Verum decus in virtute positum est, quae maxime illustratur magnis in rem publicam meritis. Eam facultatem habes maximam, quam quando [25] complexus es, tene: perfice, ut ne minus res publica tibi, quam tu rei publicae debeas. Me tuae dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplifi-

Nel dì medesimo poi ho avuta una gran batosta con Servilio in difesa della tua dignità; chè avendo egli carpitosi per broglio di pronunciar prima il suo parere, quasi tutto il Senato lo piantò, e si voltò a tutt' altro, e s'accordò ad una voce nel mio sentimento, che profferii per secondo; di che Publio Tizio, stigato da Servilio, si mise in lizza. Si differisce a domani l'affare. Venne Servilio in tutto punto, a dispetto dello stesso Giove, nel cui tempio si trattava la bisogna. È meglio ch'altri ti faccia assapere come io abbia costui atterrato, e con quanto calore abbia dato lo sfratto a Tizio intercessore [5]. Questo solo ti scrivo io: il Senato non potè più di quello che fece esser vigoroso, forte e amico delle tue lodi; e il Senato non più ti fu amico, che tutta la città. Perocchè fu una meraviglia come tutto affatto il popolo romano, e l'unanime voto di tutte le sorta e ordini d'uomini abbia fatto giura di liberar la Repubblica. Continua dunque come fai, e rendi immortale il tuo nome; ed abbi a vile tutte queste fantasime di gloria accattata con meschinissime insegne di splendore; ed abbile in conto di brevi, fuggevoli e tracollanti. L'onor vero sta nella virtù, la quale vie meglio sfolgoreggia per li servigi resi alla Repubblica. Tu hai pe' capegli una bellissima opportunità, e tu tiella sodo; e dà opera che non meno ti sia debitrice la Repubblica, che tu a lei debitore. Me poi scorgerai non solo favoreggiatore, ma aggranditore eziandio della tua dignità; chè mio dovere il

catorem cognosces. Id quum rei publicae, quae mihi vita est mea carior [26], tum nostrae necessitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod bene cognitam mihi T. Munatii prudentiam et fidem magis etiam perspexi in eius incredibili erga te benivolentia et diligentia. III Idus Apriles.

DCCCVI. (Ad Div. XII, 28)

Argumentum. Quod Cornificius in eos, qui Lilybaeo minati fuerant, non animadverterat, leviter reprehendit; contra laudat eius in rem publ. studium; addit de pecunia et republica.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Aprili.

M. T. CICERO S. P. D. CORNIFICIO [1]

Assentior tibi, eos, quos scribis Lilybaeo minari [2], istic poenas dare debuisse: sed metuisti, ut ais, ne nimis liber in ulciscendo viderere. Metuisti igitur, ne gravis civis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Quod societatem rei publicae conservandae tibi mecum [3] a patre acceptam renovas, gratum est: quae societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit. Gratum etiam illud, quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas. Nec enim id inter nos facere debemus. Se-

reputo sì rispetto alla Repubblica (cara a me più della vita), sì per la nostra intrinsichezza. Ed in questi pensieri che mi son dati per la tua dignità, emmi stato di gran piacere l'aver veduto la prudenza e la fedeltà di T. Munazio, a me già ben conta, non venir meno eziandio nella sua premura a tuo riguardo. Agli 11 di aprile.

DCCCVI. (A Div. XII, 28)

Argomento. Biasima leggermente Cornificio di non aver proceduto contro coloro che hanno minacciato Lilibeo; ma loda il suo zelo verso la Repubblica: soggiunge intorno al denaro ed alla Repubblica.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Aprile.

M. T. CICERONE A CORNIFICIO S.

Son dalla tua che costì medesimo coloro che minacciarono il Lilibeo, avrebbero dovuto pagarne il fio; ma tu ti sei fatto paura, come dici, di non sembrar troppo corrivo a castigare: ti se' dunque fatto paura di sembrar un cittadino di polso, troppo vigoroso, troppo degno di te. Ho caro che tu rinnovi meco la sozietà in difender la Repubblica, redata dal padre tuo; ed essa, o mio Cornificio, rimarrà tra noi per sempre. Ho caro altresì che tu non istimi dovermi ringraziare da tua parte; chè ciò tra noi non s'addice.

natus saepius pro dignitate tua appellaretur [4], si, absentibus consulibus, umquam, nisi ad rem novam cogeretur. Itaque nec de H-S xx, nec de H-S ıɔcc [5], quicquam agi nunc per senatum potest. Tibi autem ex senatus consulto imperandum [6], mutuumque sumendum censeo. In re publica quid agatur, credo te ex eorum literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. Ego sum spe bona: consilio, cura, labore non desum: omnibus inimicis rei publicae esse me acerrimum hostem prae me fero. Res neque nunc difficili loco mihi videtur esse; et fuisset facillimo [7], si culpa a quibusdam afuisset.

DCCCVII. (Ad Div. XII, 29)

Argumentum. Lamiae negotia commendat; eum suspectum Cornificio excusat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Apr. aut Maio.

CICERO CORNIFICIO S.

Non modo tibi [1], cui omnia nostra notissima sunt, sed neminem in populo Romano arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quae mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est [2] tum, quum est ab A. Gabinio consule relegatus [3], quod libere et fortiter salutem meam defendisset. Nec ex eo [4] amor inter nos natus est; sed quod

Il Senato si radunerebbe più sovente sul conto della tua dignità, se, lontani i consoli, per altro mai si raccozzasse fuori per novità. Perciò ora non si può trattar per senato nè dei due, nè dei settantamilioni di sesterzi [1]. Stimo ben fatto adunque che tu, giusta il senatoconsulto, metta imposte e prenda ad accatto. Quello che nella Repubblica accada, lo risaprai, credo, da coloro che ti debbono scrivere i successi. Io me ne sto a buona speranza; mi do attorno con pareri, con istudio, con fatica; fo solenne protesta d'essere un accanito nemico di tutti i malevoli della Repubblica. La cosa ora mi sembra per la piana; e sarebbe in bonissimi termini se taluno non avesse fallato.

DCCCVII. (A Div. XII, 29)

Argomento. Raccomanda le faccende di Lamia, e lo purga di sospetto presso Cornificio.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Aprile, o di Maggio.

CICERONE A CORNIFICIO S.

Non solamente a te, che sai a menadito tutte le cose mie, ma a nessuno del popol romano stimo che sia sconosciuta l'intrinsichezza fra me e L. Lamia [1]. Perciocchè in un gran teatro essa ebbe a sfoggiare allorchè fu mandato a' confini dal console A. Gabinio, perchè da prode e fuor de' denti protesse la mia salute. Di là non è nato il nostro scambievole amore;

erat vetus et magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitavit. Ad haec officia, vel merita potius, iucundissima consuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam exspectare, quibus eum tibi verbis commendem [5]. Causa enim tanti amoris intelligis quae verba desideret: iis me omnibus usum putato. Tantum velim existimes, si negotia Lamiae, procuratores, libertos [6], familiam, quibuscumque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas [7] pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin sine mea commendatione (quod tuum est iudicium [8] de hominibus) ipsius Lamiae causa studiose omnia facturus sis. Quamquam erat nobis dictum, te existimare, alicui senatus consulto, quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam adfuisse; qui omnino consulibus illis [9] numquam fuit ad scribendum: deinde omnia tum falsa senatus consulta [10] deferebantur. Nisi forte etiam illi Semproniano senatus consulto [11] me censes adfuisse: qui ne Romae quidem fui, ut tum de eo [12] ad te scripsi, re recenti. Sed haec hactenus. Te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, ut omnia Lamiae negotia mea putes esse; curesque, ut intelligat, hanc [13] commendationem maximo sibi usui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura, ut valeas.

chè anzi siccome già era e vecchio e grande, così non gl'increbbe di correre a mio riguardo qual si fosse pericolo. Arrogi a questi servigi, o meglio dirò obbligazioni, una dimestichezza carissima, che nessun uomo al mondo mi dà maggior piacere di lui. Ora certo tu non te ne starai aspettando con quali parole io tel venga a raccomandare; perocchè intendendo tu quai termini s'avvengano alla cagione di un tanto amore, e tu figúrati che io tutti gli adoperi. Vorrei che tu facessi conto, che se tu difenderai le bisogne di Lamia, i procuratori, i liberti, la famiglia, con qualunque cosa faccia duopo, mi farai maggior favore, che se quella tua cortesia risguardasse le mie cose domestiche. Nè dubito che altresì senza la mia raccomandazione (secondo tuo buon giudizio degli uomini) e per rispetto di Lamia medesimo tu ti darestí ogni briga; comechè altri ci avesse detto che ti davi a credere che Lamia avesse dato mano a scrivere un certo decreto del Senato, che cozzava la tua dignità; poichè senza manco alcuno egli non intervenne mai allo scriver decreti sotto quei consoli, e oltre a ciò allora si spacciavano de' falsi senaticonsulti; se forse tu non pensi che a quel senatoconsulto Semproniano anch' io sia intervenuto; il quale allora non ero neppure in Roma; sicchè te ne scrissi di brocco. Ma di ciò basti. Io ti prego, o mio Cornificio, quanto so e posso, a stimar come mie tutte le faccende di Lamia, ed a far opera ch' egli vegga che questa mia raccomandazione gli ha profittato d'assai. Questo mi sarà un favore de' più solenni. Fa di star sano.

DCCCVIII. (Ad Div. XII, 6)

Argumentum. C. Tidium Strabonem laudat; in Cassio et M. Bruto, si res ad Mutinam male geratur, spem omnem rei publ. sitam esse dicit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Aprili.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Qui status rerum fuerit tum, quum has literas dedi, scire poteris ex C. Tidio [1] Strabone, viro bono et optime de re publica sentiente: nam quid dicam, cupidissimo tui, qui, domo et fortunis relictis, ad te potissimum profectus sit? [2] Itaque eum tibi ne commendo quidem. Adventus ipsius ad te satis eum commendabit. Tu velim sic existimes tibique persuadeas, omne perfugium bonorum in te et Bruto [3] esse positum, si, quod nolim, adversi quid evenerit. Res, quum haec scribebam, erat in extremum adducta [4] discrimen. Brutus enim Mutinae vix iam sustinebat. Qui si conservatus erit, vicimus: sin — [5] (quod Dii omen avertant!), omnis omnium cursus est [6] ad vos. Proinde fac animum tantum habeas, tantumque apparatum, quanto opus est ad universam rem publicam reciperandam [7]. Vale.

DCCCVIII. (A Div. XII, 6)

Argomento. Loda C. Tizio Strabone; dice che se male si conducono le cose presso Modena, ogni speranza della Repubblica è riposta in Bruto e Cassio.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Aprile.

M. T. CICERONE A C. CASSIO S.

In quali termini si trovino le cose ora che ti scrivo questa, potrai risaperlo da C. Tizio Strabone [1], dabben uomo e di un ottimo sentire circa la Repubblica: perciocchè che vale ch' io 'l chiami tenerissimo di te, quando egli, piantata lì e casa e averi, si fuggì in caccia e in furia presso di te? Pertanto non istò nemmeno a raccomandartelo; chè il suo arrivo il farà troppo bene. Vorrei che tu ti mettessi ben sodo in capo cotesto, che ogni rifugio de' buoni sta in te ed in Bruto, se mai, che Dio ne scampi, nulla avvenisse di sinistro. Or che ti scrivo, le cose sono a tocca e non tocca di tracollare; perciocchè Bruto [2] si sostiene a mala pena in Modena; che se la spunta, vincemmo; se no (che tolganlo i Dei), tutti faranno capo a voi. Perlochè ármati d' un coraggio tanto grande e arrischiato, quanto è di mestieri a ricuperare tutta intera la Repubblica. A Dio.

DCCCIX. (Ad Div. X, 30)

Argumentum. Serv. Sulpicius Galba praelium exponit ad Mutinam factum, victoriamque de Antonio relatam.

Scr. in castris ad Mutinam A. V. C. DCCX, XII Kal. Maias.

GALBA [1] CICERONI S.

XVII Kalend. Mai. [2], quo die Pansa in castris Hirtii erat futurus, cum quo ego eram (nam ei obviam processeram millia passuum centum, quo maturius veniret), Antonius legiones eduxit duas, secundam et quintam trigesimam [3], et cohortes praetorias duas, unam suam, alteram Silani, evocatorum [4] partem. Ita obviam venit nobis, quod nos quatuor legiones tironum habere solum arbitrabatur. Sed noctu, quo tutius venire in castra possemus, legionem Martiam, cui ego praeesse solebam, et duas cohortes [5] praetorias miserat Hirtius nobis. Quum equites Antonii apparuissent, contineri neque legio Martia, neque cohortes praetoriae potuerunt: quas [6] sequi coepimus coacti, quando eas retinere non potueramus. Antonius ad Forum Gallorum [7] suas copias continebat, neque sciri volebat, se legiones habere; tantum equitatum et levem armaturam ostendebat. Posteaquam vidit, se invito, legionem ire [8] Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum. Posteaquam [9] angustias pa-

DCCCIX. (A Div. X, 30)

Argomento. Serv. Sulpicio Galba riferisce la battaglia seguita presso Modena, e la vittoria riportata sopra d'Antonio.

Scritta nel campo presso Modena l'anno DCCX, il 20 di Aprile.

GALBA [1] A CICERONE S.

Ai 15 d'aprile, nel qual giorno Pansa [2] dovea essere nel campo d'Irzio, con cui era io, andatogli incontro a cento miglia ad avacciarlo, Antonio trasse fuori due legioni, la seconda e la trentesimaquinta, e due coorti pretorie [3], una sua, l'altra di Silano [4], banda di richiamati. Adunque egli ci affrontò, datosi a credere che noi avessimo soltanto quattro legioni di novizi. Ma Irzio nottetempo, onde più al sicuro potessimo entrare negli accampamenti, ci avea mandato la legione Marzia, che io era solito capitanare [5], e due coorti pretorie. Fattisi appena vedere i cavalieri d'Antonio, nè la legione Marzia, nè le coorti pretorie non furon potute tenere alle mosse; e noi dietro, dachè d'arrestarle non ci fu via. Antonio ritenea sua oste al Foro de' Galli [6], e non volea si sapesse aver egli le legioni, e facea mostra soltanto della cavalleria e de' fantileggeri. Poichè Pansa vide che, suo malgrado, la legione marciava, ordinò tenessergli dietro le due legioni de' novizi. Valiche le strettezze della palude e

ludis et silvarum transivimus, acies est instructa a nobis duodecim cohortium. Nondum venerant legiones duae; repente [10] Antonius in aciem suas copias de vico produxit, et sine mora concurrit. Primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari; etsi [11] dexterius cornu, in quo eram cum Martiae legionis cohortibus octo, impetu primo fugaverat legionem xxxv Antonii, ut amplius passus * * [12] ultra aciem, quo loco steterat, processerit. Itaque quum equites nostrum cornu circuire [13] vellent, recipere me coepi, et levem armaturam [14] opponere Maurorum equitibus, ne aversos nostros aggrederentur. Interim video me esse inter Antonianos, Antoniumque post me esse aliquanto [15]. Repente equum immisi ad eam legionem tironum, quae veniebat ex castris, scuto reiecto [16]. Antoniani me insequi; nostri pila coniicere velle. Ita, nescio quo fato [17], sum servatus, quod sum cito a nostris cognitus. In ipsa Aemilia [18], ubi cohors Caesaris praetoria erat, diu pugnatum est. Cornu sinisterius [19], quod erat infirmius, ubi Martiae legionis duae cohortes erant, et cohors praetoria, pedem referre coeperunt, quod ab equitatu circuibantur, quo vel plurimum valet Antonius. Quum omnes se recepissent nostri ordines, recipere me novissimus coepi ad castra. Antonius, tamquam victor, castra [20] putavit se posse capere. Quo quum venit,

delle boscaglie, schierammo l'esercito di dodici coorti. Le due legioni non erano ancor venute; di presente Antonio trae fuori dal villaggio in campo le sue truppe, e di brocco viene alle mani. Sulle prime adunque èssi azzuffato di qua e di là così accanitamente che non più; sebbene l'ala destra, dove io era con otto coorti della legion Marzia, di primo cozzo avesse sbaragliata la trentesimaquinta d'Antonio, sicchè la si scagliò più di * * passi di là del posto ove s'era ferma. Adunque volendo la cavalleria tôrsi in mezzo la nostr'ala, io mi trassi addietro, e feci far testa coi fantileggeri alla cavalleria de' Mauri, onde non assalisse i nostri alle spalle. Frattanto io mi veggo in mezzo agli Antoniani, e mi scorgo Antonio lì di dietro. Di balzo sprono il cavallo a quella legione di novizi che veniva dal campo, cacciatomi dietro lo scudo. Gli Antoniani dietromi; i nostri a voler scagliarmi giavellotti; sicchè per non so qual miracolo fui salvo, avendomi subito i miei riconosciuto. Anche sull'Emilia, dov'era la coorte pretoria di Cesare, si fe' lunga zuffa. L'ala sinistra, com'era più debole, dove v'avea due coorti della legion Marzia e la pretoria, cominciò a rinculare, vedendosi attorneare dalla cavalleria, che è il miglior nerbo d'Antonio. Ritiratesi tutte le nostre schiere, anch'io presi a ritrarmi per ultimo nel campo. Antonio, come vittorioso, si pensò di poter prendere il campo; dove ve-

complures ibi amisit, nec egit quicquam. Audita re, Hirtius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit, copiasque eius omnes delevit fugavitque eodem loco, ubi erat pugnatum, ad Forum Gallorum. Antonius cum equitibus, hora noctis quarta, se in castra sua ad Mutinam recepit [21]. Hirtius in ea castra rediit [22], unde Pansa exierat, ubi duas legiones reliquerat, quae ab Antonio erant oppugnatae. Sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum. Nec id tamen sine aliqua iactura cohortium praetoriarum [23] nostrarum et legionis Martiae fieri potuit. Aquilae duae [24], signa sexaginta sunt relata Antonii. Res bene gesta est. A. d. XII Kalendas Maias [25], ex castris.

DCCCX. (Ad Div. X, 9)

Argumentum. Suum studium erga rem publ. profitetur: dignitatem suam commendat: quid egerit et acturus sit, exponit: exercitum laudat.

Scr. in Gallia Narbonensi A. V. C. DCCX, exeunte Aprili.

PLANCVS CICERONI S.

Nihil me tibi temere [1], aut te ceteris de me frustra recepisse laetor. Certe hoc maius habes testimonium amoris mei, quo maturius tibi, quam

nuto vi perdè molti, e non ne fece niente. Udita la cosa, Irzio con venti coorti veterane s' affronta con Antonio che tornava nel suo campo, e fece man bassa e sgomberò tutte le sue truppe là medesimo dove aveasi combattuto al Foro de' Galli. Antonio colla cavalleria, sull'ora quarta di notte, riparò al suo campo sotto Modena. Irzio tornò a que' campi, donde Pansa era uscito, ove avea lasciate due legioni già assalite da Antonio. Così questi perdè la maggior parte delle sue truppe veterane; nè ciò potè farsi tuttavolta senza qualche perdita delle nostre coorti pretoriane e della legione Marzia. Si riportarono due aquile e sessanta bandiere di Antonio 7. Il fatto andò bene. Ai 16 aprile, dal campo.

DCCCX. (A Div. X, 9)

Argomento. Dichiara il suo zelo verso la Repubblica: raccomanda la propria dignità: espone ciò che ha fatto e che sta per fare: encomia l'esercito.

Scritta nella Gallia Narbonese l'anno DCCX, sul finir di Aprile.

PLANCO A CICERONE S.

Mi è caro oltremodo che le mie promesse a te fatte, e le tue fatte agli altri sul conto mio non sien ite in fumo. Ti fu un pegno certamente dell'amor mio, l'a-

ceteris, consilia mea volui esse nota. In dies vero meritorum meorum fieri accessiones, pervidere [2] te spero; cogniturum magis recipio. Quod ad me attinet, mi Cicero (ita ab imminentibus malis res publica me adiuvante liberetur!), sic [3] honores praemiaque vestra suspicio, conferenda certe cum immortalitate, ut sine his nihil de meo studio perseverantiaque sim remissurus. Nisi in multitudine optimorum civium impetus animi mei fuerit singularis, et opera praecipua: nihil ad meam dignitatem accedere volo suffragatione vestra. Concupisco autem nihil mihi (contraque ipse pugno[4]); et temporis et rei te moderatorem facile patior esse. Nihil aut sero [5], aut exigue a patria civi tributum potest videri. Exercitum a. d. sextum Kal. Maias Rhodanum traieci, magnis itineribus. Vienna [6] equites mille via breviore praemisi. Ipse, si ab Lepido [7] non impediar, celeritate satisfaciam. Si autem itineri meo [8] se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Copias adduco et numero, et genere, et fidelitate firmissimas. Te, ut diligas me, si mutuo te facturum [9] scis, rogo. Vale.

DCCCXI. (Ad Div. XI, 9)

Argumentum. Rogat, ut prospiciat, ne consulibus amissis hostes rei publ. invalescant: et, quid agendum videatur, monet.

ver io voluto che tu prima d'ogni altro sapessi i miei disegni [1]. Spero poi che tu vegga come i miei meriti crescano ogni dì più, e ti do mia fede che ancor meglio il vedrai. Quanto è da me, o mio Cicerone (così la Repubblica scansi, coll'aiuto mio, i mali che le pendon sul capo), io ricevo gli onori e i premii vostri, che stanno a paraggio dell'immortalità, in guisa tale che anco senza di essi io non menomerei punto la premura mia e la costanza. Se in tanta abbondanza di ottimi cittadini la vigoria dell'animo mio non isfoggerà, e la mia opera non sarà la più rilevata, non voglio che per vostro suffragio la mia dignità s'aggrandisca. Per me poi nulla agogno (chè vi contrasto anzi io stesso), e non ricuso che tu sii l'arbitro del tempo e della cosa. Nè tardo, nè poco può mai sembrar nulla che dia la patria ad un cittadino. Il 26 di aprile ho traghettato l'esercito oltre il Rodano, a gran giornate. Da Vienna mandai per una scorciatoia mille cavalli. Io pure vi satisfarò colla prestezza, purchè Lepido non mi dia impaccio; chè se egli si opporrà al mio viaggio, il tempo mi darà consiglio. Conduco delle truppe, e per numero e per qualità e per fede, di gran nerbo. Pregoti a volermi bene, se credi che io te ne ricambii. A Dio.

DCCCXI. (A Div. XI, 9)

Argomento. Lo prega di provvedere affinchè, perduti i consoli, non prevalgano i nemici della Repubblica; e lo rende avvisato di ciò che gli sembri a proposito di fare.

Scr. in castris Regii A. V. C. DCCX, III Kal. Maias.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. [1] S. D.
M. CICERONI

Pansa amisso, quantum detrimenti res publ. acceperit [2], non te praeterit. Nunc auctoritate et prudentia tua prospicias oportet, ne inimici nostri, consulibus sublatis [3], sperent se convalescere posse. Ego, ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam. Sequar eum confestim. Vtrumque me praestaturum spero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur [4]. In primis rogo te, ad hominem ventosissimum, Lepidum, mittas, ne bellum nobis redintegrare [5] possit, Antonio sibi coniuncto. Nam de Pollione Asinio puto te perspicere [6], quid facturus sit. Multae et bonae et firmae sunt legiones Lepidi et Asinii. Neque haec iccirco tibi scribo, quod te non eadem animadvertere sciam [7], sed quod mihi persuasissimum est, Lepidum recte facturum nunquam, si forte vobis id de hoc [8] dubium est. Plancum quoque confirmetis oro: quem spero, pulso Antonio, rei publ. non defuturum. Si se Alpes Antonius traiecerit [9], constitui praesidium in Alpibus collocare, et te de omni re facere certiorem. III Kal. [10] Maias, ex castris Regii. Vale.

Scritta nel campo a Reggio l'anno DCCX, il 30 di Aprile.

D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. A M. T. CICERONE S.

Ben tel sai di che fatta disgrazia sia stata per la Repubblica la perdita di Pansa [1]. Or fa duopo che tu, venutici meno i consoli, colla tua prudenza ti brighi di togliere a' nostri nemici la fidanza di potersi rimettere in piedi. Io farò opera che Antonio non possa rimanersi in Italia. Terrogli dietro di gran galoppo. Io spero che mi venga fatta e l'una e l'altra di queste cose: cioè che non ci scapoli Ventidio, e che Antonio non fermi il piede in Italia [2]. Innanzi tratto ti prego mandare a Lepido, quel pallone di vento, sicchè non possa rappiccar guerra con noi, accozzandosi con Antonio [3]. Chè quanto a Pollione Asinio, penso che tu t'apponga di quello che egli sia per fare [4]. Nè ciò ti scrivo, perchè io non sappia che tu da te stesso vedi chiaro le cose, ma perchè io tengo per fermissimo che Lepido darà sempre in nonnulla; se mai voi ne dubitaste punto. Pregovi oltre ciò ad aizzar Planco, il quale spero che, scacciato Antonio, non verrà meno alla Repubblica. Se Antonio valica le Alpi, ho fermo di porvi una guarnigione, e darti avviso d'ogni cosa. Ai 30 aprile, dal campo di Reggio. A Dio.

DCCCXII. (Ad Div. XII, 25)

Argumentum. 1 Ex literis Cornificii SC. factum esse significat: 2 ut in rem publ. incumbat, hortatur: 3 Lucceio se nulla in re defuturum pollicetur.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, exeunte Aprili.

M. T. CICERO S. P. D. CORNIFICIO

1 Liberalibus [1] literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero vicesimo die [2], ut dicebat, reddidit. Eo die non fuit senatus, neque postero. Quinquatribus [3] frequenti senatu causam tuam egi, non invita Minerva. Etenim eo ipso die senatus decrevit, ut Minerva nostra, custos urbis, quam turbo deiecerat, restitueretur [4]. Pansa tuas literas recitavit. Magna senatus approbatio consecuta est cum summo gaudio [5] et offensione Minotauri, id est, Calvisii et Tauri [6]. Factum de te senatus consultum [7] honorificum. Postulabatur [8], ut etiam illi notarentur: sed Pansa clementior. Ego, mi Cornifici, quo die primum in spem libertatis ingressus sum, et, cunctantibus ceteris, a. d. XIII Kal. Ian. fundamenta rei publicae ieci [9], eo ipso die providi multum, atque habui rationem dignitatis tuae. Mihi enim est assensus senatus de obtinendis provinciis. Nec vero postea destiti labefactare eum [10], qui summa cum tua iniuria, con-

DCCCXII. (A Div. XII, 25)

Argomento. 1 Dice essersi fatto senatoconsulto dietro le lettere di Cornificio; 2 esorta il medesimo ad adoperarsi per la Repubblica; 3 promette di non esser per mancare a Lucceio in alcuna cosa.

Scritta a Roma l'anno DCCX, sul finir di Aprile.

M. T. CICERONE A CORNIFICIO S.

1 Ricevetti la tua ne' dì liberali, che Cornificio mi consegnò ventun giorni dopo, come disse. Quel dì nè la dimane non vi ebbe Senato. Il *Quinquatridì* [1] trattai l'affar tuo a senato zeppo e di buona gana; a talchè il giorno istesso il Senato diè ordine si restaurasse la mia Minerva [2], guardia di Roma, già cacciata a terra da un turbine. Pansa recitò le tue lettere. Tennevi dietro gran plauso del Senato, e grand' odio e corruccio del Minotauro, cioè di Calvisio e Tauro. Si fece per tuo conto un senatoconsulto magnifico. Chiedeasi che anche coloro fosservi messi in nota; ma Pansa fu più dolce. Io, o mio Cornificio, da quel dì che dappria entrai in isperanza di libertà, e, standosi gli altri a bada, gittai, il 20 dicembre, le fondamenta della Repubblica, quel dì medesimo ebbi in vista e recaimi a petto la tua dignità: perciocchè il Senato fu dalla mia circa al ritener le provincie. Nè ho poi mai intralasciato di scalzare intorno a colui che in tua onta

tumeliaque rei publicae, provinciam absens obtinebat [11]. Itaque crebras, vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, seque in urbem recepit invitus: neque solum spe, sed certa re iam et possessione deturbatus est meo iustissimo honestissimoque convicio [12]. Te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse, provinciaeque honoribus amplissimis affectum, vehementer gaudeo.

2 Quod te mihi de Sempronio purgas [13], accipio excusationem. Fuit enim illud quoddam caecum [14] tempus servitutis. Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatisque fautor, iratus temporibus, in Graeciam, desperata libertate, rapiebar [15]: quum me Etesiae, quasi boni cives, relinquentem rem publicam prosequi noluerunt; Austerque adversus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit: atque inde ventis, remis [16] in patriam omni festinatione properavi, postridieque in summa reliquorum servitute liber unus fui. Sic sum in Antonium invectus, ut ille non ferret, omnemque suum vinolentum [17] furorem in me unum effunderet; meque quum elicere vellet ad caedis causam [18], tum tentaret insidiis: quem ego ructantem et nauseantem conieci in Caesaris Octaviani plagas [19]. Puer enim egregius praesidium sibi primum et nobis, deinde summae rei publicae comparavit [20]: qui nisi fuisset, Antonii reditus a Brundisio pestis patriae fuisset. Quae deinceps acta sint [21],

grandissima e con gran villania alla Repubblica assente avea fitto il chiodo nella provincia. Pertanto non sofferse le mie spesse anzi giornaliere chiamate, e di male gambe ritirossi a Roma; e gli si carpì non che la speranza, ma eziandio la cosa già sicura, e il possesso, pel mio giustissimo e onestissimo rimbrotto. Ho una allegrezza che mai la maggiore dello aver tu conservata con una virtù tragrande la tua dignità, e dell'essere stato ricolmo in provincia di grandissimi onori.

2 Ti meno buona la scusa per conto di Sempronio, perocchè fu quello un certo temporale cieco di servitù. Io, autore de' tuoi consigli e favoreggiatore della tua dignità, crucciato contro i tempi, fui trascinato in Grecia, sfidanzato di libertà; allorchè gli Etesii, quasi buoni cittadini, non vollero seguirmi abbandonante la Repubblica; e l'Austro sbuffandomi in contrario mi ricacciò a Reggio presso quelli di tua tribù, e di là a vela e a remi in caccia e in furia rimpatriai; e il dì appresso in mezzo al pieno servaggio degli altri io solo fui libero [3]. Mi sono scaraventato contro Antonio di santa ragione; talchè egli non potè star saldo, e addosso a me solo rovesciò tutto quel suo furor vinolento; e volea trarmi fuori per ammazzarmi, e mi ponea de' tranelli; ma io ruttante e vomitante lo sbalzai nelle reti di Cesare Ottaviano. Perciocchè quel fior di giovinetto apprestò a sè in prima, e a noi e poi a tutta la Repubblica un aiuto; che se non c'era il ritorno d'Antonio da Brindisi, era per la patria uno scaccomatto. Tu saprai, credo, le cose successe poi. Ma tor-

scire te arbitror. Sed redeamus illuc [22], unde devertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio. Neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. *Nunc hic dies aliam vitam defert, alios mores postulat*, ut ait Terentius [23]. Quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum, et quidem ad puppim. Vna navis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus. Vtinam prospero cursu! Sed quicumque venti erunt, ars nostra certe non aberit. Quid enim praestare aliud virtus potest? Tu fac, ut [24] magno animo sis et excelso; cogitesque, omnem dignitatem tuam [25] cum re publica coniunctam esse debere.

3 P. Lucceium [26] mihi meum commendas: quem, quibuscumque rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium quidem et Pansam, collegas nostros [27], homines in consulatu rei publicae salutares, alieno sane tempore amisimus, re publica Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata: quam nos, si licebit, more nostro [28] tuebimur, quamquam admodum sumus iam defatigati. Sed nulla lassitudo impedire officium et fidem debet. Verum haec hactenus. Ab aliis te de me, quam a me ipso, malo cognoscere. De te audiebamus ea, quae maxime vellemus. De Cn. Minucio, quem tu quibusdam literis ad caelum laudibus extulisti, rumores duriores erant. Id quale

niamo a bomba. Accetto la tua scusa circa Sempronio; perchè nulla di fermo potevi avere in tanto scompiglio. *Ora questo dì ci mena altro vivere, vuole altri usi*, come dice Terenzio. Perlocchè, mio Quinto, monta con noi in nave, e alla poppa, s' intende. Sur una sol nave son ora tutti i buoni; e noi ci brighiamo di farla andar dritto. Dio ci mandi buon puleggio! Ma soffino qualsiensi venti, l'arte nostra terrà sodo. Perchè, che altro di pro può far la virtù? Tu sta di forte e alto animo; e fa teco ragione che tutta la tua dignità è attaccata alla Repubblica.

3 Tu mi raccomandi il mio Lucceio, in cui 4 servigio mi darò certo tutte le premure che io potrò. In verità che noi abbiamo perduto male a nostr' uopo assai Irzio e Pansa, miei colleghi [5], uomini nel lor consolato di gran vantaggio alla Repubblica, mentre dessa è bensì liberata da' ladronecci di Antonio, ma non del tutto spastoiata; ed io, secondo mia usanza e mia possa, l'aiuterò, comechè oggimai ne sia ben stracco; ma niuna stanchezza deve esser d' impaccio al dovere ed alla fedeltà. Ma di ciò basti; chè m' è più caro che tu sappi il fatto mio da altri, che da me. Di te udimmo quello che più bramavamo. Quanto a Gn. Minucio, che tu scrivendo mi levasti a cielo, bucinavasi male anzi

sit, omninoque, quid istic agatur, facias me velim certiorem.

DCCCXIII. (Ad Div. XI, 10)

Argumentum. Queritur de quorumdam malivolentia, et rei publicae periculum exponit.

Scr. ex castris, Dertona A. V. C. DCCX, III Non. Mai.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI

Non mihi rem publicam plus debere arbitror, quam me tibi. Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi [1] sint in me, exploratum habes; si tamen hoc temporis videatur dici causa, malle me tuum iudicium [2], quam ex altera parte omnium istorum. Tu enim a certo sensu et vero iudicas de nobis; quod isti ne faciant, summa malivolentia et livore impediuntur. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus res publica a me commode administrari possit [3]. Quae quanto sit in periculo, quam potero brevissime exponam. Primum omnium, quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulum [4], quantamque cupiditatem hominibus iniiciat vacuitas [5], non te fugit. Satis me multa scripsisse, quae literis commendari possint [6], arbitror. Scio enim, cui scribam. Revertor nunc ad Antonium; qui ex fuga quum parvulam

che no [6]. Desidero che tu mi renda consapevole che ne sia, e di tutto ciò che costà avvenga.

DCCCXIII. (A Div. XI, 10)

Argomento. Si lamenta della malevolenza di certuni, e fa vedere il pericolo della Repubblica.

Scritta nel campo a Tortona l'anno DCCX, il 5 di Maggio.

D. BRUTO A CICERONE S.

Porto opinione che non debba tanto a me la Repubblica, quanto io a te. Tu hai ben chiaro ch'io posso esser più grato inverso di te, che non sieno questi ribaldi verso di me; se pur non paia ch'io dica cotesto a seconda del tempo, cioè ch'io amo meglio il parer tuo, che quello dall'altro canto di tutti costoro [1]. Perciocchè tu fai giudizio di noi, giusta un retto e sicuro sentire; dal che fare sono costoro stornati da malevolenza astiosa. Si dien pure attorno onde io non sia onorato, purchè nol facciano, onde la Repubblica non venga da me acconciamente governata; il cui risico il più breve ch'io possa ti spianerò. Innanzi tratto tu sai bene quanto rechi di scompiglio nelle cose cittadinesche la morte dei consoli, e quanti pungoli di brama questa vacanza metta ai fianchi altrui. Credo avere scritto abbastanza tutto ciò che scriver si potea, sapendo a cui. Ora torno ad Antonio; il quale mentre nella fuga sembrava avere un pizzico di gente iner-

manum [7] militum haberet inermium, ergastula solvendo, omneque genus hominum arripiendo, satis magnum numerum videtur effecisse. Huc accessit manus Ventidii [8], quae trans Apenninum itinere facto difficillimo ad Vada pervenit, atque ibi se cum Antonio coniunxit. Est numerus veteranorum et armatorum satis frequens cum Ventidio. Consilia Antonii haec sint, necesse est: aut ad Lepidum ut se conferat, si recipitur [9]; aut Apennino Alpibusque se teneat, et decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, in quae incurrerit; aut rursus se in Etruriam referat, quod ea pars Italiae sine exercitu est. Quod si me Caesar audisset, atque Apenninum transisset; in tantas angustias Antonium compulissem [10], ut inopia potius, quam ferro conficeretur. Sed neque Caesari imperari potest [11], nec Caesar exercitui suo; quod utrumque pessimum est. Quum haec talia sint: quo minus, quod ad me pertinebit, homines interpellent [12], ut supra scripsi, non impedio. Haec [13] quemadmodum explicari possint, aut, a te quum explicabuntur, ne impediantur, timeo. Alere iam milites non possum. Quum ad rem publicam liberandam accessi, H-S. mihi fuit pecuniae quadringenties [14] amplius. Tantum abest, ut meae rei familiaris liberum sit quicquam, ut omnes iam meos amicos aere alieno obstrinxerim. Septem numero legiones [15] alo: qua difficultate,

me, ora coll'aprir prigioni, e arraffar ogni fatta d'uomini, sembra che s'abbia raccozzato un buon numero. Vi s'arroge la banda di Ventidio, che pervenne ai Guadi [2], che varcò gli Apennini per catapecchie, ed ivi si congiunse con Antonio. V'ha con Ventidio un assai buon numero di veterani e di armati. Bisogna che questi sieno i disegni d'Antonio: o ripararsi a Lepido, se v'è ricevuto; o trattenersi sugli Apennini e sull'Alpi, e colle scorrerie di cavalli, che n'ha in buon dato, dare il guasto ovunque s'incappi; o di bel nuovo recarsi in Toscana, la qual porzione d'Italia è sfornita di truppe. Che se Cesare avesse dato retta a me, e passato l'Apennino, avrei cacciato Antonio in tali strettezze ch'egli sarebbe anzi morto di fame che di ferro. Ma nè altri a Cesare, nè egli all'esercito può comandare; pessime cose entrambe [3]. Stando il fatto in questi termini, io non impedisco, come sopra ti scrissi, che altri ponga contrasto a quello che me risguarda. Ben temo che a questa matassa non si possa trovare il bandolo, o che quando tu vel trovi non ti frastornino. Già più oltre non posso spesare i soldati. Quand'io mi posi a liberare la Repubblica, io aveva più che quattrocento milioni di sesterzi 4. Del mio poi su cui fare assegnamento non v'è briciolo, tantochè ho già fatti debiti con tutti i miei amici. Mantengo ora sette legioni:

tu arbitrare. Non, si Varronis [16] thesauros haberem, subsistere sumtui possem. Quum primum de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis ita, si hoc idem me in te facere senseris. III Non. Maias, ex castris, Dertona [17].

DCCCXIV. (Ad Div. X, 14)

Argumentum. Laudat Planci studium et celeritatem in auxiliis Bruto collegae ferendis, hortaturque, ut belli reliquias exstinguat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, III Non. Maias.

CICERO PLANCO S.

O gratam famam biduo ante victoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copiis! Atque [1] etiam hostibus fusis, spes omnis in te est. Fugisse enim ex proelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. Est autem non minus gratum extrema delere, quam prima depellere. Equidem exspectabam [2] iam tuas literas, idque cum multis: sperabamque etiam, Lepidum temporibus [3] admonitum tecum rei publicae satis esse facturum. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum, et rem publicam divino beneficio affeceris, et ipse aeternam gloriam consequere. D. III Non. 4 Mai.

pensa con quanto stento. Se io avessi i tesori di Varrone [5] non potrei durare alla spesa. Come tosto avrò spiato qualcosa d'Antonio, te ne darò avviso. Tu mi amerai, sì veramente che tu creda ch' io fo il medesimo con te. Ai 5 maggio, dal campo di Tortona.

DCCCXIV. (A Div. X, 14)

Argomento. Loda lo zelo e la prestezza di Planco nel mandare i rinforzi al collega Bruto, ed esortalo a spegnere del tutto la guerra.

Scritta a Roma l' anno DCCX, il 5 di Maggio.

CICERONE A PLANCO S.

Oh! la cara nuova due dì innanzi alla vittoria del tuo aiuto, premura, prestezza, e delle tue truppe. Ed anco tuttavia sbaragliati i nemici, tutta la speranza è in te. Perciocchè si bucina che siensi fuggiti dalla battaglia di Modena i famosissimi capi de' ladroni [1]. Ed egli è non minor diletto il mandar in fumo gli ultimi bricioli, che dare il primo scrollo. Già io aspettava tue lettere, e ciò con molti altri; sperava eziandio che Lepido, facendo senno dai tempi, si unirebbe teco a pro della Repubblica. Adunque, o mio Planco, datti briga a tutt' uomo che non resti nè manco una favilla della scelleratissima guerra. Che se ciò compi, e avrai fatto alla Repubblica un beneficio a cielo, e tu ti acquisterai una gloria eterna. Ai 5 di maggio.

DCCCXV. (Ad Div. XI, 11)

Argumentum. Iter Antonii ad Lepidum, dubiamque Planci fidem, et suum in rem publ. studium significat.

Scr. in finibus Statiellensium A. V. C. DCCX, prid. Non. Mai.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI

Eodem exemplo literae a te mihi [1] redditae sunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. Scripsi tibi, quae hic gererentur. In itinere est Antonius; ad Lepidum proficiscitur; ne de Planco [2] quidem spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animadverti, qui in me inciderunt. In quibus quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat. Ego tamen non habui ambiguum, et statim ad Plancum misi: et biduo ab Allobrogibus, et totius Galliae legatos [3] exspecto, quos confirmatos domum remittam. Tu, quae istic [4] opus erunt administrari, prospicies, ut ex tua voluntate, reique publicae commodo fiant. Malivolentiae hominum in me, si poteris, occurres; si non poteris [5], hoc consolabere, quod me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. Pridie Nonas Maias, ex castris, finibus Statiellensium.

DCCCXV. (A Div. XI, 11)

Argomento. Accenna il viaggio d'Antonio a Lepido, e la fede sospetta di Planco, e il suo zelo verso la Repubblica.

Scritta dal campo sul confine degli Statiellensi, l'anno DCCX, il 6 di Maggio.

D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. A M. CICERONE S.

Furonmi recate lettere di quella medesima copia che i miei ragazzi portarono. Conosco d'aver teco obbligazioni, come pure di non potertene satisfare. Ti scrissi ciò che qui succedeva. Antonio è in via alla volta di Lepido; non gittò ancora la speranza su Planco, come scopersi da' suoi biglietti [1] che mi cadder tra mani; ne' quali scriveva quali mandasse ad Asinio, quali a Lepido, e quali a Planco. Però io non istetti in forse, e di botto mandai da Planco; e in due giorni aspetto ambasciadori dagli Allobrogi e da tutta la Gallia, cui rimanderò a casa ben rafforzati. Tu avrai mente a tutto che costì bisogni, sicchè le cose vadano a seconda del tuo volere, ed in acconcio della Repubblica. Se puoi, darai sulla voce ai miei malevoli; e se nol puoi, datti questo conforto, che non possono tormi giù da' miei disegni per qualunque villania. Ai 7 di maggio, dal campo sui confini degli Statiellensi [2].

DCCCXVI. (Ad Div. XII, 12)

Argumentum. Res a se gestas exponit, suam dignitatem suosque duces et milites commendat: in Ciliciam contra Dolabellam proficisci in animo esse significat.

Scr. ex castris in Asia A. V. C. DCCX, Non. Maiis.

CASSIVS PROCOS. S. D. M. CICERONI SVO

Si vales, bene est: ego quidem valeo [1]. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognovi. Videbaris enim non solum favere nobis, id quod et nostra [2] et rei publicae causa semper fecisti; sed etiam gravem curam suscepisse, vehementerque esse de nobis solicitus. Itaque, quod te primum existimare putabam, nos, oppressa re publica, quiescere non posse; deinde, quum suspicarere nos moliri [3], quod te solicitum esse et de salute nostra, et de rerum eventu putabam [4]: simul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, scripsi ad te, tabellariosque complures Romam misi. Scripsi etiam ad senatum literas, quas reddi vetui prius, quam tibi recitatae essent: si forte mei obtemperare mihi voluerint [5]. Quod si [literae [6]] perlatae non sunt, non dubito, quin Dolabella, qui, nefarie Trebonio occiso, Asiam occupavit [7], tabellarios meos deprehenderit, literasque interceperit. Exercitus

DCCCXVI. (A Div. XII, 12)

Argomento. Espone le cose da sè operate, raccomanda la propria dignità, i suoi ufficiali e soldati; accenna d'aver intenzione di recarsi in Cilicia contro Dolabella.

Scritta dal campo in Asia l'anno DCCX, il 7 di Maggio.

CASSIO PROCONSOLE AL SUO M. CICERONE S.

Se tu sei sano, come io fo, ben con Dio. Lessi le tue lettere, dove riconobbi il tuo tragrande amore per me. Perciocchè tu mi sembri non solo favoreggiarmi, come sempre hai fatto e per mio e per riguardo della Repubblica, ma eziandio esserti tolta in collo una rangolosa premura, e datoti angustia per conto mio [1]. Adunque, siccome io pensava che tu giudicassi ch' io non potea starmi colle mani alla cintola, mentre la Repubblica è soprafatta; poi immaginando che tu sospettassi ch' io qualcosa macchinava, e quindi ti stessi sulle spine circa alla mia salute e all'esito delle cose; tosto che ricevetti le legioni, tratte fuor d'Egitto da A. Allieno, ti scrissi, e mandai a Roma di molti corrieri. Ho scritte altresì lettere al Senato, proibendo si consegnassero prima che tu le udissi; se pure i miei m'avran dato ascolto. Che se per avventura le non arrivarono, non dubito che Dolabella, il quale occupò l'Asia dopo avere scelleratamente ucciso Trebonio, abbia acciuffati i miei corrieri, e intercette le lettere. Io

omnes, qui in Syria fuere, teneo. Habui [8] paullulum morae, dum promissa militibus persolvo. Nunc iam sum expeditus. A te peto, ut dignitatem meam commendatam tibi habeas, si me intelligis nullum neque periculum, neque laborem patriae denegasse; si contra importunissimos latrones [9] arma cepi, te hortante et auctore; si non solum exercitus [10] ad rem publicam libertatemque defendendam comparavi, sed etiam crudelissimis tyrannis eripui. Quos si occupasset Dolabella, non solum adventu, sed etiam opinione et exspectatione exercitus sui Antonium confirmasset. Quas ob res milites tuere [11], si eos mirifice de re publica meritos esse animadvertis; et effice, ne quem poeniteat, rem publicam, quam spem praedae et rapinarum sequi maluisse. Item Murci et Crispi [12], imperatorum, dignitatem, quantum est in te, tuere. Nam Bassus misere [13] noluit mihi legionem tradere. Quod nisi milites, invito eo, legatos ad me misissent, clausam Apameam tenuisset, quoad vi esset expugnata. Haec a te peto, non solum rei publicae, quae tibi semper fuit carissima, sed etiam amicitiae nostrae [14] nomine, quam confido apud te plurimum posse. Crede mihi, hunc exercitum, quem habeo, senatus atque optimi cuiusque esse, maximeque tuum: de cuius voluntate assidue audiendo, mirifice te diligit, earumque habet. Qui si intellexerit, commoda sua curae tibi

tengo tutti gli eserciti che furono in Siria. Stammi alquanto in dimoro, mentre sciolgo le promesse ai soldati; ed ora sonmene sbrigato. Ti fo preghiera d'aver per raccomandata la mia dignità, quando ben ti sia chiaro ch' io non mi son risparmiato a pro della Repubblica nè risico, nè fatica di sorte; quando, secondo tua esortazione e consiglio, ho afferrate le armi contro a de' ladroni che davan grandissimo travaglio; quando non solo ho ragunato eserciti all'uopo di difendere la Repubblica e la libertà, ma eziandio ne ho strappati dalle ugne di crudelissimi tiranni. Sui quali se Dolabella avesse poste le branche, avrebbe dato un forte puntello ad Antonio non pur col suo arrivo, ma ben anco colla fama e aspettazione del suo esercito. Perlochè difendi i soldati, se conosci ch' essi hanno fatto un rilevatissimo favore alla Repubblica, e dà opera che niuno si penta d'aver amato meglio seguir la Repubblica, che non la speranza di bottino e di rapine. Ed eguale difendi giusta tua possa la dignità di Murcio e Crispo, imperatori. Perciocchè Basso, col malanno ch' ei s' abbia, non mi volle mandar le legioni, per forma che se i soldati, a suo dispetto, non m' avesser mandati ambasciatori, avrebbe tenuto chiusa Apamea, sinchè non si fosse presa d'assalto. Io ti fo queste preghiere non solo a nome della Repubblica, la quale ti fu sempre cara oltremodo, ma altresì della nostra amicizia, la quale spero che presso di te sia valevole assai. Credimi, questo esercito che io ho, essere del Senato, e d'ogni ottimo, e di te spezialmente; di cui udendo egli continuo la benivolenza, ti porta un amore da non chiedere a lingua. Che se accorgerassi che ti stiano a cuore i fatti suoi, reputerassi a te

esse, debere etiam se tibi omnia putabit. Literis scriptis, audivi [15], Dolabellam in Ciliciam venisse cum suis copiis. Proficiscar in Ciliciam. Quid egerim, celeriter ut scias, dabo operam. Ac velim, ut meremur de re publica, sic felices simus. Fac valeas, meque ames. Nonis Maiis, ex castris.

DCCCXVII. (Ad Div. X, 11)

Argumentum. 1 Gratias agit Ciceroni pro collatis in se officiis, 2 et de suo in rem publ. studio pollicetur omnia.

Scr. in Allobrogibus A. V. C. DCCX, mense Maio.

PLANCVS CICERONI

1 Immortales ago tibi gratias, agamque dum vivam. Nam relaturum [1] me, affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse, nisi forte, ut tu gravissime disertissimeque scripsisti [2], ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, quum memoria tenebo. Si de filii tui dignitate esset actum, amabilius certe nihil facere potuisses. Primae tuae sententiae infinitis cum muneribus [3], posteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositae, oratio assidua et perpetua de me, iurgia [4] cum obtrectatoribus propter me notissima mihi sunt. Non mediocris [5] adhibenda mihi est cura, ut rei publicae

debitore di tutto. Scritta la lettera, odo che Dolabella venne con sua oste in Cilicia: androvvi; e farò che tu risappi prontamente quanto adoprerò. E vorrei tanto esser avventurato, quanto fo servigi alla Repubblica. Sta sano, ed amami. Ai 7 di maggio, dal campo.

DCCCXVII. (A Div. X, 11)

Argomento. 1 Ringrazia Cicerone delle cortesie usate verso di sè, 2 e promette ogni cosa circa il suo zelo verso la Repubblica.

Scritta dal paese degli Allobrogi l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

PLANCO A CICERONE

1 Io ti rendo e renderò tutta mia vita un mondo di grazie; chè di contraccambiarti non posso far promessa. Perciocchè non mi sembra poter corrispondere a tanti tuoi servigi, se pure (come tu mi scrivesti con somma gravità ed eloquenza) non vogli aver per un cambio il mio ricordarmene. Se fossesi trattato della dignità d'un figliuol tuo, usarmi più di amorevolezza non t'era possibile. I primi tuoi pareri con doni infiniti, i secondi acconci dal tempo e dal volere de' miei amici; l'incessante discorso, li continui litigi per mio conto coi commettimali, mi sono conosciutissimi. Molto pensiero io mi debbo dare di porgermi alla

me civem dignum tuis laudibus praestem, in amicitia tua memorem atque gratum. Quod reliquum est, tuum munus [6] tuere; et me, si, quem esse voluisti, eum exitu rebusque cognoscis, defende ac suscipe.

2 Quum Rhodanum copias traiecissem, fratremque cum tribus millibus equitum praemisissem, ipse iter ad Mutinam dirigerem: in itinere de proelio facto [7], Brutoque et Mutina obsidione liberatis audivi. Animadverti, nullum alium receptum Antonium reliquiasque, quae cum eo essent, habere, nisi in his partibus [8]; duasque ei spes esse propositas, unam Lepidi ipsius, alteram exercitus [9]. Quod quaedam pars exercitus non minus furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt, equitatum revocavi: ipse in Allobrogibus constiti, ut proinde ad omnia paratus essem, ac res me moneret [10]. Si nudus huc se Antonius conferet [11], facile mi videor per me sustinere posse, remque publicam ex vestra sententia administrare, quamvis ab exercitu Lepidi recipiatur. Si vero copiarum aliquid secum adducet, et si decima legio veterana [12], quae nostra opera revocata cum reliquis est, ad eundem furorem redierit: tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera a me; idque me praestaturum spero, dum istinc [13] copiae traiiciantur, coniunctaeque nobiscum facilius perditos opprimant. Hoc tibi spondeo, mi Cicero,

Repubblica cittadino meritevole delle tue lodi, memore e grato alla tua amistà. Del rimanente stieti a petto il dono tuo; e me difendi e spalleggia, se tale a fin de' conti mi conosci, qual m'hai voluto [1].

2 Avendo fatto varcar il Rodano alle truppe, e mandato innanzi il fratello con tre mila cavalieri, ed io stesso vôlto il cammino a Modena, udii dietro via della zuffa seguíta, di Bruto e di Modena liberati d'assedio. M'addiedi che Antonio e' suoi avanzaticci non avean altro ricovero fuorchè in queste bande; e due sole speranze rimanergli, l'una del medesimo Lepido, l'altra dell'esercito. Avvegnachè una certa parte di quell'esercito non è meno accanita di coloro che furono con Antonio, richiamai la cavalleria; io mi sostai negli Allobrogi, per esser di là presto ad ogni caso. Se Antonio verrà qui nudo, parmi che di leggieri potrò far testa, e governare la cosa pubblica a senno vostro, comechè egli fosse ricoverato dall'esercito di Lepido. Ma se egli trae seco qualche po' di soldati, e se la decima legione veterana, che per nostr'opera fu richiamata cogli altri, darà di nuovo nelle furie, mi darò briga ad ogni modo che niun danno intravenga; e spero che vi riuscirò finchè di costì mi si mandino le truppe, e accozzate con noi dien lo scacco agevolmente a que' ribaldi. Questo ti prometto io, o mio Cicerone,

neque animum, nec diligentiam mihi defuturam [14]. Cupio mehercules, nullam residuam solicitudinem esse: sed si fuerit, nec animo, nec benivolentiae, nec patientiae cuiusquam pro vobis cedam. Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad huius rei societatem incitem, omniaque ei obsequia polliceor, si modo rem publicam respicere volet. Vtor in hac re adiutoribus interpretibusque, fratre meo, et Laterense [15], et Furnio nostro. Non me impedient privatae offensiones, quo minus pro rei publicae salute etiam cum inimicissimo [16] consentiam. Quod si nihil profecero, nihilominus maximo sum animo; et maiore fortasse cum mea gloria [17] vobis satisfaciam. Fac valeas, meque mutuo diligas.

DCCCXVIII. (Ad Div. X, 15)

Argumentum. Nuntiat, quae ad opprimendum Antonium et egerit et acturus sit.

Scr. in Allobrogibus A. V. C. DCCX, mense Maio.

PLANCVS CICERONI

His literis scriptis [1], quae postea accidissent, scire te, ad rem publicam putavi pertinere. Sedulitas mea, ut spero, et mihi et rei publicae tulit fructum. Namque assiduis internuntiis cum Lepido egi, ut, omissa omni contentione, recon-

che nè il coraggio, nè la diligenza mi fallirà. Io bramo daddovero che non rimanga nessuna noia; ma se mai rimanesse, nè di coraggio, nè d'amore, nè di pazienza per voi starò di sotto ad alcuno. Mi studio altresì di aizzare anche Lepido a sozietà in questa bisogna, e gli prometto tutti gli ossequi, se mai volesse rivolgere gli occhi alla Repubblica. Ad aiuti e interpreti mi valgo in ciò del mio fratello, e di Laterense, e del nostro Furnio. Non mi storneranno ruggini private dal far giura a salute della Repubblica anche col maggior nemico ch'io m'abbia. Che se darò in nonnulla, son tuttavolta d'animo fortissimo, e satisfarò forse a voi con mia gloria maggiore. Sta sano, e amami di ricambio.

DCCCXVIII. (A Div. X, 15)

Argomento. Annunzia ciò che ha fatto e sta per fare onde fiaccare Antonio.

Scritta dal paese degli Allobrogi l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

PLANCO A CICERONE

Dopo scritta la presente [1], mi parve mettesse conto alla Repubblica che tu risapessi quello che addivenne. Ho speranza che la mia diligenza recò profitto e a me e alla Repubblica. Perciocchè, martellandolo con messaggi continui, brigai con Lepido acciocchè, messa da canto

ciliataque voluntate nostra [2], communi consilio rei publicae succurreret; se, liberos, urbemque pluris, quam unum perditum abiectumque latronem putaret; obsequioque meo, si ita faceret, ad omnes res abuteretur [3]. Profeci itaque per Laterensem internuntium. Fidem mihi dedit, se Antonium, si prohibere provincia sua [4] non potuisset, bello persecuturum; me, ut venirem, copiasque coniungerem, rogavit; eoque magis, quod et Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, et Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate eius, non multis ante diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Quibus rebus ego cognitis, cunctatus non sum; in cursu bonorum consiliorum Lepidum adiuvandum putavi. Adventus meus quid profecturus esset, vidi: vel quod equitatu meo persequi atque opprimere equitatum eius possem [5], vel quod exercitus Lepidi eam partem, quae corrupta est, et ab re publica alienata, et corrigere et coërcere praesentia mei exercitus possem. Itaque in Isara, flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte uno die facto, exercitum a. d. quartum Idus Maias traduxi. Quum vero mihi nuntiatum esset, L. Antonium praemissum [6] cum equitibus et cohortibus ad Forum Iulii venisse: fratrem cum equitum quatuor millibus, ut occurreret ei, misi a. d. III Idus [7] Maias: ipse maximis itine-

ogni contesa, e rappattumatici insieme, sovvenisse alla Repubblica di comune consiglio, e facesse maggior capitale di sè, de' figliuoli e di Roma, che non d'un impiccato ladrone; e, caso che il facesse, avessemi suo schiavo in catena. Venni a capo per mezzo del messaggio di Laterense [2]. Diemmi parola ch'egli avrebbe guereggiato Antonio, se non potesse tenerlo lungi dalla sua provincia; pregommi ch'io venissi a riunire le truppe; tanto più che dicevasi Antonio esser forte di cavalleria, e Lepido più che mezzanamente sfornito. Perciocchè da quel pugno che n'avea, pochi giorni innanzi, dieci n'eran passati da me, ottimi in fede mia. Le quali cose conosciute, non istetti a bada; e mentr'era in voga di sì belle intenzioni, stimai bene dar di spalla a Lepido. Ben vidi vantaggio ch'avria recato il mio arrivo; sia perchè potrei colla mia cavalleria dar la caccia e opprimer la sua, sia perchè potrei colla presenza del mio esercito correggere e tener a dovere quella porzione dell'esercito di Lepido, che è guasta e aliena dalla Repubblica. Pertanto fatto in un sol dì un ponte sull'Isara, grandissimo fiume che è ne' confini degli Allobrogi, passai l'esercito li 12 di maggio. Ma venutami novella che L. Antonio, mandato innanzi con cavalli e coorti, era giunto al ForoG iulio [3], agli 11 di maggio mandai il fratello a incontrarlo con quattromila cavalli; e io medesimo gli terrò dietro a

ribus cum quatuor legionibus expeditis et reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocris modo fortuna rei publicae adiuverit: et audaciae perditorum, et nostrae solicitudinis hic finem reperiemus. Quod si latro, praecognito nostro adventu, rursus in Italiam se recipere coeperit, Bruti erit officium, occurrere ei: cui scio, nec consilium nec animum defuturum. Ego tamen, si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiam [8] a vastatione defendat. Fac valeas, meque mutuo diligas.

DCCCXIX. (Ad Div. XI, 22)

Argumentum. Commendat Appium Claudium, qui cum Antonio se coniunxerat, ut ex hostium numero eximatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

M. T. CICERO D. BRVTO IMP. S. P. D.

Cum Appio Claudio [1], C. F., summa mihi necessitudo est, multis eius officiis, et meis mutuis constituta. Peto a te maiorem in modum, vel humanitatis tuae, vel mea causa, ut eum auctoritate tua, quae plurimum valet, conservatum velis [2]. Volo, te, quum fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento, nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse salvum. Cuius quidem causa hoc

gran giornate con quattro legioni e colla rimanente cavalleria. Se un pochino appena di buona ventura in favor della Repubblica ci darà di spalla, troverem qui fine e dell' audacia de' ribaldi, e dell' angoscia nostra. Che se il ladrone, avuto prima sentore del nostro arrivo, se la battesse di nuovo in grembo all' Italia, sarà offizio di Bruto dargli di cozzo; al quale tengo per fermo non fallire nè il senno, nè il cuore. Tuttavolta io, in tal caso, manderò il fratello colla cavalleria che difenda Italia dal guasto. Fa di star sano, e amarmi di ricambio.

DCCCXIX. (A Div. XI, 22)

Argomento. Raccomanda Appio Claudio, ch' erasi unito ad Antonio, perchè venga eccettuato dal numero dei nemici.

Scritta a Roma l' anno DCCX, nel mese di Maggio.

M. T. CICERONE A D. BRUTO IMPERATORE S.

Appio Claudio, figliuolo di Caio [1], è tutta cosa mia, mercè di molti uffici fattici l' un l' altro. Ora io ti fo somma calca a volerlo tener guardato colla tua autorità, che vale gran fatto, vuoi per tua cortesia, vuoi per mio riguardo. Desidero ch' essendo tu già conosciuto come uomo vigorosissimo, il nome anco ti abbi di elementissimo. Ti sarà grande onore l' aver salvo per tuo beneficio un giovinetto nobilissimo. La cui causa

melior debet esse, quod pietate adductus, propter patris restitutionem [3], se cum Antonio coniunxit. Quare etsi minus veram causam [4] habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere. Nutus tuus potest [5] hominem, summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum praeterea et gratissimum, incolumem in civitate retinere [6]. Quod ut facias, ita a te peto, ut maiore studio, magisve ex animo petere non possim.

DCCCXX. (Ad Div. X, 17)

Argumentum. Praesentem belli statum describit, cum excusatione fratris a se dimissi, et commendatione suae dignitatis.

Scr. in Allobrogibus A. V. C. DCCX, exeunte Maio.

PLANCVS CICERONI

Antonius [1] Idibus Maiis ad Forum Iulii cum primis copiis venit; Ventidius bidui spatio abest ab eo; Lepidus ad Forum Voconii [2] castra habet, qui locus a Foro Iulii quatuor et viginti millia passuum abest; ibique me exspectare constituit, quemadmodum ipse mihi scripsit. Quod si omnia mihi integra et ipse, et fortuna servarit [3], recipio vobis, celeriter me negotium ex sententia confecturum. Fratrem meum, assiduis la-

debbe esser migliore per questo, perchè spinto dalla pietà, a far sì che il padre gli si restituisse, si collegò con Antonio. Perlochè, quand'anche tu non meni buona questa cagione, potrai tuttafiata trarne fuori alcun'altra probabile. Il cenno tuo può ritener salvo in città un uomo, di nobilissima schiatta, di sommo ingegno e virtù, servigievole inoltre e grato fuormisura. Al che fare io ti fo tante cordiali preghiere e tanta pressa quanta mai posso.

DCCCXX. (A Div. X, 17)

Argomento. Descrive lo stato attuale della guerra, scusandosi d'aver licenziato il fratello, e raccomandando la sua dignità.

Scritta dal paese degli Allobrogi l'anno DCCX, sul finire di Maggio.

PLANCO A CICERONE

Antonio li 5 maggio arrivò al Foro Giulio coll'avanguardo; Ventidio gli è discosto due giornate; Lepido è accampato al Foro Voconzio, che è ventiquattro miglia dal Foro Giulio; ed ivi ha fermo d'attendermi, come mi scrisse. Che se ed egli e la fortuna mi serberanno in sodo la cosa, vi fo promessa ch'io sbrigherò in un baleno a vostra posta la bisogna. Ti ho già

voribus concursationibusque confectum, graviter se habuisse, antea tibi scripsi: sed tamen quum primum posse ingredi [4] coepit, non magis sibi, quam rei publicae se convaluisse existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat [5]. Sed ego eum non solum hortatus sum, verum etiam coëgi isto [6] proficisci: quod et illa valitudine magis conficere se, quam me iuvare [7] posset in castris, et quod acerbissimo interitu consulum rem publicam nudatam tali cive praetore in urbanis officiis indigere existimabam. Quod si qui [8] vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tamen [9], quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret, quo obside fidei illius et societatis [10] in re publica administranda uterer. Studium mihi [11] suum L. Gellius, de tribus fratribus Segaviano probavit: quo ego interprete novissime ad Lepidum sum usus. Amicum eum rei publicae cognosse [12] videor: libenterque ei sum testimonio, et omnibus ero, qui bene merentur [13]. Fac valeas, meque mutuo diligas, dignitatemque meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum benivolentia fecisti.

scritto come mio fratello [1] fu a mal termine di salute, sfinito dalle continue fatiche e scorrerie; ma tuttavolta appena potè mover piede, stimando d'essersi riavuto non più a sè che alla Repubblica, non si scansava di mettersi alla testa in qualunque risico. Ma io non solo l'esortai, ma eziandio sforzai a recarsi costà: sì perchè poteva nel campo piuttosto raggravare il suo malore che darmi aiuto; sì perchè stimai che la Repubblica rimasta ignuda per la morte acerbissima dei consoli, avesse duopo nei cittadineschi uffici di un tal cittadino pretore. Che se ciò non paresse ben fatto ad alcuno di voi, sappia che a me il senno nel consiglio, non già a lui la fedeltà verso la patria fallì. Tuttavia Lepido mandommi Apella, giusta mio desiderio, da tenermelo in ostaggio della sua fede, e della sozietà nel governo della Repubblica. L. Gellio, l'uno dei tre fratelli, diè prova di suo zelo per me a Segaviano: di cui ultimamente sommi servito per interprete a Lepido. Parmi di ravvisarlo amico alla Repubblica; e della buona voglia gliene sono testimonio, ed a tutti sarollo, che si rendon benemeriti. Fa di star sano, e contraccambiarmi l'amore, e difendere, se il merito, la mia dignità, come hai sin qui adoprato con ispeziale benevolenza.

DCCCXXI. (Ad Div. X, 16)

Argumentum. Gratissimas senatui fuisse Planci literas, factumque SC. significat, et ut in subitis rebus senatus consilium ne exspectet, sed ipse a sese consilium capiat auctor est.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

CICERO PLANCO

Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quam tuas, Plance, literas. Redditae sunt enim frequenti senatu Cornuto [1], quum is frigidas sane et inconstantes recitasset literas Lepidi. Sub eas statim recitatae sunt tuae, non sine magnis quidem clamoribus. Quum rebus ipsis [2] essent et studiis beneficiisque in rem publicam gratissimae, tum erant gravissimis verbis et sententiis [3]. Flagitare senatus institit [4] Cornutum, ut referret statim de tuis literis. Ille, se considerare velle [5]. Quum ei magnum convicium fieret cuncto a senatu [6], quinque tribuni plebei retulerunt. Servilius [7] rogatus rem distulit. Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad unum [8]. Ea quae fuerit, ex senatus consulto cognosces. Tu, quamquam [9] consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reiicias; neve in

DCCCXXI. (A Div. X, 16)

Argomento. Significa essere state gratissime al senato le lettere di Planco, ed essersi fatto senatoconsulto; e lo consiglia che nelle cose repentine non aspetti la deliberazione del senato, ma deliberi da sè stesso.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

CICERONE A PLANCO

Non ho mai veduto, o Planco, a memoria d'uomo accader nulla di più glorioso, di più caro, e ad un'ora di più opportuno delle tue lettere. Poichè esse furon pôrte in pien senato a Cornuto, mentre egli recitava quelle di Lepido fredde veramente e incostanti [1]. Subito dopo quelle, recitaronsi le tue tra uno schiamazzo d'acclamazioni; perciocchè oltre l'esser gratissime e per le cose verso sè medesime, e per le premure e servigi alla Repubblica, erano eziandio ricolme di gravi detti e sentenze. Il Senato fece calca a Cornuto che sprimesse incontanente il contenuto delle tue lettere; egli disse, volervi pensar su. Fattogli un solenne rimbrotto dal Senato intero, cinque tribuni della plebe lo sposero. Servilio interrogato la mandò in lungo. Io tal partito posi, che tutti ad una acconsentirono: conoscerailo dal senatoconsulto. Tu, comechè anzi che mancarti consiglio, ne hai d'avanzo, pure debbi aver in animo di non rimandar qui niuna cosa; e in tanta

rebus tam subitis, tamque angustis a senatu consilium petendum putes. Ipse tibi sis senatus. Quocumque te ratio rei publicae ducet, sequare. Cures [10], ut ante factum aliquod a te egregium audiamus, quam futurum putarimus. Illud tibi promitto, quicquid a te erit factum [11], id senatum non modo ut fideliter, sed etiam ut sapienter factum comprobaturum.

DCCCXXII. (Ad Div. XII, 30)

Argumentum. Silentium literarum, praeter litigantium commendationes, excusat: amorem suum Cornificio testificatur; et de angustiis pecuniae publicae, aliisque rebus breviter scribit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

M. T. CICERO S. P. D. CORNIFICIO

Itane, praeter litigatores, nemo ad te meas literas [1]? Multae istae quidem. Tu enim perfecisti, ut nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret. Sed quis umquam tuorum mihi dixit esse, cui darem, quin dederim? aut quid mihi [2] iucundius, quam, quum coram tecum loqui non possim, aut scribere ad te, aut tuas legere literas? Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim te

subitezza e misertà di cose non pensar di dover chieder consiglio al Senato. Siiti senato tu stesso a te. Segui tuo senno per la Repubblica, dovunque esso ti guida. Dà opera che noi udiam qualche tuo fatto egregio, prima che noi pensiamo che tu l'avresti a fare. Questo ti prometto io, che qualunque cosa tu farai, il Senato approveralla non tanto come fatta con fedeltà, ma altresì con assennatezza.

DCCCXXII. (A Div. XII, 30)

Argomento. Si scusa che, fuori delle lettere di raccomandazione pei litiganti, se ne stia in silenzio: protesta il suo amore verso Cornificio; e scrive brevemente della pubblica scarsità di denaro, e di più altre cose.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

M. T. CICERONE A CORNIFICIO S.

Così eh? niun ti reca mie lettere, se non è qualche litigante? queste però sono in buon dato; chè tu hai fatto per forma che niuno si stima presso te raccomandato senza mie lettere. Ma chi fu de' tuoi che mi dicesse potergli dare una mia, ch'io non gliene dessi? O che v'ha per me di più caro dello scriverti, e legger le tue lettere, non potendo di presenza parlarti? Il gran mio increscimento si è l'affogare in tante brighe, da non poterti scrivere a mia posta; che io ti

epistolis, sed voluminibus [3] lacesserem; quibus quidem me a te provocari oportebat. Quamvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes. Aut, si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere, et a me literas crebriores, quum tu mihi raro [4] mittas, flagitare. Nam quum antea distinebar [5] maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis rem publicam mihi tuendam putabam, tum hoc tempore multo distineor vehementius. Vt enim gravius aegrotant ii, qui, quum levati morbo videntur [6], in eum de integro inciderunt: sic vehementius nos laboramus, qui, profligato bello ac paene sublato, renovatum bellum [7] gerere conamur. Sed haec hactenus. Tu tibi, mi Cornifici, fac ut persuadeas, non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut a te vinci possim aut officiis, aut amore. Non dubitabam equidem: verumtamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Chaerippus [8]. O hominem, semper illum quidem mihi aptum [9], nunc vero etiam suavem! Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba pertulit. Itaque noli vereri, ne tibi succensuerim [10], quod eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. Requisivi equidem proprias ad me unum literas [11]; sed neque vehementer, et amanter. De sumtu [12], quem te in rem militarem facere et fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari, propterea quod

pioverei addosso non lettere, ma volumi; coi quali era il dovere che tu me provocassi piuttosto, che, quantunque occupato, pure hai maggior agio. Oppure, se nemmen tu hai tregua, non mi dar tanta seccaggine, richiedendomi più spesse lettere quando tu me ne mandi a spilluzzico. Che se per l' addietro m' impacciavano grandissime occupazioni, perchè stimava di dover difendere la Repubblica colle mani e coi piedi, al presente m' impacciano mille cotanti di più. Perciocchè, siccome stanno assai peggio coloro che sembrando alcunchè riavuti dalla malattia, vi ricaddero di bel nuovo; così noi siam più forte travagliati, ora che, dopo mandata quasi in fumo la guerra, siamo sforzati a romperla da capo [1]. Ma di ciò basti. Tu, o mio Cornificio, abbi per fermo ch' io non sono di così gretto animo, per non dir disumano, da poter lasciarmi vincere da te in servigi ed in amore. Comechè di tua benevolenza verso di me non dubitassi punto, me ne diede però gran riprova Cherippo. O uomo ch' egli è sempre in vero acconcio a' fatti miei, ora poi altresì una pasta di zucchero! Affè affè ch' egli mi pose sott' occhi le tue sembianze a un pelo, non che solo mi riferisse il tuo diviso e le tue parole. Adunque non temer ch' io mi corrucci teco dell' avere scritto a me nè più nè meno come agli altri. Perciocchè io ho ben chiesto lettere particolari a me solo; ma cotale all' amichevole il feci, e senza tempestarti pressandotene. Quanto alla spesa che dici aver fatto e fare nelle bisogne militari, non ti posso in verità dar aiuto; chè il

et orbus [13] senatus consulibus amissis, et incredibiles angustiae pecuniae publicae: quae conquiritur undique, ut optime meritis militibus promissa solvantur; quod quidem fieri sine tributo [14] posse, non arbitror. De Attio [15] Dionysio nihil puto esse; quoniam mihi nihil dixit Tratorius [16]. De P. Lucceio [17] nihil tibi concedo, quo studiosior eius sis, quam ego sum. Est enim nobis necessarius [18]. Sed a magistris [19] quum contenderem de proferendo die, probaverunt mihi, sese, quo minus id facerent, et compromisso et iureiurando impediri. Quare veniendum arbitror Lucceio. Quamquam, si meis literis obtemperavit [20], quum tu haec leges, illum Romae esse oportebit. Ceteris de rebus, maximeque de pecunia, quum Pansae mortem ignorares, scripsisti, quae per nos ab eo consequi te posse arbitrarere. Quae te non fefellissent, si viveret: nam te diligebat. Post mortem autem eius quid fieri posset, non videbamus. De Venuleio, Latino, Horatio [21] valde laudo. Illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo aequiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. Honore enim [22] cum ignominia dignis non erant comparandi; eosque ex senatus consulto, si non decedunt, cogendos, ut decedant, existimo. Haec fere ad eas literas, quas eodem exemplo [23] binas accepi. De reliquo, velim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem.

Senato è rimasto orbo, perduti i consoli, e il denaro pubblico è al verde, come Dio tel dica; e se ne va razzolando da per tutto, per sciorre le promesse ai soldati benemeriti; il che non veggo potersi fare senza un tributo [2]. Di Azio Dionisio credo che sarà un nonnulla; chè niente men disse Tratorio. Circa a P. Lucceio, non ti vo' lasciar la mano nell'averne cura. Perchè egli è tutta mia cosa. Ma chiedendo di forza ai soprastanti che differissero, fecermi chiaro ch'essi nol potean fare pel compromesso e pel giuramento. Perlochè stimo bene che venga Lucceio; sebbene, s'egli diè retta alla mia lettera, dovrebbe trovarsi a Roma quando tu leggerai questa. Del rimanente, e massime circa al denaro, essendo tu al buio della morte di Pansa, m'hai scritto quello che per mio mezzo credevi poter da lui ottenere; il che non ti sarebbe ito a male, se ei viveva, che ti portava grand'amore; e dopo la sua morte non vedevam bene che da far fosse. Circa a Venuleio, Latino e Orazio ti fo gran lode; non mi garba troppo quello che tu scrivi d'aver sottratti i littori anche a' tuoi legati, acciocchè coloro stessero di miglior animo. Perocchè non è da farsi paraggio tra uomini degni d'onore, e tra i degni di biasimo; e se essi non se ne vanno pel decreto del Senato, credo che sia bene sfrattarli a forza. Eccoti risposto a un bel circa alle due lettere che ricevetti sulla stessa copia. Del rimanente vorrei ti fermassi in cuore che io non tengo più cara la mia della tua dignità.

DCCCXXIII. (Ad Div. XI, 18)

Argumentum. Reprehendit Brutum, quod in mandatis ad senatum plus timoris ostendisset, quam tempus postularet.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, XIIII Kal. Iunias.

M. T. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S. D.

Etsi ex mandatis, quae Galbae Volumnioque ad senatum dedisti, quid timendum suspicandumque [1] putares, suspicabamur; tamen timidiora mandata videbantur, quam erat dignum tua populique Romani victoria [2]. Senatus autem, mi Brute, fortis est [3], et habet fortes duces. Itaque moleste ferebat, se a te, quem omnium, quicumque fuissent, fortissimum iudicaret, timidum atque ignavum iudicari. Etenim quum, te incluso, spem maximam omnes habuissent in tua virtute, florente Antonio: quis erat, qui quicquam timeret, profligato illo, te liberato? Nec vero Lepidum timebamus. Quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, ut, qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum rei publicae indiceret? Nec dubito, quin tu plus provideas [4]. Sed tamen tam recenti gratulatione [5], quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renovatio timoris magnam molestiam af-

DCCCXXIII. (A Div. XI, 18)

Argomento. Riprova Bruto, che nelle commissioni al senato abbia dimostrato più timore che le circostanze non richiedevano.

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 19 di Maggio.

M. T. CICERONE A D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. S.

Comechè dagli ordini che pel Senato hai dati a Galba e a Volunnio [1], sospettassimo già quello che tu pensavi dover temere e sospettare; pure quegli ordini ci sembravan più timidi, di quello che s'addiceva alla vittoria tua e del popolo romano. Ma il Senato, o mio Bruto, è vigoroso, ed ha vigorosi capitani. Pertanto gl'increbbe, da te uomo da lui tenuto sopra quant'altri al mondo fortissimo, esser avuto in conto di timido e dappoco. Percioechè allorquando tu eri stretto d'assedio, e Antonio in fiore, tutti avean la maggiore speranza in te: chi era mai che avesse briciol di timore lui sconfitto, te liberato? E nemmanco Lepido ci mettea paura. Perocchè chi si darebbe a crederlo furioso per forma, che avendo detto di voler la pace in una guerra indiavolata, voglia romper guerra alla Repubblica in una bramatissima pace? Nè dubito che tu non preveggia più avanti; pure mentre è tanto fresco il ringraziare fatto in tutti i tempii degli Iddii [2] a tuo nome, questo rinnovamento di paura molto ci tribo-

ferebat. Quare velim equidem, id quod spero, ut plane abiectus et fractus sit Antonius: sin aliquid virium forte collegerit, sentiet, nec senatui consilium, nec populo Romano virtutem deesse, nec rei publicae, te vivo, imperatorem. XIIII [6] Kal. Iun.

DCCCXXIV. (Ad Div. XI, 19)

Argumentum. Rei publicae vicem timet: Vicentinos commendat.

Scr. Vercellis A. V. C. DCCX, XII Kal. Iun.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI

Ad senatum quas literas misi, velim prius perlegas, et, si qua tibi videbuntur, commutes [1]. Necessario me scripsisse, ipse animadvertes. Nam quum putarem, quartam et Martiam legiones mecum futuras [2], ut Druso Paulloque placuerat, vobis assentientibus: minus de reliquis rebus laborandum existimavi. Nunc vero, quum sim cum tironibus egentissimis, valde et meam et vestram vicem timeam, necesse est. Vicetini [3] me et M. Brutum praecipue observant. His ne quam patiare iniuriam fieri in senatu vernarum causa [4], a te peto. Causam habent optimam, officium in rem publicam summum, genus hominum adversariorum seditiosum et inertissimum [5]. XII Kalend. Iun. Vercellis.

lava. Laonde vorrei in buona verità, e lo spero, che Antonio vada in sfracello; e se mai ragranella un po' di forze, s'accorga che al Senato non fallisce il senno, nè la prodezza al popol romano, nè alla Repubblica, in tua vita, un capitano. Ai 19 di maggio.

DCCCXXIV. (A Div. XI, 19)

Argomento. Teme della sorte della Repubblica: raccomanda i Vicentini.

Scritta da Vercelli l'anno DCCX, a' 21 di Maggio.

D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. A M. CICERONE S.

Vorrei che innanzi tratto tu leggessi le lettere ch'io mandai al Senato, e facessivi que' mutamenti che ti sembrasse. Ben capirai che io scrissi di giocoforza [1]; perciocchè pensando che io avrei meco la quarta e la Marzia legione, giusta il piacer di Druso [2] e di Paolo [3], e il vostro consenso, non credei dover crucciarmi del rimanente. Ma ora, con questi abbrugiati novizi, m'è duopo aver una vecchia paura e per mio conto e per costoro. I Vicentini [4] portano gran rispetto a me ed a M. Bruto; e però ti prego non soffrir che in senato si faccia lor villania di sorta, a cagione di que' mascalzoni. Hanno un'ottima causa, fanno rilevato servigio alla Repubblica, i loro nemici sono un branco di sediziosi e poltroni [5]. Da Vercelli [6] ai 21 maggio.

DCCCXXV. (Ad Div. X, 34)

Argumentum. Narrat, Antonio adveniente, quid egerit; et agit gratias Ciceroni, quod iniquis de se rumoribus non crediderit.

Scr. in castris ad Pont. Argenteum A. V. C. DCCX, XI Kal. Iun.

M. LEPIDVS IMP. ITERVM [1] PONT. MAX.
S. D. M. T. CICERONI

S. V. B. E. E. V. [2] Quum audissem, Antonium cum suis copiis, praemisso L. Antonio cum parte equitatus, in provinciam meam venire; cum exercitu meo ab confluente Rhodano [3] castra movi, ac contra eos venire institui. Itaque continuis itineribus ad Forum Vocontii [4] veni, et ultra castra ad flumen Argenteum contra Antonianos feci. P. Ventidius [5] suas legiones tres coniunxit cum eo, et ultra me castra posuit. Habebat antea [6] legionem quintam, et ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermorum. Equitatum habet magnum. Nam omnis [7] ex proelio integer discessit, ita ut sint amplius equitum * * [8]. Itaque ad me complures milites et equites ab eo transierunt, et in dies singulos eius copiae minuuntur. Silanus et Culleo ab eo discesserunt. Nos etsi graviter ab iis laesi eramus, quod contra nostram

DCCCXXV. (A Div. X, 34)

Argomento. Racconta ciò che ha fatto all'arrivo d'Antonio; e ringrazia Cicerone che non abbia creduto alle maligne dicerie intorno a sè.

Scritta dal campo presso il Ponte Argenteo l'anno DCCX, il 21 di Maggio.

M. LEPIDO [1] IMP. PER LA SECONDA VOLTA PONT. MASS. A M. T. CICERONE S.

Se sei sano, bene sta; io nè più nè manco. Avendo udito che Antonio con sua oste, mandato innanzi L. Antonio con parte della cavalleria, veniva nella mia provincia, mi mossi coll' esercito dallo sbocco del Rodano, e fermai di gir lor incontro. Giunsi pertanto, correndo senza resquitto, al Foro Voconzio [2], e più là posi il campo verso il fiume Argenteo [3] di rimpetto agli Antonii. P. Ventidio congiunse le sue tre legioni con lui, e si accampò sopra me. Avea innanzi la quinta legione, e delle altre una buona quantità, ma inerme [4]. Ha gran cavalleria; chè tutta si spiccò dalla zuffa intatta, per forma che sono più di * * cavalli [5]. Adunque molti fanti e cavalieri passarono da lui a me, e ognindì le sue schiere sminuiscono. Silano e Culleone [6] gli voltaron mantello; ed io, benchè offeso da loro in

voluntatem [9] ad Antonium ierant: tamen nostrae humanitatis et necessitudinis causa eorum salutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera [10] utimur, neque in castris habemus, neque ulli negotio praefecimus. Quod ad bellum hoc attinet, nec senatui, nec rei publicae deerimus. Quae postea egerimus, faciam te certiorem. Etsi omni tempore summa studia officii mutuo [11] inter nos certatim constiterunt pro nostra inter nos familiaritate, et proinde diligenter ab utroque conservata sunt: tamen non dubito, in tanto et tam repentino motu rei publicae [12], quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis obtrectatoribus, me indigna, ad te delata sint, quae tuum animum magno opere moverent pro tuo amore in rem publicam. Ea te moderate accepisse, neque temere credendum iudicasse, a meis procuratoribus certior sum factus: quae mihi, ut debent, gratissima sunt. Memini enim et illa [13] superiora, quae abs tua voluntate profecta sunt, ad meam dignitatem augendam et ornandam: quae perpetuo animo meo fixa manebunt [14]. Abs te, mi Cicero, magnopere peto, si meam vitam et studium diligentissime [15] superioribus temporibus in re publica administranda, quae Lepido digna sunt [16], perspecta habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore exspectes: et proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale.

sul vivo, perchè s'erano accostati con Antonio a mio dispetto, pure tra per mia cortesia e per l'amicizia mi diedi pensiero della loro salvezza. Ma tuttavolta non mi servo di loro, nè gli ho a campo, nè gli misi soprastare a nessuna bisogna. Quanto a questa guerra, non fallirò nè al Senato, nè alla Repubblica. Darotti contezza di quanto farò dappoi. Comechè in ogni tempo noi ci abbiam fatti l'un l'altro a prova di molti e sfolgorati servigi, a motivo della nostra intrinsichezza, e quindi da entrambi con ogni diligenza mantenuti; tuttavia ho per fermo che in tanto e sì subito rimescolamento della Repubblica ti sieno state rapportate sul conto mio da miei malevoli delle false dicerie, indegne di me, le quali ti avranno passato l'anima fuor fuori, giusta l'amor tuo per la Repubblica. Or m'avvisano i miei procuratori che tu ad esse sole non prendesti fuoco sul punto, e se' andato a rilento a crederle; il che, come debbe, mi è grato fuor misura. Perciocchè sovvengomi di quelle preterite cose, che vennero dal tuo buon talento, in pro e accrescimento della mia dignità; le quali cose stavan fisse saldamente nell'animo mio. Da te, o mio Cicerone, chieggo quanto so e posso, se tu hai veduto chiaramente la mia vita, e il mio zelo infocatissimo nell'amministrare per lo addietro la Repubblica, secondo a Lepido s'addiceva, che tu da me ti aspetti di eguali, o pur di più gran cose per lo avvenire; e che coll'autorità tua pensi a

D. XI Kalendas Iunias, ex castris, ex Ponte Argenteo.

DCCCXXVI. (Ad Div. X, 25)

Argumentum. Suadet, ut rei publ. operam navare pergat, neve ea omissa praeturam petiturus ad comitia festinet.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

CICERO S. D. FVRNIO [1]

Si interest, id quod homines arbitrantur, rei publicae te, ut instituisti atque fecisti, navare operam [2], rebusque maximis, quae ad exstinguendas reliquias belli pertinent, interesse; nihil videris melius [3], neque laudabilius, neque honestius facere posse; istamque operam tuam, navitatem, animum in rem publicam celeritati praeturae anteponendam [4] censeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem consecutus sis: mihi crede, proximam Planco, idque ipsius Planci testimonio, praeterea fama scientiaque [5] omnium. Quamobrem si quid operis tibi etiam nunc restat, id maximo opere censeo persequendum. Quid enim honestius [6], aut quid honesto anteponendum? Sin autem [7] satisfactum rei publicae putas, celeriter ad comitia, quando mature futura sunt, veniendum censeo: dummodo ne quid haec ambitiosa festinatio imminuat eius gloriae, quam consecuti sumus [8]. Multi

difendermi quanto più io sono a te obbligato. A Dio. Ai 21 maggio, dal campo presso il Ponte Argenteo.

DCCCXXVI. (A Div. X, 25)

Argomento. Lo esorta a continuare ad adoperarsi per la Repubblica, e che non si affretti, col trascurar quella, di trovarsi ai comizii per concorso della pretura.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

CICERONE A FURNIO [1] S.

Se egli importa, al sentir d'ognuno, alla Repubblica che tu ti dia briga, come principiasti a fare, e ti metta in mezzo alle cose di sommo momento, sul conto di spegnere i rimasugli della guerra, non pare che tu possa far nulla di meglio, di più commendevole, nè di più onesto; e stimo che cotal tua opera, premura e buon talento vêr la Repubblica tu debba porre innanzi alla prestezza della pretura. Perocchè vo' che tu sappi quanta lode hai tu guadagnata: vicina, mel credi, a quella di Planco, e ciò a detta pure di Planco, e inoltre giusta la voce e il senno universale. Perlochè se nulla anco ti resta a fare, parmi che tu vi ti debba metter coll'arco dell'osso. Infatti qual cosa di più onesto, e qual cosa vuolsi all'onesto preporre? Che se tu credi aver satisfatto alla Repubblica, parmi bene che di brocco tu ti rechi ai comizii, quando a tempo acconcio si faranno; purchè questa fretta ambiziosa non isminuisca punto quella gloria che abbiamo acquistata.

clarissimi viri, quum rei publicae darent operam, annum petitionis suae non obierunt [9]. Quod eo facilius nobis est, quod non est annus hic tibi destinatus [10]; ut, si aedilis fuisses, post biennium tuus annus esset. Nunc nihil praetermittere videbere [11] usitati et quasi legitimi temporis ad petendum. Video autem, Planco consule, etsi etiam sine eo rationes expeditas haberes [12], tamen splendidiorem petitionem tuam, si modo ista ex sententia confecta essent. Omnino plura me scribere, quum tuum tantum consilium iudiciumque sit, arbitrabar non ita necesse [13]: sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam; cuius est haec summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione, maioremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quam in celeritate praeturae. Haec eadem locutus sum domi meae, adhibito [14] Q. fratre meo, et Caecina, et Calvisio, studiosissimis tui, quum Dardanus, libertus tuus, interesset. Omnibus probari videbatur oratio mea. Sed tu optime iudicabis.

DCCCXXVII. (Ad Div. X, 18)

Argumentum. Narrat, quibus causis ad Lepidum proficiscatur.

Molti specchiatissimi personaggi, che davan opera a pro della Repubblica, lasciaron valicar l'anno della lor domanda; il che a noi riesce tanto più agevole, quanto che non è questo l'anno per te fermo, come dopo due anni sarebbe il tuo, se tu fossi stato edile [2]. Ora non mi sembra che tu lasci ire indarno punto del tempo consueto e quasi legittimo di domandare. E veggo che quando sia Planco console, comechè pur senza lui tu ti abbi le tue ragioni belle e nette, sarà tuttavolta più sfolgorata la tua dimanda, se pur queste faccende andranno a riuscire dove bramiamo [3]. Ad ogni modo non credo far troppo mestieri ch'io ti scriva più lungo, avendo tu tanto di senno e prudenza; ma nullameno non soffro che ti sia ignoto il parer mio; la cui somma è questa, ch'io bramo meglio che tu misuri ogni cosa secondo la dignità che secondo l'ambizione, e che tu reputi esser maggiore il frutto nella perpetuità della lode, che nella prestezza della pretura. Tali cose per lo appunto ragionai in casa mia, fatti venir Q. fratelmo, e Cecina, e Calvisio [4] amicissimi tuoi, e presente anche Dardano, tuo liberto. Il mio parlare sembrò quadrasse a tutti; ma tu giudicherai meglio che tutti.

DCCCXXVII. (A Div. X, 18)

Argomento. Rende noto per quali motivi si rechi presso Lepido.

Scr. in castris A. V. C. DCCX, paullo post XII Kal. Iun.

PLANCVS CICERONI

Quid in animo habuerim, quum Laevus [1] Nervaque discesserunt a me, et ex literis, quas eis dedi, et ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus consiliisque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini pudenti [2] et cupido satisfaciendi rei publicae bonisque omnibus accidere solet, ut consilium sequerer periculosum magis, dum me probarem, quam tutum, quod habere posset obtrectationem. Itaque post discessum legatorum [3], quum binis continuis literis et Lepidus me, ut venirem, rogaret, et Laterensis multo etiam magis, prope implorans, obtestaretur: non ullam rem [4] aliam extimescens, quam eandem, quae mihi quoque facit timorem, varietatem atque infidelitatem exercitus eius; non dubitandum putavi, quin succurrerem, meque communi periculo [5] offerrem. Sciebam enim, et cautius illud erat consilium [6], exspectare me ad Isaram, dum Brutus traiiceret exercitum, et cum collega consentiente, sicut milites faciunt, hostibus obviam ire [7]: tamen, si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciae meae, aut timori videbam [8], si aut hominem offensum mihi, coniunctum cum re publica, non sublevassem,

Scritta dal campo l'anno DCCX, poco dopo il 20 di Maggio.

PLANCO A CICERONE

Tu puoi aver conosciuto l'animo mio quando Levo [1] e Nerva si partiron da me, e dalle lettere che lor diedi, e da loro medesimi che a tutti i fatti e consigli miei furon presenti. Intervenne a me quello che suole a tutti gli uomini schivi che temon disdoro e bramano soddisfare alla Repubblica, ed a qualsiasi dabbene; ch'io cioè seguii un partito anzi arrischievole, ma che desse di me bella prova, che un sicuro, ma da poter essere appuntato. Laonde partiti i legati, tra per avermi Lepido con due lettere di seguito pregato a venire, e Laterense molto più quasi a caldi occhi scongiurato, il quale null'altro teme più di quello che a me stesso fa paura, cioè quel suo esercito banderuola; credei ben fatto spacciatamente accorrervi, e mettermi a fronte del rischio comune. Ben sapeva esser più cauto consiglio starmene aspettando all'Isara che Bruto tragittasse la cavalleria, e d'accordo col collega, a modo che fanno i soldati, andar incontro ai nemici; tuttavia se mai Lepido, che ha buone intenzioni, avesse tôcco qualche danno, m'accorgeva che tutto si rovescerebbe in collo o alla mia ostinazione, o al mio timore, quando io non avessi soccorso un uomo, crucciato meco, ma colla Repubblica congiunto, o quando io medesimo mi

aut ipse a certamine belli tam necessarii me removissem. Itaque potius periclitari volui, si possem [9] mea praesentia et Lepidum tueri, et exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri. Solicitiorem certe hominem, non suis contractis [10], neminem puto fuisse. Nam, quae res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit [11], ea nunc magnam affert solicitudinem, magnumque habet casum. Mihi enim si contigisset, ut prior occurrerem Antonio, non mehercules horam constitisset: tantum ego et mihi confido, et sic perculsas [12] illius copias, Ventidiique Mulionis castra despicio. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris [13], quod prius nocere potest, quam sciri curarique possit. Sed certe nisi uno loco me tenerem [14], magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quae bene de re publica sentit. Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent. Quae si adventus meus represserit [15], agam gratias fortunae constantiaeque meae, quae ad hanc experientiam excitavit. Itaque a. d. XII Kalend. Iunias ab Isara castra movi: pontem tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positis, reliqui, praesidiaque ibi firma posui, ut venienti Bruto exercituique eius sine mora transitus esset paratus. Ipse, ut spero, diebus octo, quibus has literas dabam, cum Lepidi copiis me coniungam.

fossi scantonato da una zuffa in una guerra così necessaria. Pertanto volli più presto avventurarmi, se mai potessi colla mia presenza e difender Lepido, e far migliore l'esercito, che aver carico di troppo guardingo. Per mia fede non istimo esservi stato uom più impacciato per brighe non sue. Perciocchè quello che non aveva punto di risico, se manca l'esercito di Lepido, or dà grande travaglio, e sta in gran bilico. Chè se mi fosse venuto fatto di affrontar per il primo Antonio, non si sarebb' egli, se Dio m' aiuti, sostato un'ora: a tanta baldanza io sto di me, e sì fattamente ho nel zero le sue sperperate truppe, e i campi di Ventidio mulattiere [2]. Ma non può far ch' io non abbia i brividi, se dentro è chi lo martella, che faccia guasto pria che si possa scorgere e sventare. Ma affè se io non mi tenessi fermo ad un sol posto, Lepido medesimo, e quella parte dell' esercito che ben la sente, correrebbono un rischio di maladetta sorte. Ed anco avrebbono avuto un gran rincalzo i ribaldi nemici, se da Lepido avessero strappate alcune truppe. Alle quali cose se il mio arrivo contrastò, avronne merito alla fortuna, ed alla mia costanza che m' aizzò a questa prova. Pertanto ai 21 di maggio mossi il campo dal fiume Isara; lasciai però in piedi il ponte che io aveva fatto su esso fiume, postivi ai capi due castelli; e vi collocai una forte guarnigione, acciocchè venendo Bruto e il suo esercito trovasservi sgombro il passo. Ho speranza d'unirmi colle truppe di Lepido da qui a otto giorni.

DCCCXXVIII. (Ad Div. X, 22)

Argumentum. Agris dividundis Plancus praefici cupiebat, cui ea de re Cicero respondet.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

CICERO PLANCO

In te et in collega omnis spes est [1], Diis approbantibus. Concordia vestra [2], quae senatui declarata literis vestris est, mirifice et senatus et cuncta civitas delectata est. Quod ad me scripseras de re agraria [3]: si consultus senatus esset, ut quisque honorificentissimam de te sententiam dixisset, eam secutus essem: qui certe ego fuissem [4]. Sed propter tarditatem sententiarum moramque rerum, quum ea, quae consulebantur, ad exitum non pervenirent: commodissimum mihi Plancoque fratri visum est uti eo [5]; quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognovisse. Sed sive in senatus consulto, sive in ceteris rebus desideras aliquid; sic tibi persuade, tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, ut nullum genus amplissimae dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Literas tuas vehementer exspecto, et quidem tales, quales maxime opto. Vale.

DCCCXXVIII. (A Div. X, 22)

Argomento. Desiderando Planco sopraintendere alla divisione delle terre, Cicerone gli risponde nel proposito.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

CICERONE A PLANCO

Dio piacente, ogni speranza è in te e nel tuo collega [1]. La vostra concordia, môstra al Senato per vostre lettere, recò un piacer senza fine al Senato e a tutta la città. Quanto a quello mi scrivesti circa la bisogna agraria [2], se in senato ne fosse stato posto partito, io certamente sarei stato pronto a seguir la sentenza di chiunque l'avesse detta più onorevol per te. Ma per la lentezza de' pareri, e per lo esser rimaste le consulte in secco, parve il più acconcio a me e al fratel Planco servirsi di quello, il quale a far sì che non s'eseguisse a nostro senno chi ci abbia messo le corna, tu, credo, l'avrai risaputo dalle lettere di Planco. Ma se alcunchè brami o in senatoconsulto, o in altro, tieni per certo che tanto amore per te nutrono i buoni tutti, che niuna sorta di sfolgoratissimo onore si può immaginare, il quale non sia pronto per te. Aspetto a gloria tue lettere, e cotali quali più le agogno. A Dio.

DCCCXXIX. (Ad Div. XI, 15)

Argumentum. Laudat officium et diligentiam Bruti; hortaturque, ut iam secum ipse certet.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

M. T. CICERO D. BRVTO COS. DES. S. D.

Etsi mihi tuae literae iucundissimae sunt; tamen iucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco collegae mandasti, ut te mihi per literas excusaret [1]: quod fecit ille diligenter. Mihi autem nihil amabilius officio tuo [2] et diligentia. Coniunctio [3] tua cum collega, concordiaque vestra, quae literis communibus declarata est, S. P. Q. R. gratissima accidit. Quod superest, perge, mi Brute, et iam non cum aliis, sed tecum ipse [4] certa. Plura scribere non debeo, praesertim ad te, quo magistro brevitatis [5] uti cogito. Literas tuas vehementer exspecto, et quidem tales, quales maxime opto.

DCCCXXX. (Ad Div. X, 13)

Argumentum. De S. C. pro dignitate Planci facto scribit, eumque hortatur, ut Antonianum bellum conficiat.

DCCCXXIX. (A Div. XI, 15)

Argomento. Loda il merito e la diligenza di Bruto, ed esortalo a gareggiare con se stesso.

Scritta a Roma l' anno DCCX, nel mese di Maggio.

M. T. CICERONE A D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. S.

Avvegnachè le tue lettere mi sien sempre care oltremisura, più caro mi fu tuttavolta l' aver tu dato ordine al tuo collega Planco, mentre affoghi nelle faccende, che mi ti scussasse per lettere; il che fece egli a tutta diligenza; e a me niente va più a sangue del tuo servigio e premura. La tua unione col sozio, e la vostra concordia [1], che per comuni lettere fu dichiarata, venne graditissima al S. e al P. R. Del rimanente, o mio Bruto, tira innanzi, ed or mai non più cogli altri, ma con te stesso gareggia. Non debbo scriver più oltre, massime a te, che pensó tornmi a maestro di brevità [2]. Aspetto ardentemente tue lettere, e che sieno conformi a quello che più desidero.

DCCCXXX. (A Div. X, 13)

Argomento. Scrive del senatoconsulto fatto per la dignità di Planco, e lo conforta di terminare la guerra con Antonio.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

CICERO PLANCO

Vt primum mihi [1] potestas data est augendae dignitatis tuae, nihil praetermisi in te ornando, quod positum esset [2] aut in praemio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ipso senatus consulto poteris cognoscere. Ita enim est perscriptum, ut a me de scripto dicta sententia est [3]: quam senatus frequens secutus est summo studio magnoque consensu. Ego quamquam ex tuis literis, quas mihi misisti [4], perspexeram, te magis iudicio bonorum, quam insignibus gloriae delectari; tamen considerandum nobis [5] existimavi, etiamsi tu nihil postulares, quantum tibi a re publica deberetur. Tu contexes extrema cum primis [6]. Qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit. Itaque Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlyssem appellavit πτολίπορθον [7].

DCCCXXXI. (Ad Div. X, 19)

Argumentum. Gratiarum actionem sibi iucundam, literas senatui gratas fuisse significat, et ut reliquias belli conficiat, hortatur.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

CICERONE A PLANCO

Come prima mi si diè il concio di accrescere la tua dignità, nulla intralasciai per darti pregio, sia per premio del valore, sia per onorevole favellare. E tu tel vedrai dallo stesso senatoconsulto; chè fu scritto a motto a motto dal parer mio che recitai; al quale il Senato s'accordò ad una e della miglior voglia che mai. Quantunque io avessi scorto dalle tue lettere a me [1], che più ti tocca l'animo il giudicio de' buoni, che non gli addobbi di gloria; tuttavia stimai che dovessimo far ragione di quanti sono i tuoi meriti verso la Repubblica, sebben tu nulla chiedessi. Ma tu rappiccherai colle cose prime le ultime: perciocchè colui che M. Antonio porrà al niente, darà fine altresì alla guerra; e per questo Omero non Aiace nè Achille, ma Ulisse chiamò *Distruttore di Troia* [2].

DCCCXXXI. (A Div. X, 19)

Argomento. Significa essergli stato dolce il rendimento di grazie, gradita la lettera al Senato, e lo esorta di estinguer ogni residuo di guerra.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

CICERO PLANCO

Quamquam gratiarum actionem a te non desiderabam, quum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum; tamen (fatendum est enim) fuit ea [1] mihi periucunda. Sic enim vidi, quasi ea, quae oculis cernuntur [2], me a te amari. Dices, quid antea? Semper equidem [3]; sed numquam illustrius. Literae tuae mirabiliter gratae sunt [4] senatui, quum rebus ipsis, quae erant gravissimae et maximae, fortissimi animi, summique consilii; tum etiam gravitate sententiarum atque verborum. Sed, mi Plance, incumbe, ut belli extrema perficias [5]. In hoc erit summa et gratia et gloria. Cupio omnia rei publicae causa; sed, mehercules, in ea conservanda iam defatigatus, non multo plus patriae faveo, quam tuae gloriae: cuius maximam facultatem tibi dii immortales, ut spero, dedere [6]: quam complectere, obsecro. Qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum teterrimum periculosissimumque confecerit.

DCCCXXXII. (Ad Div. XI, 12)

Argumentum. Queritur, ab Antonio bellum renovatum, quod hominum opinione impediri a Bruto potuisset.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

CICERONE A PLANCO

Sebbene io non abbia desiderato tuo ringraziare, sapendoti gratissimo e in fatti e in cuore; tuttavia, a dirtela, mi arrecò quello un piacer senza fine. Chè così vidi, come dir con questi occhi, che tu mi ami. Dirai: e per l'addietro? Sempre affè, ma non così sfoggiatamente. Al Senato è un miracolo quanto riescon care le tue lettere, sì per le cose verso sè medesime, gravissime, solenni e da uom fortissimo, e sì per lo peso delle sentenze e delle parole [1]. Ma, o mio Planco, mettiti di schiena a sfumar gli avanzi della guerra; chè qui sta il colmo del favore e della gloria. Tutto io bramo per amor della Repubblica; ma, in vera verità, sendo io già trafelato a conservar quella, ora non molto più mi sta a petto la patria che la tua gloria; della quale una opportunità bellissima t'han messa innanzi gli Dei immortali; ed io ti scongiuro ad afferrarla. Perocchè colui che avrà posto in fondo Antonio, quegli avrà fornita cotesta guerra accanita, e fuor d'ogni credere perigliosa.

DCCCXXXII. (A Div. XI, 12)

Argomento. Duolsi che da Antonio siasi rinnovata la guerra, che giusta il comune sentimento avrebbe potuto impedirsi da Bruto.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

M. CICERO S. D. BRVTO IMP. COS. DES.

Tres uno die a te accepi epistolas: unam brevem, quam Flacco Volumnio dederas, duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibii attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis literis, et ex [1] Graeceii oratione, non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem, pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia tua illa praeclara [2] in rem publicam merita ad nihilum esse ventura. Ita enim Romam [3] erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium [4]. Qui si ita se habet, ut, quemadmodum audiebam de Graeceio [5], confligi cum eo sine periculo non possit; non ille mihi fugisse a Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse. Itaque homines alii facti sunt [6]; nonnulli etiam queruntur, quod persecuti non sitis: opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant [7]. Omnino est hoc populi, maximeque nostri, in eo [8] potissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit. Sed tamen providendum est [9], ne qua iusta querela esse possit. Res se [10] sic habet. Is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. Hoc

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

M. T. CICERONE A BRUTO IMP. CONS. DESIG. S.

Ebbi in un dì medesimo tre tue lettere; una corta, che desti a Flacco Volunnio, due più pingui, mandatemi l'una pel corrier T. Vibio, l'altra per Lupo [1]. Dalle tue lettere e dal discorso di Greccio si trae che la guerra non solo non si raffreddò, ma si è rinfocata. Son però sicuro, giusta il tuo senno singolare, che tu vedrai come, se Antonio si rimette un tantino in piedi, tutti i tuoi sfolgorati meriti vêr la Repubblica ne vadano in fumo. Chè a Roma era stato riferto, e tutti sel credean di fermo, che Antonio l'avea data a gambe, con quattro scalzi, sbigottiti e con una battisoffiola in corpo da non dire. Che se invece la cosa sta qui, come intesi da Greccio, che con lui non puossi venir alle mani senza rischio, non parmi ch'egli se la sia battuta da Modena, ma ch'egli abbia anzi cangiato luogo di guerra. Pertanto gli uomini han mutato pensiero; e taluni pure si lagnano che voi non gli abbiate data la caccia, e pensano che se vi foste sbrigati di miglior passo, l'avreste potuto inabissare. Ma codesto è il vezzo del popolo, massime del nostro, far mal uso della libertà contro colui, per cui cagione l'ha guadagnata. Pure vuolsi trovar via che non si possa fare giusta doglianza. Fatto è che quegli il quale darà lo scaccomatto ad Antonio, quel finirà la guerra. E che monti

quam vim habeat [11], te existimare malo, quam me apertius scribere.

DCCCXXXIII. (Ad Div. X, 33)

Argumentum. Deplorat acceptam proelio Mutinensi rei publ. calamitatem; seque communi incendio occurrere paratum ostendit.

Scr. in Hispania ulter., fortasse Corbulae, A. V. C. DCCX, mense Maio.

POLLIO CICERONI S. P. [1]

S. V. B. E. E. Q. V. [2] Quo tardius certior fierem de proeliis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios novem dies retinuit: tametsi tantam calamitatem rei publicae quam tardissime audire optandum est; sed illis [3], qui prodesse nihil possunt, neque mederi. Atque utinam eodem senatus consulto, quo Plancum et Lepidum in Italiam arcessistis [4], me quoque iussissetis venire! profecto non accepisset res publica hoc vulnus [5]. Quo si qui laetantur in praesentia [6], quia videntur et duces et veterani Caesaris partium interiisse; tamen postmodum necesse est doleant, quum vastitatem Italiae respexerint. Nam et robur et suboles [7] militum interiit; si quidem, quae nuntiantur, ulla ex parte vera sunt. Neque

cotesto, meglio è che tu da te il pensi, che io te lo scriva più chiaro.

DCCCXXXIII. (A Div. X, 33)

Argomento. Compiange l'infortunio della Repubblica nella battaglia di Modena; e mostrasi pronto ad ovviare la generale rovina.

Scritta nella Spagna ulteriore, forse a Cordova, l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

POLLIONE A CICERONE S.

Se tu sei sano, bene sta; io sono. Fu Lepido che adoperò che io avessi tarda contezza delle zuffe successe a Modena, avendo trattenuti nove dì i miei corrieri [1]: sebbene una sì fatta batosta della Repubblica vorrebbesi udire il più tardi che mai; ma però da coloro che nè di far pro, nè di rimediarvi han modo. E a Dio fosse piaciuto che con quel medesimo senatoconsulto col quale chiamaste in Italia Planco e Lepido, aveste altresì a me imposto venirne! [2] chè in fede mia la Repubblica non avrebbe tocca questa ferita; della quale se alcuni s'allegran di presente, perchè mostra che sien periti e i capitani e i veterani della parte di Cesare [3]; tuttavia se n'avranno a dolere di poi, quando avran dato d'occhio al guasto d'Italia. Perciocchè il nervo e la stirpe de' soldati andò in malora: se pur in tutto non son fole quelle che corrono.

ego non videbam, quanto usui [8] rei publicae essem futurus, si ad Lepidum venissem. Omnem enim cunctationem eius discussissem, praesertim adiutore Planco. Sed scribenti ad me eiusmodi literas, quas leges, et [9] concionibus videlicet, quasi Narbone habuisse dicitur, similes, palparer necesse erat, si vellem commeatus [10], per provinciam eius iter faciens, habere. Praeterea verebar, ne, si ante, quam ego incepta perficerem, proelium confectum esset, pium consilium meum [11] raperent in contrariam partem obtrectatores mei, propter amicitiam, quae mihi cum Antonio, non maior tamen quam Planco [12], fuit. Itaque a Gadibus mense Aprili binis tabellariis in duas naves impositis [13], et tibi et consulibus et Octaviano scripsi, ut me faceretis certiorem, quonam modo plurimum possem prodesse rei publicae. Sed, ut rationem ineo, quo die proelium Pansa commisit, eodem a Gadibus naves profectae sunt. Nulla enim post hiemem fuit ante eam diem navigatio. Et hercules [14] longe remotus ab omni suspicione futuri civilis tumultus, penitus in Lusitania legiones in hibernis collocaram. Ita porro festinavit uterque [15] confligere, tamquam nihil peius timerent, quam ne sine maximo rei publicae detrimento bellum componeretur [16]. Sed, si properandum fuit, nihil non summi ducis consilio gessisse Hirtium video. Nunc haec [17] mihi scribuntur ex

Ed io per certo ben vedea quanta utilità avrei recato, se mi fossi con Lepido congiunto: chè io l'avrei fatto uscir di passo, massime coll'aiuto di Planco. Ma scrivendomi egli lettere cotali, quali leggerai, e del tenor medesimo che furon le sue diccrie in Narbona [2], com'è voce, m'era duopo dargli la soia, se io volea aver vettovaglia, passando per la sua provincia. Senza che temeva che, se la guerra si fosse finita prima ch'io colorissi i miei disegni, i miei malevoli interpretassero in peggio il mio buon divisamento, per l'amicizia ch'io ebbi con Antonio, non però maggiore che con Planco. Laonde da Cadice il mese d'aprile imbarcati su due navi due corrieri, io scrissi e a te e ai consoli e a Ottaviano, che mi deste lingua della via per cui potessi fare il maggior pro alla Repubblica. Ma, fatti i conti, lo stesso dì che Pansa venne alle mani, le navi salparon da Cadice, perchè, dopo il verno, prima di quel giorno niuna navigazione si fece. E lontano come io era le mille miglia dal sospettar che avessero a nascere civili scompigliamenti, io avea poste a svernare le legioni nel Portogallo ben addentro. Affè che l'uno e l'altro si diè fretta di combattere, come nulla di peggio temessero, del terminarsi la guerra senza un danno strabocchevole della Repubblica. Ma se fu duopo di fretta, veggo che Irzio tutto adoperò, che il senno di sommo capitano dettava. Ora ecco quello mi si

Gallia Lepidi et nuntiantur: Pansae exercitum concisum esse; Pansam ex vulneribus [18] mortuum; eodem proelio Martiam legionem interiisse, et L. Fabatum, et C. Peducaeum, et D. Carfulenum; Hirtino [19] autem proelio et quartam legionem, et omnes peraeque Antonii caesas; item Hirtii; quartam vero [20], quum castra quoque Antonii cepisset, a quinta legione concisam esse; ibi Hirtium quoque periisse et Pontium Aquilam; dici etiam Octavianum cecidisse [21] (quae si, quod Dii prohibeant! vera sunt, non mediocriter doleo); Antonium turpiter Mutinae obsessionem reliquisse, sed habere equitum VM. [22], legiones sub signis armatas tres, et P. Bagienni unam, inermes bene multos; Ventidium quoque se cum legione septima [23], octava, nona coniunxisse; si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema, et non modo nationes [24], sed etiam servitia concitaturum; Parmam direptam; L. Antonium Alpes occupasse. Quae si vera sunt, nemini nostrum cessandum est, nec exspectandum, quid decernat senatus. Res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique populi Romani salvum volunt esse [25]. Brutum enim cohortes XVII, et duas non frequentes [26] tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes, qui supersint de Hirtii exercitu, confluant ad

scrive dalla Gallia di Lepido, e quello si bucina: L'esercito di Pansa ito colla peggio; lui morto di ferite [3]; nella zuffa medesima basita la legion Marzia, e anco L. Fabato, C. Peduceo e D. Carfuleno [4]; nella guerra d'Irzio anche la quarta legione, e tutte, nè più nè meno, quelle d'Antonio e quelle d'Irzio tagliate a pezzi; la quarta poi, che già avea preso il campo d'Antonio, dalla quinta messa a fil di spada; quivi morto Irzio stesso e Ponzio Aquila [5]; correr voce eziandio che Ottaviano perisse (del che, se mai Dio ce ne scampi! fosse vero, mi dolgo a morte); Antonio essersi svignato bruttamente dall'assedio di Modena, ma aver legioni di cavalieri [6], tre armate sotto bandiera, ed una di P. Bagienno [7], e d'inermi un bel numero; Ventidio [8] essersi raccozzato ei pure colla legion settima, ottava e nona; se in Lepido non c'è da fare nessun assegnamento, la darà pel mezzo, e solleverà non solo i popoli, ma i servi altresì; Parma messa a ruba; L. Antonio [9] piantatosi sulle Alpi. Le quali cose se vere sono, niun de' nostri debbe starsi a bada, nè aspettar che il Senato decreti. Perchè la cosa costringe a soccorrere a questo incendio tutti coloro che braman salvo o l'imperio, o il nome del popol romano. Odo che Bruto ha diecisette coorti, e due, non già zeppe, di novizi che Antonio avea arruolati; e credo fidatamente che tutti gli avanzati dall'esercito d'Irzio faccian capo a lui; chè

eum [27]. Nam in delectu non multum spei puto esse: praesertim quum nihil sit periculosius, quam spatium confirmandi sese Antonio dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, propterea quia [28] frumenta, aut in agris, aut in villis sunt. Itaque proximis literis consilium meum expedietur [29]. Nam neque deesse, neque superesse rei publicae volo. Maxime tamen doleo, adeo et longo et infesto itinere ad me veniri, ut die quadragesimo post, aut ultra etiam [30], quam facta sunt, omnia nuntientur.

DCCCXXXIV. (Ad Div. X, 21)

Argumentum. 1 Perfidiam Lepidi, coniunctionemque cum Antonio nuntiat; 2 subsidium copiarum mitti postulat; 3 suam dignitatem commendat.

Scr. in castris ad Isaram A. V. C. DCCX, mense Maio.

PLANCVS CICERONI

1 Puderet me inconstantiae [1] mearum literarum, si non haec ex aliena levitate penderent. Omnia feci, quare, Lepido coniuncto ad rem publicam defendendam, minore solicitudine vestra perditis resisterem. Omnia ei et petenti [2] recepi, et ultro pollicitus sum; scripsique tibi biduo ante, confidere me, bono Lepido [3] esse usurum, communi-

nella leva non veggo potersi sperar gran fatto; massime nulla essendovi di più zaroso che dar tempo ad Antonio di rinfiancarsi. E la stagione poi mi dà maggior agio; chè o ne' campi o nelle ville vi ha derrate. Pertanto dalle prossime lettere dicifrerassi il mio partito; perchè io non voglio nè venir meno, nè sopravvivere alla Repubblica. Questo mi duole all'animo, che da me si viene per un viaggio così lungo e rangoloso, che le cose mi si annunciano quaranta giorni e più da ch'elle son fatte.

DCCCXXXIV. (A Div. X, 21)

Argomento. 1 Racconta la perfidia di Lepido, e l'unione di lui con Antonio; 2 chiede che gli venga spedito un rinforzo di truppe; 3 inoltre raccomanda la propria dignità.

Scritta dal campo all'Isara l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

PLANCO A CICERONE

1 Mi vergognerei dell'incostanza delle mie lettere, se questo non dipende dall'altrui leggerezza. Feci quanto seppi e potei a fine di resistere a quegli scellerati, col minor vostro travaglio, essendomi unito a Lepido in difesa della Repubblica. Di tutto ch'egli mi chiese fui liberale, e gran promesse gli ho fatte altresì di per me; e già ti scrissi un due giorni innanzi ch'io stava a speranza che Lepido fosse per la buona via, e che

que consilio bellum administraturum. Credidi chirographis[4] eius, affirmationi praesentis Laterensis, qui tum apud me erat[5], reconciliaremque me Lepido, fidemque haberem, orabat. Non licuit diutius bene de eo sperare. Illud certe cavi et cavebo, ne mea credulitate rei publicae summa[6] fallatur.

2 Quum Isaram flumen[7], uno die ponte effecto, exercitum traduxissem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per literas ipse[8], ut maturarem venire: praesto mihi fuit stator eius cum literis, quibus, ne venirem, denuntiabat, se posse per se conficere negotium[9]; interea ad Isaram exspectarem. Indicabo temerarium meum consilium tibi: nihilominus ire decreram[10], existimans eum socium gloriae vitare. Putabam, posse me nec de laude iciuni hominis delibare[11] quicquam, et subesse tamen propinquis locis, ut, si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. Ego, non malus homo, hoc suspicabar. At Laterensis, vir sanctissimus, suo chirographo mittit mihi literas meisque[12], desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensque se destitutum; in quibus aperte denuntiat, videam, ne fallar; suam fidem solutam esse[13]; rei publicae ne desim. Exemplar eius chirographi Titio misi[14]. Ipsa chirographa omnia et quibus credidi[15], et ea, quibus fidem non habendam putavi,

avremmo fatta la guerra di comune consiglio [1]. Credetti alle lettere di suo pugno, all'asserzione di Laterense in persona [2], che allora stava presso di me pregando mi rappaciassi con Lepido, e stessi a buona fidanza. Non mi fu possibile sperar bene di lui lunga pezza. Ma stetti molto bene e starò in guardia che, per essere io stato corrivo, non ne venga danno alla Repubblica.

2 Avendo coll'esercito valico il fiume Isara, piantatovi sopra un ponte in un dì, dandomi tutta la fretta che domandava cosa sì grande, chè m'avea pregato egli medesimo, d'avacciare la mia venuta; eccomi innanzi un suo messo con lettere, colle quali ordinavami ch'io non venissi: chè potrebb'egli sbrigar l'affare da sè solo; lo aspettassi intanto all'Isara. Ti farò chiaro il mio temerario diviso: io avea fermo d'andarvi tuttavia, stimando ch'egli schifasse un sozio di gloria. Credevami di poter, senza levar sorso di lode a quell'uomo digiuno, appostarmi nelle vicinanze, onde soccorrere incontanente, caso che alcun guai accadesse. Io, dabben uomo, facea questi conti. Ma Laterense, coppa d'oro, mi manda lettere di suo pugno a me ed a' miei, gettandosi al disperato, rispetto a sè, all'esercito e alla fedeltà di Lepido, e lamentandosi d'essere stato deserto; nelle quali mi avverte chiaro e tondo, ch'io badi a non esser ingannato; ch'egli avea adempiuta sua parola; non venissi meno alla Repubblica. Mandai copia di quella lettera a Tizio. Tutte ancora le lettere alle quali prestai o non pre-

Laevo Cispio dabo perferenda; qui omnibus his interfuit rebus. Accessit eo, ut milites eius, quum Lepidus concionaretur, improbi per se, corrupti etiam per eos, qui praesunt, Canidios Rufrenosque et ceteros, quos, quum opus erit, scietis, conclamarint viri boni [16], pacem se velle, neque esse cum ullis pugnaturos, duobus iam consulibus singularibus occisis [17], tot civibus pro patria amissis, hostibus denique omnibus iudicatis, bonisque publicatis. Neque hoc aut vindicarat Lepidus, aut sanarat [18]. Huc me venire, et duobus exercitibus coniunctis obiicere exercitum fidelissimum, auxilia maxima [19], principes Galliae, provinciam cunctam, summae dementiae et temeritatis esse vidi: mihique, si ita oppressus essem, remque publicam mecum perdidissem [20], mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoque defuturam. Itaque rediturus sum, nec tanta munera [21] perditis hominibus dari posse sinam. Vt exercitum locis habeam opportunis, provinciam tuear, etiam si ille exercitus descierit, omniaque integra servem, dabo operam [22], quoad exercitus huc summittatis, parique felicitate [23] rem publicam hic vindicetis. Nec depugnare, si occasio tulerit; nec obsideri, si necesse fuerit; nec mori, si casus inciderit, pro vobis paratior fuit [24] quisquam. Quare hortor te, mi Cicero, exercitum huc traiiciendum quam primum cures, et matu-

stai fede darò a Levo Cispio [3] da portare, il quale s' immischiò in tutte queste bisogne. Arrogi a questo, che i suoi soldati, mentre Lepido arringava, già ribaldi per sè, e corrotti anche da chi lor presiede, i Canidii, i Rufreni [4] e gli altri, che quando fia duopo risaprete, gridarono voler essi, buoni uomini, la pace, e che con nessuno avrebbon combattuto, uccisi già due consoli, perduti per la patria tanti cittadini, giudicati in fine tutti nemici, e confiscatine i beni. Nè Lepido avea gastigato cotesto, nè punto rimediatovi. Vidi allora che s' io veniva colà a far testa con un fedelissimo esercito contro due eserciti uniti, il gran nerbo d' aiuti, i primati della Gallia, tutta la provincia, sarebbe stata una pazza temerità; ed a me morto, quando fossi stato oppresso, e s' io avessi rovinata la Repubblica, sarebbe fallito non che l' onore, ma la compassione eziandio. Men tornerò adunque, nè soffrirò che i ribaldi si scrocchin così fatti guiderdoni. Farò opera di appostar l' esercito in siti acconci, di guardare la provincia, anche se quello mi si ribellasse, e di tener tutte cose in salvo, finchè voi mandiate qua eserciti, e con egual buona ventura vendichiate la Repubblica anche qui. Niun uomo è più presto di me, a pro vostro, o a combattere se l' occasion giunga, o a sostener assedio se fie duopo, o a morire se la sorte il voglia. Laonde, o mio Cicerone, io ti fo pressa di far che qui si mandi l' esercito quanto prima, e di darti fretta primachè i ne-

res prius, quam hostes magis corroborentur, et nostri perturbentur. In quo si celeritas erit adhibita, res publica in possessione victoriae, deletis sceleratis, permanebit. Fac valeas, meque diligas [25].

3 Fratrem meum tibi, fortissimum civem et ad omnia paratissimum, excusem [26] literis? qui ex labore in febriculam incidit assiduam, et satis molestam. Quum primum poterit, istuc [27] recurrere non dubitabit, ne quo loco rei publicae desit. Meam dignitatem commendatam habeas, rogo. Concupiscere me nihil oportet [28]. Habeo te et amantissimum mei, et, quod optavi, summae auctoritatis. Tu videris, quantum et quando [29] tuum munus apud me velis esse. Tantum te rogo, in Hirtii locum me subdas [30] et ad tuum amorem, et ad meam observantiam.

DCCCXXXV. (Ad Div. X, 26)

Argumentum. Furnii praeproperam festinationem ad praeturam petendam reprehendit; monetque, ut potius absens pergat de re publ. bene mereri.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Maio.

M. CICERO S. D. C. FVRNIO

Lectis tuis literis, quibus declarabas, [aut omittendos [1] Narbonenses, aut cum periculo dimican-

mici si rincalzino, e i nostri si smaghino. Nel che se userassi prestezza, la Repubblica avrà stretta in pugno la vittoria, spenti gli scellerati. Sta sano ed amami.

3 Ti scuserò io per lettera il mio fratello, cittadin vigorosissimo e a tutte cose prontissimo? il quale per le fatiche si buscò una febbricella continua e ben travagliosa. Quando appena potrà ritornar qui, non istarà un tantino a bada, per non fallir in checchessia alla Repubblica. Pregoti tener raccomandata la mia dignità; non posso aver altra brama. Io tengo in te un amico sviscerato, e, come desiderai, di somma autorità. Tu vedrai modo e tempo in cui del tuo servigio io ti debba render merito. Cotesto ora ti chieggo, di mettermi nel luogo d'Irzio [5] riguardo all'amor tuo ed al mio ossequio.

DCCCXXXV. (A Div. X, 26)

Argomento. Riprova la precipitosa fretta di Furnio di concorrere alla pretura; e lo esorta di rendersi benemerito della Repubblica stando anzi lontano.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

M. CICERONE A C. FURNIO S.

Letta la tua lettera, dove mostravi doversi o lasciar ire i Narbonesi, o venire ad una zuffa pericolosa, te-

dum, illud magis timui: quod vitatum non moleste fero. Quod de Planci et Bruti concordia scribis, in eo vel maximam spem pono victoriae. De Gallorum studio [2], nos aliquando cognoscemus, ut scribis, cuius id opera maxime excitatum sit. Sed iam, mihi crede, cognovimus [3]. Itaque iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo [4]. Scribis enim, si in Sextilem comitia [5], cito te: sin iam confecta, citius, ne diutius cum periculo fatuus sis. O mi Furni, quam tu tuam causam [6] non nosti, qui alienas tam facile discas! Tu nunc candidatum te putas, et id cogitas, ut aut ad comitia curras, aut, si iam confecta [7], domi tuae sis, ne cum maximo periculo, ut scribis, stultissimus sis. Non arbitror te ita sentire. Omnes enim tuos ad laudem impetus novi. Quod si, ut scribis, ita sentis, non magis te, quam de te iudicium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus levissimi et divulgatissimi (si ita adipiscare, ut plerique [8]) praepropera festinatio abducet a tantis laudibus, quibus te omnes in caelum iure et vere ferunt? Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima praetor fias, non ut ita de re publica mereare, omni honore ut dignissimus iudicere. Vtrum [9] nescis, quam alte ascenderis? an pro nihilo id putas? Si nescis, tibi ignosco [10]; nos in culpa sumus: sin intelligis; ulla tibi est praetura, vel officio, quod pauci, vel gloria,

metti più della prima cosa; e l'averla tu scansata mi fa piacere. Quanto a quello scrivi della concordia di Planco e di Bruto, io pongo in questo la maggiore speranza della vittoria. Circa alla premura de' Galli [1], noi verremo in chiaro quandochessia, come scrivi, per cui opera principalmente la fosse eccitata. Ma già, credimi, ci apponghiamo. E pertanto la tua lettera carissima nel fine mi fe' dispiacere, scrivendo tu che se i comizii saranno in agosto, tu verrai di brocco; e se già son fatti, anco più presto, onde non esser più a lungo un baggeo con tuo rischio. O mio Furnio, a dire che tu non conosci il fatto tuo, vedendo così di leggeri l'altrui! [2] Or tu ti stimi candidato [3], e vai pensando o di correre ai comizii, o, se son già forniti, trovarti a casa tua, per non essere, come scrivi, un pazzo solenne, con tuo pericolo sommo. Mi sembra pur impossibile che tu la intenda così, conoscendo io tutti i tuoi impeti alla gloria. Ma se la intendi, come scrivi, non tanto riprendo te, quanto il mio giudizio sul conto tuo. Ti storrà dunque da tante lodi, colle quali tutti a buon dritto ti levano in cielo, una frega spropositata d'acquistar una carica di pochissimo rilievo, e fatta comunissima? Or si tratta egli che tu sii fatto pretore questa volta che tu il chiedi, o quest'altra prossima, o non anzi che tu ti renda così benemerito della Repubblica da essere reputato degno del maggior onore che v'abbia? Non sai forse quanto alto sii salito, o pure non ne fai nessun conto? Se nol sai, tel perdono; noi n'abbiamo la colpa: ma se il conosci, vi ha pretura alcuna che ti sia più dolce, o del dovere a cui pochi, o della gloria a cui tutti ten-

quam omnes sequuntur, dulcior? Hac de re et ego et Calvisius, homo magni iudicii, tuique amantissimus, te accusamus quotidie. Comitia tamen, quando ex iis pendes [11], quantum facere possumus, quod multis de causis rei publicae arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protrudimus [12]. Vince igitur, et vale.

DCCCXXXVI. (Ad Div. XI, 14)

Argumentum. Bruti literis respondet de decemviris, de legionibus perducendis, de pecunia, de hominum admiratione ob renatum bellum, cuius exitus ne timeatur, Bruti partes et munus esse dicit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, circa VIII Kal. Iun.

M. T. CICERO D. BRVTO IMP. COS. DES. S. P. D.

Mirabiliter, mi Brute, laetor, mea consilia measque sententias [1] a te probari de decemviris, de ornando adolescente. Sed quid refert? Mihi crede, homini non glorioso [2]: plane iam, Brute, frigeo: ὄργανον enim erat meum senatus; id iam est [3] dissolutum. Tantam spem attulerat exploratae victoriae tua praeclara Mutina eruptio 4, fuga Antonii conciso exercitu, ut omnium animi relaxati [5] sint, meaeque illae vehementes contentiones tamquam σκιαμαχίαι esse videantur. Sed, ut ad rem

gon dietro? Del che ed io e Calvisio, uomo di gran senno e che ti ama di cuore, ti accusiamo ogni dì. Tuttavolta i comizii, dacchè pendi da questi, li cacciammo giusta nostra possa, il che ci parve metter conto per più ragioni alla Repubblica, sino a gennaio. Vinci dunque, e sta sano.

DCCCXXXVI. (A Div. XI, 14)

Argomento. Risponde alle lettere di Bruto intorno ai decemviri, alle legioni da condursi, al denaro, intorno alla gente meravigliata per la ricominciata guerra, la cui riuscita perchè non si paventi, dice, tutto essere impegno di Bruto.

Scritta a Roma l'anno DCCX, intorno al 25 di Maggio.

M. T. CICERONE A D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. S.

O mio Bruto, io gongolo tutto che i miei consigli e il mio parere circa ai Dieci [1], e circa al far onore al giovinetto [2] ti vadano a sangue. Ma che monta? credilo a me, uomo che non si dà gran vanti; o Bruto, io sono in nasso [3]: perocchè il mio *organo* era il Senato, e questo è smozzicato. Tanta speranza avea pôrto di certa vittoria quella tua egregia sortita da Modena, la fuga d'Antonio, fatto in brani l'esercito, che tutti gli animi avean preso fiato, e quelle mie gagliardi baruffe 4 sembrano *un accapigliarsi co' fantasmi.* Ma per

redeam, legionem Martiam et quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione ad te [6] posse perduci. Pecuniae [7], quam desideras, ratio potest haberi, eaque habebitur. De Bruto arcessendo [8], Caesareque ad Italiae praesidium tenendo, valde tibi assentior. Sed, ut scribis, habes obtrectatores; quos equidem facillime sustineo: sed impediunt tamen. Ex Africa [9] legiones exspectantur. Sed bellum istuc [10] renatum mirantur homines. Nihil tam praeter spem umquam [11]. Nam die tuo natali victoria nuntiata, in multa secula videbamus rem publicam liberatam. Novi timores retexunt [12] superiora. Scripsisti autem ad me iis [13], quas Idibus Maiis dedisti, modo te accepisse a Planco literas, non recipi a Lepido Antonium. Id si ita est, omnia faciliora; sin aliter, magnum negotium [14]: cuius exitum non extimesco; tuae partes sunt. Ego plus, quam feci, facere non possum. Te tamen, id [15] quod spero, omnium maximum et clarissimum videre cupio.

DCCCXXXVII. (Ad Div. XI, 20)

Argumentum. Timere se ait Ciceronis causa, eumque monet, ut veteranorum animos sibi conciliet.

tornare a bomba, la legione Marzia e la quarta, dicon quei che le conoscono, che tu non le puoi per nessun modo trarre a te [5]. Circa al denaro che desideri, si troverà qualche stiva da fartelo avere. Sono affatto dalla tua di richiamar Bruto [6] e di tener Cesare a guardia d'Italia; ma, come scrivi, hai de' malevoli; ai quali do ben sulla voce, ma pur noiano. Si aspettan legioni dall'Africa; ma la gente strabilia dell'esser costì rinata la guerra: tuttavia ogni cosa s' aspettava. Perciocchè il dì tuo natale annunciatasi la vittoria [7], vedevam la Repubblica per molti secoli liberata. Nuovi timori ci menan gli antichi tempi. Mi scrivesti poi nella tua dei 15 di maggio che tu avevi ricevuto di fresco lettere da Planco, che Antonio non venía accettato da Lepido. Se così è, tutto va pe' suoi piedi; se no, è un ginepraio: non però ne temo la riuscita, dacchè tu vi ti sei messo. Io non posso più là di quel che feci. Ma pur bramo di veder te, e lo spero, il più grande e più famoso uomo del mondo.

DCCCXXXVII. (Ad Div. XI, 20)

Argomento. Afferma di temere per conto di Cicerone, con esortarlo a conciliarsi gli animi de' veterani.

Scr. Eporediae A. V. C. DCCX, VIIII Kal. Iun.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. M. T. CICERONI S. P. D.

Quod pro me non facio, id pro te facere amor meus in te [1] tuaque officia cogunt, ut timeam. Saepe enim mihi quum esset dictum, neque a me contemtum, novissime Labeo Segulius, homo sibi simillimus [2], narrat mihi, apud Caesarem se fuisse, multumque sermonem de te habitum esse: ipsum Caesarem nihil sane de te questum, nisi dictum [3], quod diceret, te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum [4]; se non esse commissurum, ut tolli possit. Hoc ego Labeonem credo illi retulisse, aut finxisse dictum [5]; non ab adolescente prolatum. Veteranos vero pessime loqui, volebat Labeo me credere, et tibi ab iis instare periculum; maximeque indignari, quod in decemviris [6] neque Caesar, neque ego habiti essemus, atque omnia ad vestrum arbitrium essent collata. Haec quum audissem, et iam in itinere essem [7], committendum nondum putavi, prius ut Alpes transgrederer, quam, quid istic ageretur, scirem. Nam de tuo periculo [8], crede mihi, iactatione verborum, et denuntiatione periculi sperare eos, te pertimefacto, adolescente impulso [9], posse magna consequi praemia; et totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri

Scritta da Eporedia l'anno DCCX, il 24 di Maggio.

D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. A M. T. CICERONE S.

Spingemi l'amor che ti porto, e i tuoi benefici, a fare per te quello non fo per me, voglio dir a temere. Chè quello già statomi detto più volte, e di che io ho fatto capitale, me lo asserì testè Labeone Segulio, uomo sempre saldo alla macchia, che egli era stato da Cesare, e vi si fece un gran dire de' fatti tuoi; esso Cesare non aver fatto di te nessun lagno per verità, se non che diceva che avendo tu detto essere da lodare, e fregiare, e levar in palma di mano il garzone, non permetterebbe mai che altri lo levasse [1]. Cotesto credo io sia stato a lui riferto da Labeone, o ch' ei se l'abbia inventato, non già che uscisse di bocca al giovinetto. Labeone poi volea farmi credere che i veterani ti tartassano di santa ragione, e che ti stan per fare qualche mal giuoco; massime venir lor la rabbia perchè tra i decemviri [2] non siamo stati annoverati nè Cesare nè io; e che voi facevate omai alto e basso in tutto. Udendo già, mentre era in cammino, stimai di non dover rimanermi al buio di quello che costì succeda, prima di valicare le Alpi. Perciocchè circa al tuo pericolo, credimi, coloro, colle bravate a credenza e con de' spauracchi, sperano, quand' abbiano te sbigottito, e aizzato il giovinetto, poter buscarsi di gran premii; e tutta questa pappolata non batte ad altro che a fare i più grassi guadagni che

faciant. Neque tamen non te cautum esse volo, et insidias vitantem [10]. Nihil enim tua mihi vita potest esse iucundius, neque carius. Illud vide, ne timendo magis timere cogare; et, quibus rebus potest occurri veteranis, occurras. Primum, quod desiderant de decemviris, facias [11]: deinde de praemiis, si tibi videtur, agros eorum militum, qui cum Antonio veterani fuerunt, iis dandos censeas ab utrisque nobis [12]: de numis, lente, ac ratione habita pecuniae; senatum de ea re constituturum: quatuor legionibus iis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Sullanis [13] et agro Campano: aequaliter, aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Haec me tibi scribere non prudentia mea hortatur, sed amor in te, et cupiditas otii, quod sine te consistere non potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. Legiones armo, paro: spero [14], me non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus et impetus hominum. De exercitu, quem Pansa habuit, legionem mihi Caesar non remittit. Ad has literas statim mihi rescribe, tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit [15], meque scire opus esse putaris. Vale. VIIII Kal. Iunias [16], Eporedia.

possano. Non per questo voglio io che tu stii sprovveduto, e che non ti guardi da' tranelli; perchè non vi può esser cosa più dolce e più cara a me della tua vita; ma bada che col troppo temere non sii stretto a temer vieppiù; e va a' versi ai veterani, in tutto che puoi. La prima cosa fa quel che bramano circa ai decemviri; e per secondo, circa ai premii, se così ben ti pare, metti partito che si dieno loro da ambidue noi i campi di que' soldati che furono veterani con Antonio. Rispetto ai denari, il Senato, a bell' agio, e fatti i conti dell' erario, delibererà qualcosa. A quelle quattro legioni, cui stabiliste che si dien campi, veggo che ne sopperiranno i campi Sillani [3] e il territorio Campano. Stimo che si debbano assegnare i campi alle legioni per parti eguali a sorte. A scriverti queste cose mi spinge non il mio senno, ma l'amore per te, e la brama di quiete, che senza di te non può essere. Io non partirò d'Italia, fin che non me ne cacci proprio la necessità. Accozzo e pongo in assetto legioni, talchè spero di non dover avere un cattivo esercito ad ogni riverso di fortuna, o émpito di uomini. Cesare non mi manda legione dell' esercito che avea Pansa. Rispondimi di colpo a questa, e manda alcun de' tuoi, se nulla v'ha di più segreto, e che stimi dover io risapere. A Dio. Da Eporedia, ai 28 di maggio.

DCCCXXXVIII. (Ad Div. XI, 23)

Argumentum. Hortatur Ciceronem, ut bene de re publ. speret.

Scr. Eporediae A. V. C. DCCX, VIII Kal. Iun.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI

Nos hic valemus recte, et, quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus commode de nobis [1] sentire videtur. Omni timore deposito, debemus libere rei publicae consulere. Quod si omnia essent aliena [2], tamen tribus tantis exercitibus, propriis rei publicae, valentibus, magnum animum habere debebas, quem et semper habuisti, et nunc fortuna adiuvante [3] augere potes. Quae tibi superioribus literis mea manu scripsi, terrendi tui causa homines loquuntur [4]. Si frenum momorderis, peream, si te omnes, quot sunt [5], conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi a te literae veniant, in Italia morabor. VIII Kal. [6] Iun. Eporedia.

DCCCXXXIX. (Ad Div. X, 20)

Argumentum. Petit, ut de Lepidi fide significet, utrum rem publ. sequatur, an Antonium; hortaturque, ut reliquias belli opprimat.

DCCCXXXVIII. (Ad Div. XI, 23)

Argomento. Esorta Cicerone a sperar bene della Repubblica.

Scritta da Eporedia l'anno DCCX, il 25 di Maggio.

DECIMO BRUTO A M. CICERONE S.

Noi qui stiam bene, e facciam opera di star meglio. Lepido m'ha aria di sentirla bene per noi. Cacciata via ogni paura, dobbiamo senza rispetti provvedere alla Repubblica. Che se tutto anche ci stesse contro, pure con solo tre eserciti [1], ligii alla Repubblica, atanti, dovevi avere quel gran cuore cui sempre avesti, ed ora che la fortuna ci dice bene, puoi raggrandire. Le cose che nell'altra mia di pugno ti scrissi, le son panzane di chi vorrebbe farti bau, bau. Se tu mostri i denti, possa io morire se tutti non saranno smagati appena che tu apri bocca. Io rimarrommi in Italia, come già ti scrissi, fin ch'io non abbia tue lettere. Ai 25 maggio, da Eporedia.

DCCCXXXIX. (A Div. X, 20)

Argomento. Chiede ragguaglio intorno la fede di Lepido, se resti attaccato alla Repubblica o ad Antonio; ed esortalo a soffocare ogni residuo di guerra.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, IV Kal. Iun.

CICERO PLANCO

Ita erant omnia, quae istinc afferebantur, incerta, ut, quid ad te scriberem, non occurreret. Modo enim, quae vellemus, de Lepido, modo contra [1] nuntiabantur. De te tamen fama constans, nec decipi posse, nec vinci: quorum alterius [2] fortuna partem habet quamdam; alterum proprium est prudentiae tuae. Sed accepi literas [3] a collega tuo, datas Idibus Maiis: in quibus erat, te ad se scripsisse, a Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris: sed minus audes fortasse propter inanem laetitiam literarum superiorum [4]. Verum, ut errare, mi Plance, potuisti (quis enim id effugerit?); sic decipi te non potuisse, quis non videt? Nunc vero etiam iam erroris [5] causa sublata est. Culpa enim illa, *bis ad eundem*, vulgari reprehensa proverbio est. Sin, ut scripsisti ad collegam, ita se res habet [6], omni cura liberati sumus: nec tamen erimus prius, quam ita esse, tu nos feceris certiores. Mea quidem, ut ad te saepius scripsi, haec sententia est: Qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore; quem te et opto esse, et confido futurum. Studia mea erga te, quibus certe nulla

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 29 di Maggio.

CICERONE A PLANCO

Le voci che qui correvano eran sì mal ferme, ch' io non sapea che scriverti. Perocchè circa Lepido ora giungevan buone, ora tristi novelle. Ma di te è una fama costante che non puoi esser nè ingannato nè vinto: in una delle quali cosa la fortuna ci ha che fare un poco; ma l'altra sta tutta nella tua prudenza. Ma io ebbi lettere dal tuo collega [1] in data de' 15 maggio, ove diceasi aver tu scrittogli che Lepido non avea dato ricetto ad Antonio. Il che crederem meglio, se tu a noi altresì lo scriverai; ma forse non vi t' arrischi per la baldoria a credenza che mossero le prime tue lettere. Ma, o mio Planco, chi non vede che se tu hai potuto errare (e chi non vi sarebbe cascato?), non però alcuno al mondo ti potè indurre in inganno. Ma ora poi anco la cagione di sbaglio è tolta. Perciocchè quella colpa, *due volte in una stessa cosa*, è canzonata dal proverbio. Se il fatto è ne' termini che scrivesti al collega, siam senza duol di capo; ma però non ne sarem senza mai, prima che tu ce ne avvisi. Il mio parere, che sovente ti scrissi, è pur questo: quegli che manderà in fumo i rimasugli di questa guerra sarà il terminatore di tutta la guerra; e desidero che tu sii quel desso, e spero sarai. Piacemi senza fine che le mie premure per te (le quali furono

esse maiora potuerunt, tibi tam grata esse, quam ego putavi fore, minime miror, vehementerque laetor. Quae quidem tu, si recte istic erit, maiora et graviora cognosces. IIII Kalendas Iunias.

DCCCXL. (Ad Div. X, 35)

Argumentum. Lepidus recepti Antonii causam in suos milites confert, dissensionem civium inique ferentes.

Scr. a Ponte Argenteo A. V. C. DCCX, III. Kal. Iun.

M. LEPIDVS [1] IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. SENAT. POP. PL. Q. R.

S. V. [2] liberique vestri V. B. E. E. Q. V. Deos hominesque testor, Patres conscripti, qua mente et quo animo semper in rem publicam fuerim, et quam nihil antiquius communi salute ac libertate iudicarim: quod vobis brevi probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in civibus conservandis [3], communique pace, seditione facta, retinuit; meque tantae multitudinis civium Romanorum salutis atque incolumitatis causam suscipere, ut vere dicam, coëgit [4]. In qua re ego vos, Patres conscripti, oro atque obsecro, ut, privatis offensionibus omissis, summae rei publicae consulatis [5], neve misericordiam nostram, exercitusque

in vero le maggiori ch' io potessi) ti riescano tanto grate, quanto io pensai dovesser riuscirti. Le quali conoscerai però più grandi e solenni, se costà le bisogne andran bene. Ai 29 di maggio.

DCCCXL.

A Div. X, 35)

Argomento. Rivolge sull'esercito la cagione dell'essersi associato ad Antonio, mal soffrendo la dissensione dei cittadini.

Scritta da Ponte Argenteo l'anno DCCX, il 30 di Maggio.

M. LEPIDO IMP. PER LA II VOLTA P. M. AL SENATO E POPOLO ROMANO S.

Se voi e i vostri figliuoli siete sani, bene sta; io sono eziandio. Sienmi testimoni gli Dei e gli uomini, o Padri coscritti, de' pensieri e dell'affezione ch' ebbi sempre verso la Repubblica, e come niun' altra cosa del mondo ho posta innanzi alla comune salvezza e libertà: del che v' avrei date subite prove, se la fortuna non m' avesse storpiato i miei disegni [1]. Perciocchè tutto l'esercito si tenne fermo, abbotinatosi, nella sua usanza di conservare i cittadini e la pace comune; e me stesso, vaglia il vero, sforzò a prendermi a petto la salute di un così gran novero di romani cittadini [2]. Nella qual cosa io vi prego e vi scongiuro, o Padri coscritti, che vogliate, posti giù gli screzi privati, darvi pensiero dell'universale Repubblica, e che non teniate in conto di delitto, in questo civile scombuglio la

nostri, in civili dissensione, sceleris loco ponatis. Quod si salutis omnium ac dignitatis rationem habueritis, melius et vobis et rei publicae consuletis. Data III Kal. [6] a Ponte Argenteo. Valete.

DCCCXLI. (Ad Div. XI, 13)

Argumentum. Respondet antecedenti Ciceronis epistolae (DCCCXXXII): tarditatem suam in persequendo Antonio excusat: quo in statu res sit, exponit.

Scr. Pollentiae A. V. C. DCCX, mense Maio exeun.

D. BRVTVS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI [1]

Iam non ago tibi gratias. Cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri [2]. Attendere te volo, quae in manibus sunt [3]. Qua enim prudentia es, nihil te fugiet, si meas literas diligenter legeris. Sequi confestim Antonium his de causis, Cicero, non potui. Eram sine [4] equitibus, sine iumentis: Hirtium perisse nesciebam: Caesari non credebam [5] prius, quam convenissem et collocutus essem. Hic dies [6] hoc modo abiit. Postero die mane a Pansa [7] sum arcessitus Bononiam. Quum in itinere essem, nuntiatum mihi est, eum mortuum esse. Recurri ad meas copiolas: sic enim vere eas [8] appellare possum. Sunt extenuatissimae, et inopia omnium re-

mia compassione e quella del mio esercito. Che se voi farete maggior capitale della salute e dignità di tutti, provvederete meglio e a voi medesimi e alla Repubblica. Data ai 30 maggio da Ponte Argenteo. State sani.

DCCCXLI. (A Div. XI, 13)

Argomento. Risponde all'anteriore lett. di Cicer. (DCCCXXXII): si scusa della sua tardanza nel inseguire Antonio; ed espone in che stato sia la cosa.

Scritta da Pollenza l'anno DCCX, sul finire di Maggio.

D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. A M. T. CICERONE S.

Non ti rendo grazie ormai; chè a colui al quale non posso dare il contraccambio di fatto, non s'addice ch'io lo rimeriti di parole. Vo' che tu ponga mente alle cose tra' mani; chè se tu leggerai attentamente la mia lettera, secondo senno che hai, nulla ti sfuggirà d'occhio. Io non potei, o Cicerone, tener dietro di galoppo ad Antonio, per queste ragioni: io era senza cavalieri, senza giumenti; non sapea che Irzio fosse perito; su di Cesare non facea assegnamento prima d'essermi accozzato seco e parlatogli [2]. Così valicò il giorno. La dimane di mattina fui chiamato a Bologna da Pansa; e dietro via eccomi la nuova ch'egli era morto: ricorsi alle mie frottiglie, che così posso ben appellarle. Le sono sfinite e per mancanza di tutto malissimo con-

rum pessime acceptae. Biduo me Antonius antecessit, itinera multo maiora fugiens [9], quam ego sequens. Ille enim iit passim, ego ordinatim. Quacumque iit, ergastula solvit, homines arripuit, constitit nusquam prius, quam ad Vada [10] venit. Quem locum volo tibi esse notum. Iacet inter Apenninum et Alpes, impeditissimus [11] ad iter faciendum. Quum abessem ab eo millia passuum triginta, et se iam Ventidius [12] coniunxisset, concio eius ad me est allata, in qua petere coepit a militibus, ut se trans Alpes sequerentur; sibi cum M. Lepido convenire. Succlamatum est, et frequenter a militibus Ventidianis (nam suos valde quam paucos [13] habet), sibi aut in Italia pereundum esse, aut vincendum: et orare coeperunt, ut Pollentiam iter facerent. Quum sustinere eos non posset, in posterum diem iter suum contulit [14]. Hac re mihi nuntiata, statim quinque cohortes Pollentiam praemisi, meumque iter eo contuli. Hora ante praesidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius [15] cum equitibus. Sane quam sum gavisus! In hoc enim victoriam puto consistere. In spem venerant [16], quod neque Planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum traiici posse credebant. Quos ipsi adhuc satis arroganter [17] Allobroges, equitatusque omnis, qui eo praemissus erat a nobis, sustinebant; nostroque adventu sustineri

dotte. Antonio di due dì m'entrò innanzi, marciando di miglior voga, egli fuggendo, che io seguendolo; poichè egli alla sbandata, io in ordinanza. Dovunque diè di cozzo, sciolse prigioni, arraffò genti, nè fece alto prima che giungesse ai Guadi [3]; e, vedi, sorta di sito! Giace tra li Apennini e le Alpi; ogni strada v'è ingombra come Dio tel dica. Essendone io lungi da Antonio un trenta miglia, e a lui s'era già unito Antidio [4], mi fu riferta la sua aringa dove prese a chiedere a' soldati, seguitasserlo oltre l'Alpi; intendersela egli con Lepido. Schiamazzarono, e massime i Ventidiani (chè de' suoi ne ha un pizzico), che essi doveano o perire o vincere in Italia; e pregaronlo guidasseli a Pollenza [5]. Non potendo spuntarla, mandò all'indomani il suo viaggio. Avutane io novella, di presente mandai innanzi a Pollenza cinque coorti, e mossi verso là. Il mio presidio v'arrivò un'ora prima che Trabellio [6] colla cavalleria; del che ebbi un piacer senza fine; chè qui penso star la vittoria. Coloro s'erano ingalluzziti, perchè non credeano poter le quattro legioni di Planco dirla con tutte le sue truppe, nè che dall'Italia così in un baleno si potesse mandar oltre l'esercito. Ai quali però finora gli Allobrogi e tutta la cavalleria mandata innanzi da noi fecer testa con molta vigoria; e spero che al mio ar-

facilius posse confidimus. Tamen si quo etiam casu Isaram [18] se traiecerint, ne quod detrimentum rei publicae iniungant, summa a nobis dabitur opera. Vos magnum animum, optimamque spem de summa re publica [19] habere volumus, quum et nos et exercitus nostros, singulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, dareque [20] operam, ut quam paratissimi et ab exercitu, reliquisque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus; qui quidem eas copias, quas diu simulatione rei publicae [21] comparabant, subito ad patriae periculum converterunt.

DCCCXLII. (Ad Div. XII, 15)

Argumentum. 1 Res a se gestas exponit: 2 in Rhodios invehitur: 3, 4 de Dolabella grata narrat.

Scr. Pergae A. V. C. DCCX, IIII Non. Iun.

P. LENTVLVS P. F. PROQVAEST. PROPR. [1]
S. P. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SEN.
POPVLO PL. Q. R.

1 S. V. L. V. V. B. E. V. [2] Scelere Dolabellae oppressa Asia, in proximam provinciam Macedoniam, praesidiaque rei publicae, quae M. Bru-

rivo molto meglio faranno. Tuttavolta, se caso avvenisse che si tragittasero oltre l'Isara, io m'adoprerò di tutta forza che alla Repubblica non intravenga danno. Io voglio che voi abbiate un gran coraggio, ed una bonissima speranza circa alla Repubblica, dacchè vedete e noi e gli eserciti 7 nostri stretti insieme di fortissima lega, e presti a qualsiasi cosa del mondo per vostra salvezza. Ma pure non dovete menomar d'un pelo la diligenza, anzi brigarvi di tenerci forniti il meglio possibile e di esercito e dell'altre cose a combattere per salute vostra contra questa scelleratissima giura di nemici, che hanno vôlto di punto in bianco quelle truppe che fingean ragunare a pro della Repubblica, a mettere la patria in repentaglio.

DCCCXLII. (A Div. XII, 15)

Argomento. 1 Riferisce le cose da sè operate: 2 si scaglia contro i Rodiani: 3, 4 racconta cose piacevoli circa Dolabella.

Scritta da Perga l'anno DCCX, il 2 di Giugno.

P. LENTULO [1], FIG. DI PUBLIO, PROQ. PROPR. AI CONS. PRET. TRIB. DELLA PLEBE, AL SENATO E POPOLO ROMANO S.

1 Se voi siete sani, bene sta; eguale è di me. Dacchè l'Asia fu oppressa dalla ribaldaggine di Dolabella, io mi son vôlto nella vicina provincia e nelle guarnigioni della Repubblica che tenea Bruto, fior di perso-

tus V. C. [3] tenebat, me contuli, et id egi, ut, per quos celerrime posset [4], Asia provincia vectigaliaque in vestram potestatem redigerentur. Quod quum pertimuisset Dolabella, vastata provincia, correptis vectigalibus, praecipue civibus Romanis omnibus [5] crudelissime denudatis ac divenditis, celeriusque Asia excessisset, quam eo praesidium adduci [6] potuisset: diutius morari, aut exspectare praesidium non necesse habui, et quam primum ad meum officium revertendum mihi esse existimavi, ut et reliqua vectigalia exigerem, et, quam deposui [7], pecuniam colligerem: quicquid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem quam primum, et vos de omni re facerem certiores.

2 Interim quum per insulas in Asiam naviganti mihi nuntiatum esset, classem Dolabellae in Lycia esse, Rhodiosque naves complures instructas et paratas in aqua habere: cum iis navibus, quas aut mecum adduxeram, aut comparaverat Patiscus proquaestor [8], homo mihi quum familiaritate, tum etiam sensibus in re publica coniunctissimus, Rhodum reverti, confisus auctoritate vestra, senatusque consulto, quo hostem Dolabellam iudicaratis; foedere quoque, quod cum iis [9], M. Marcello, Ser. Sulpicio coss., renovatum erat: quo iuraverant Rhodii, eosdem hostes se habituros, quos S. P. Q. R. Quae res nos vehe-

naggio, e adoprai per color mezzo, che il poteano più alla spacciata, la provincia d'Asia e le vettovaglie tornasservi in pugno. Del che avuto paura Dolabella, dato il guasto alla provincia, carpitesi le gabelle, e sopratutto spogliati in sull' osso e venduti spietatamente tutti i romani cittadini, e uscito dell'Asia più ratto, di quel vi si potesse condurre il presidio; non mi parve dover badar più a lungo, o aspettare esso presidio; e stimai mi convenisse quanto prima ritornare al mio ufficio, sì per esigere le rimanenti gabelle, e sì per raccogliere il denaro messo in disparte; venir di botto in chiaro di quanto ne sia stato arraffato, e per cui colpa, e darvi avviso d'ogni cosa.

2 In questo stante ch' io navigava in Asia per le isole, giungemi novella che la flotta di Dolabella era in Licia, e che i Rodii aveano salpate di molte navi in tutto punto. Or io colle navi che o m' avea tirate meco, o erano state ragunate dal proquestore Patisco (chè siam due anime in un nócciolo e per amicizia, e per sentimenti verso la Repubblica), diedi volta a Rodi, a fidanza dell' autorità vostra e del senatoconsulto col quale giudicaste Dolabella nemico; e della lega altresì che con essi, consoli M. Marcello e S. Sulpicio, erasi rinnovata, in cui avean fatto giuro i Rodiani di reputar nemici que' medesimi che il Senato e il popol romano. Ma le furon canzoni. Perciocchè, tut-

menter fefellit. Tantum enim afuit, ut illorum praesidio nostram firmaremus classem, ut etiam a Rhodiis urbe, portu, statione [10], quae extra urbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites, nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur. Quam indignitatem deminutionemque maiestatis non solum iuris nostri, sed etiam imperii populique Romani [11], iccirco tulimus, quod intercceptis literis cognoramus, Dolabellam, si desperasset de Syria Aegyptoque, quod necesse erat fieri, in naves cum omnibus suis latronibus, atque omni pecunia conscendere esse paratum [12], Italiamque petere: iccirco etiam naves onerarias, quarum minor nulla erat duum millium amphorum [13], contractas, in Lycia a classe eius obsideri. Huius rei timore, Patres conscripti, percitus, iniurias perpeti, et cum contumelia etiam nostra [14] omnia prius experiri malui. Itaque ad illorum voluntatem introductus in urbem et in senatum eorum, quam diligentissime potui, causam rei publicae egi; periculumque omne, quod instaret, si ille latro cum omnibus suis naves [15] conscendisset, exposui. Rhodios autem tanta in pravitate [16] animadverti, ut omnes firmiores putarent, quam bonos: ut hanc concordiam et conspirationem omnium ordinum [17] ad defendendam libertatem, propense non crederent esse factam: ut patientiam senatus et optimi cuiusque manere

t'altro che appuntellare la nostra flotta col lor soccorso, da essi Rodiani i nostri soldati furono tenuti lungi e dalla città, e dal porto, e dalla stazione che è fuori, e frodati di vettovaglie e di acqua perfino; ed io medesimo a mala pena vi fui accolto sur pochi burchielli. La quale indignità e sopraffazione non solo al mio diritto, ma eziandio alla maestà dell'impero e popol romano ho portata in pace per questo, perchè avea risaputo da lettere intercette, che Dolabella se avesse avuto a disperare di Siria e d'Egitto, il che dovea succeder senza manco alcuno, s'era posto in acconcio di sciogliere con tutti i suoi ladroni e tutto il denaro alla volta d'Italia, e che a quest'uopo le navi da carico raccozzatesi in Licia (delle quali niuna era da meno che due mila anfore[2]) teneansi assediate dalla sua flotta. Entratami di ciò paura, o Padri coscritti, assai meglio di succhiarmi in pace l'affronto, e sperimentar tutto anche con mio disdoro. Pertanto, introdotto, a posta loro, nella città e nel lor senato, trattai la causa della Repubblica con quanto fiato mi uscì dal corpo; e misi sott'occhi tutto il pericolo che soprastava, se quel ladrone avesse messo vela con tutti i suoi. Ma io trovai i Rodiani così incattiviti, che giudicano tutti più forti de' buoni; e credono che questa concordia e lega di tutti gli ordini non sia stata fatta di vero cuore in difesa della libertà; ed hanno baldanza che la pazienza del Senato e d'ogni dabbene

etiam nunc confiderent, nec potuisse audere quemquam Dolabellam hostem iudicare: ut denique omnia, quae improbi fingebant, magis vera existimarent, quam quae vere facta erant, et a nobis docebantur [18]. Qua mente etiam ante nostrum adventum post Trebonii indignissimam caedem, ceteraque tot tamque nefaria facinora, binae profectae erant ad Dolabellam legationes eorum, et quidem novo exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus iis, qui tum magistratus gerebant. Haec, sive timore (ut dictitant) de agris, quos in continenti habent, sive furore, sive impotentia paucorum, qui et antea pari contumelia viros clarissimos affecerant, et nunc maximos magistratus gerentes, nullo exemplo, neque vestra ex parte, neque nostro praesentium, neque imminenti Italiae urbique nostrae periculo (si ille parricida cum suis latronibus, navibus, ex Asia Syriaque expulsus, Italiam petisset) mederi quum facile possent, voluerunt [19]. Nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem, detinuisse nos et demorati esse [20], dum classis Dolabellae certior fieret de adventu nostro. Quam suspicionem consecutae res aliquot auxerunt: maxime quod subito ex Lycia Sex. Marius et C. Titius, legati Dolabellae, a classe discesserunt, navique longa profugerunt [21], onerariis relictis: in quibus colligendis non minimum temporis laborisque consumserant [22].

duri tuttavia, e niuno aver potuto osare di giudicar Dolabella; e infine prestavan meglio fede a tutte le menzogne de' ribaldi, che non alle cose veramente accadute, le quali io veniva loro sponendo. Col quale animo, anche prima del mio arrivo dopo la indegnissima uccision di Trebonio, e tante altre e sì nefande scelleraggini, due loro ambascerie erano ite da Dolabella, e veramente con nuovo esempio contro le stesse lor leggi, a dispetto di quelli che erano allora in magistratura. A queste cose, sia pel timore (come van dicendo) de' campi che hanno in terra ferma, sia per mania, sia per dappocaggine de' pochi (che già dinanzi avean fatta la stessa villania a personaggi chiarissimi, e collocati sulle più alte cariche), in una strana foggia, nè per rispetto vostro, nè riguardo al nostro presente pericolo, e a quello che soprastà all'Italia ed alla nostra città (caso che quel parricida co' suoi ladroni, sfrattato d'Asia e di Siria, s'avvii verso l'Italia), non vollero, potendol far di leggeri, porre rimedio. Taluni anco avean sospetto che i magistrati medesimi ci abbian trattenuti e fatti stare a bada, sinchè all'armata di Dolabella fosse giunta novella del nostro arrivo. E a questo sospetto diero un poco di rincalzo le cose che poi seguirono; massime che di brocco Sesto Mario e C. Tizio, legati di Dolabella, dalla Licia si spiccaron dalla flotta, e svignarono sur una galera, lasciate le navi da carico, a raccorre le quali avean logoro del buon tempo e fatica.

3 Itaque quum ab Rhodo cum iis, quas habueramus, navibus in Lyciam venissemus, naves onerarias recepimus, dominisque restituimus: iidemque [23], quod maxime verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desiimus: classem fugientem persecuti sumus usque Sidam [24], quae extrema regio est provinciae meae. Ibi cognovi, partem navium Dolabellae diffugisse, reliquas Syriam Cyprumque [25] petiisse. Quibus disiectis, quum scirem, C. Cassii, singularis [26] civis et ducis, classem maximam fore praesto in Syria, ad meum officium reverti: daboque operam, ut meum studium, diligentiam [27] vobis, Patres conscripti, reique publicae praestem: pecuniamque, quam maximam potero, et quam celerrime cogam, omnibusque rationibus [28] ad vos mittam. Si percurrero provinciam, et cognovero, qui nobis et rei publicae fidem praestiterunt in conservanda pecunia a me deposita, quique scelere [29] ultro deferentes pecuniam publicam, hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. De quibus, si vobis videbitur, si, ut meriti sunt, graviter constitueritis, nosque vestra auctoritate firmaveritis [30]: facilius et reliqua exigere vectigalia, et exacta servare poterimus. Interea quo commodius vectigalia tueri, provinciamque ab iniuria defendere possim, praesidium necessarium voluntariumque [31] comparavi.

3 Pertanto essendomi recato da Rodi in Licia con quelle navi ch'io aveva, ricuperai i navigli da carico, e li restituii a' lor padroni; e gettai via pur la paura che m'era sopratutto entrata in corpo, che potesse Dolabella venir in Italia co' suoi masnadieri; diedi la caccia alla flotta che fuggiva infino a Sida [3], che sta agli orlicci della mia provincia. Seppi quivi che parte delle navi di Dolabella era scappolata, e le altre avean preso cammino verso Siria e Cipro. Ed io sparpagliate quelle, risaputo che la più grande armata di C. Cassio, cima di cittadino e di capitano, dovea esser all'uopo in Siria, tornai al mio uffizio; e mi darò briga che la mia premura e diligenza, o Padri coscritti, per voi e per la Repubblica si spenda; e manderovvi il denaro, quanto più e quanto presto, e in qualunque maniera ne potrò raccogliere. Se io scorrendo la provincia conoscerò coloro che a me e alla Repubblica tenner fede nel serbare il denaro da me depositato, e coloro che largheggiando scelleratamente il pubblico denaro, con questa esca fecero una giura di delitti con Dolabella, farovvene avvisati. Che se voi, come vi parrà meglio, castigherete costoro secondo meritano, e mi darete rincalzo coll'autorità vostra, potrò più di leggeri e riscuotere le altre gabelle, e le riscosse conservare. Frattanto a fine di meglio difendere esse gabelle, e cessare dalla Repubblica ogni oltraggio, ho raccozzato una guarnigione acconcissima di volontarii.

4 His literis scriptis, milites circiter xxx, quos Dolabella ex Asia conscripserat, e Syria fugientes, in Pamphyliam venerunt. Hi nuntiaverunt, Dolabellam Antiochiam [32], quae in Syria est, venisse; non receptum, conatum esse aliquoties vi introire; repulsum semper esse cum magno suo detrimento; itaque centum circiter amissis, aegris relictis [33], noctu Antiochia profugisse Laodiceam versus; ea nocte omnes fere Asiaticos milites ab eo discessisse; ex his ad octingentos Antiochiam rediisse, et se iis tradidisse, qui a Cassio relicti, urbi illi praeerant, ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse: quo ex numero, se quoque esse dicebant; Cassium autem cum suis omnibus copiis nuntiatum esse quatridui iter Laodicea afuisse tum, quum Dolabella eo tenderet. Quamobrem opinione celerius confido, sceleratissimum latronem poenas daturum. IIII Nonas Iunias, Pergae.

DCCCXLIII. (Ad Div. XII, 14)

Argumentum. 1 P. Cornelius Lentulus Spinther, eius qui consul fuerat A. V. C. DCXCVI filius, qui anno superiore Trebonii in Asia proquaestor fuerat, deinde ei provinciae pro praetore praefuit, hac epistola exponit res a se gestas; 2 Rhodios accusat; 3 procurationem Asiae petit; 4 merita sua in rem publicam commemorat.

4 Dopo scritta questa, vennero nella Panfilia da trenta soldati, coscritti da Dolabella in Asia, fuggiaschi di Siria. Recano che Dolabella è giunto in Antiochia, che è in Siria; non accettato, fece prova più volte entrarvi a viva forza; e sempre rigettato a gran suo danno. Epperò, perdutine forse cento, e abbandonati gl'infermi, nottetempo aver dato volta da Antiochia a Laodicea; la stessa notte quasi tutti gli Asiatici averlo piantato: tra questi pressochè ottocento esser tornati ad Antiochia, e datisi in mano a coloro che, lasciati da Cassio, soprastavano alla città; gli altri esser calati in Cilicia per l'Amano; tra' quali noveravansi essi stessi: esser poi venuto avviso che Cassio con tutta sua oste era lungi quattro dì di cammino da Laodicea, pur allora che Dolabella era in via per colà. Perciò spero che più presto ch'uom si crede, quella cima di ladroni pagherà il fio. Da Perga, ai 2 di giugno.

DCCCXLIII. (A Div. XII, 14)

Argomento. 1 P. Cornelio Lentulo Spintere, figliuolo di quello ch'era stato console nell'anno di Roma DCXCVI, che nell'anno avanti era stato proquestore di Trebonio nell'Asia, poscia restò al governo di quella provincia in luogo del pretore, con questa lettera espone le cose da sè operate; 2 taccia i Rodiani; 3 chiede il commissariato dell'Asia; 4 rammenta i suoi meriti verso la Repubblica.

Scr. Pergae A. V. C. DCCX, IIII Kal. Iun.

LENTVLVS [1] CICERONI SVO S. P. D.

1 Quum Brutum nostrum [2] convenissem, eumque tardius in Asiam venturum animadverterem: in Asiam redii, ut reliquias mei laboris [3] colligerem, et pecuniam quam primum Romam mitterem. Interim cognovi, in Lycia [4] esse classem Dolabellae, ampliusque centum naves onerarias, in quas exercitus eius imponi posset: idque Dolabellam ea mente comparasse, ut, si Syriae spes eum frustrata esset, conscenderet in naves, et Italiam peteret. seque cum Antoniis [5] et reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei tanto in timore fui, ut, omnibus rebus relictis, cum paucioribus et minoribus navibus ad illas [6] ire conatus sim. Quae res, si a Rhodiis non essem interpellatus, fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte profligata est; quandoquidem [7] classis dissipata est adventus nostri timore; milites ducesque effugerunt, onerariae omnes ad unam a nobis sunt exceptae [8]. Certe (quod maxime timui) videor esse consecutus [9], ut non possit Dolabella in Italiam pervenire, nec sociis suis firmatis durius vobis efficere negotium.

2 Rhodii nos et rem publicam quam valde desperaverint [10], ex literis, quas publice misi, co-

Scritta da Perga l'anno DCCX, il 29 di Maggio.

LENTULO [1] AL SUO CICERONE S.

1 Abboccatomi col nostro Bruto, e addatomi che egli giungerebbe più tardo in Asia, io me ne tornai quivi, a spigolare i rimasugli della mia fatica, e per mandar quanto prima a Roma denaro. Frattanto riseppi che in Licia era l'armata di Dolabella, e navi da carico sopra a cento, su cui poter imbarcare il suo esercito: e ciò aver allestito Dolabella all'uopo, caso che la speranza di Siria gli fosse ita in fumo, di mettersi in nave e avviarsi verso l'Italia, e rappiccarsi cogli Antonii [2] e cogli avanzaticci ladroni. Della qual cosa tanta paura mi prese, che lasciata addietro ogni cosa, mi brigai di corrervi addosso con pochissimi e piccoli navigli. E forse, se i Rodiani non m'avessero frastornato, quell'armata era bella e spacciata: ma pure la fu messa ben bene in rotta; chè essa si sbandò per battisoffia del nostro arrivo; i soldati e i capitani spulezzarono, e tutte le navi da carico furon dalle nostre ghermite ad un tratto. Affè io mi trovo avere stornato quello di che io più temetti, che cioè Dolabella venisse in Italia, e, spalleggiati i suoi sozi, vi desse maggior cheffare.

2 Conoscerai dalle lettere ch'io mandai al pubblico, quanto disperassero i Rodiani e di me e della Repub-

gnosces. Et quidem multo parcius scripsi [11]. Mirari noli: mira est eorum amentia. Nec me meae ullae privatim iniuriae umquam [12]; malus animus eorum in nostra salute, cupiditas partium aliarum, perseverantia in contemtione optimi cuiusque ferenda mihi non fuit. Nec tamen omnes perditos esse puto. Sed iidem illi, qui tum fugientem patrem meum [13], qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clarissimos non receperunt, iidem tamquam aliquo fato et nunc aut magistratum gerunt [14], aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. Itaque eadem superbia in pravitate utuntur. Quorum improbitatem aliquando retundi, et non pati impunitate [15] augeri, non solum utile est rei publicae nostrae, sed etiam necessarium.

3 De nostra dignitate, velim, tibi ut semper [16] curae sit: et, quocumque tempore occasionem habueris, et in senatu et in ceteris rebus laudi nostrae suffragere. Quando [17] consulibus decreta est Asia, et permissum est iis, ut, dum ipsi venirent, darent negotium, qui Asiam obtineant [18]; rogo te, petas ab iis, ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, et mihi dent negotium, ut Asiam obtineam, dum ipsorum alteruter venit [19]. Nam, quod huc properent in magistratu [20] venire, aut exercitum mittere, causam non habent. Dolabella enim in Syria est; et, ut tu di-

blica. E in vero scrissi meno assai di quello che in fatti li ho trovati fare; ma non voler maravigliarti di quello che scrissi: la loro stoltezza passa ogni termine; io non dovea tollerare il loro mal talento verso la Repubblica, il parteggiar per gli altri, e l'ostinato disprezzo d'ogni ottima persona. Ma pure non li ho tutti per scapestrati; ma que' medesimi che non dieron ricetto a mio padre [3] che allor fuggiva, nè a L. Lentulo [4], nè a Pompeo, e agli altri personaggi chiarissimi, quelli stessi, come per un cotal destino, ora tengono le cariche, o pure han tra l'unghie coloro che le tengono. Epperò sono nè più nè men baldanzosi in mal fare. Alla qual perversità è non sol utile, ma sì anco necessario alla Repubblica che quandochessia si fiacchin le corna, e non si soffra che per l'impunità si aumenti.

3 Vorrei che, come sempre, tu avessi cura della mia dignità, e che mi facci onore o in senato o altrove ogni volta che ti venga a taglio. Dacchè l'Asia fu decretata ai consoli, e fu loro permesso di scegliere chi la governi, fin ch'essi vengano, ti prego a chieder loro che concedano a me per primo questa dignità, e assegnino me al governo dell'Asia finchè qual s'è l'uno di loro arrivi: chè non hanno motivo di affrettare a venir qui in carica, o mandare l'esercito; poichè Dolabella è in Siria, e, come tu hai preveduto

vina tua mente prospexisti [21] et praedicasti, dum isti veniunt, Cassius eum opprimet. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, et in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus urbe, Laodiceam, quae est in Syria ad mare, se contulit. Ibi spero [22] celeriter eum poenas daturum. Nam neque, quo refugiat [23], habet: neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere. Spero etiam confectum esse iam et oppressum [Dolabellam [24]]. Quare non puto, Pansam et Hirtium in consulatu properaturos in provincias exire, sed Romae acturos consulatum. Itaque si ab his petieris, ut interea nobis procurationem Asiae dent, spero te posse impetrare. Praeterea mihi promiserunt Pansa et Hirtius coram, et absenti mihi scripserunt [25], Verrioque nostro Pansa affirmavit, se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego porro non, medius fidius, cupiditate provinciae produci longius spatium mihi volo. Nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, detrimenti. Quae ego ne frustra subierim, neve prius, quam reliquias meae diligentiae consequar, decedere cogar, valde laboro. Nam si potuissem, quam exegeram, pecuniam [26] universam mittere: postularem, ut mihi succederetur. Nunc, quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amisimus [27], quod etiam crudelitate Dolabellae, aut perfidia eorum, qui mihi fidem reique publicae non praestiterunt:

e predetto col tuo divino ingegno, intanto che questi vengono. Cassio lo metterà al nulla. Chè sfrattato Dolabella da Antiochia, e nella pugna mal condotto, non trovando altra città in cui fidarsi, si recò a Laodicea che è in Siria presso al mare. Là spero che presto pagherà il fio; perchè nè ha dove rifuggire, nè vi potrà sì lunga pezza sostenere un sì grosso esercito di Cassio. Spero anzi ch' egli sia diserto e sgominato. Perlochè non penso che Pansa ed Irzio vorranno affrettarsi d' ire alle provincie in consolato, ma sì esercitarlo in Roma. Però se tu domanderai loro che dien frattanto a me l' amministrazione dell' Asia, spero che il potrai ottenere. Oltre a ciò mi promisero Pansa ed Irzio a bocca, e scrissermi lontano, e Pansa lo affermò [5] al mio Verrio, che egli darebbe opera che nel suo consolato niuno mi succedesse. Io, per mia fede, non voglio mi si allunghi il tempo per bramosia di provincia; perocchè questa provincia mi diè un subisso di fatiche, di pericoli e di danni; ed io mi do attorno a far sì ch' io non abbia sofferte queste cose a credenza, e ch' io sia costretto soggiogare prima di cogliere i rimasugli [6] della mia diligenza. Chè se io avessi potuto mandar tutto il denaro ch' io avea raccolto, domanderei che mi si desse un successore. Ora io voglio acquistare e rifar tutto quello che diedi a Cassio, che perdemmo per la morte di Trebonio, ed anco per l' empietà di Dolabella, o per ribalderia di coloro che fal-

id consequi et reficere volo. Quod aliter non potest fieri, nisi [28] spatium habuero. Id, ut per te consequar, velim, ut solet, tibi curae sit.

4 Ego me de re publica puto [29] esse meritum, ut non provinciae istius beneficium exspectare debeam, sed tantum, quantum Cassius et Bruti [30], non solum illius facti periculique societate, sed etiam huius temporis studio et virtute. Primus enim ego leges Antonianas [31] fregi; primus equitatum Dolabellae ad rem publicam traduxi, Cassioque tradidi; primus delectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam; solus Cassio et rei publicae Syriam exercitusque, qui ibi erant, coniunxi. Nam, nisi ego tantam pecuniam, tantaque praesidia et tam celeriter Cassio dedissem; ne ausus quidem esset ire in Syriam; et nunc non minora pericula rei publicae a Dolabella instarent, quam ab Antonio. Atque haec omnia is feci, qui sodalis [32] et familiarissimus Dolabellae eram; coniunctissimus sanguine Antoniis [33]; provinciam quoque illorum beneficio habebam; sed, πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν [34], omnibus meis bellum primus indixi. Haec etsi adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animadverto; tamen non despero, nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore et periculis. Attamen si etiam aliqua gloria iusta et merita provocabimur, senatus et optimi cuiusque

liron fede a me e alla Repubblica. Il che non può altrimenti venir fatto se non ho tempo. Vorrei che ti stesse a petto (secondo tu usi) ch' io ciò conseguissi.

4 Io mi penso aver fatti di cotali servigi alla Repubblica da non dovermi aspettar guiderdone di questa provincia, ma tanto quanto Cassio e i Bruti, non solo per la società in quel fatto e rischio [7], ma altresì per la premura e valore in questo tempo. Perocchè io il primo ruppi le leggi Antoniane; io il primo trassi dalla Repubblica la cavalleria di Dolabella, e diedila a Cassio; io il primo feci leva per salute di tutti contro una congiura scelleratissima; io solo unii a Cassio ed alla Repubblica la Siria, e gli eserciti che v' erano. Chè se io non avessi dato tanto denaro e tanti aiuti e così ratto a Cassio, egli non sarebbe oso nemmeno d' andare in Siria; ed ora non minori pericoli soprastarebbono alla Repubblica da parte di Dolabella, che da Antonio. E tutte queste cose feci io ch' era pur compagno e intrinsico di Dolabella, strettissimo per sangue ad Antonio, ed avea una provincia per un cotal benefizio; ma, *tenero più di cosa del mondo, della patria*, il primo ruppi guerra a tutti i miei [8]. Le quali cose comechè fino ad ora non mi sembrino aver recato troppo gran vantaggio, tuttavolta non vo' disperare; nè perderò la lena, non solo in bramar la libertà, ma sì anco nel durar fatiche e rischi. Tuttavolta se io sarò adescato da qualche onore giusto e meritato, per cura del Senato e d'ogni dabbene, io avrò mag-

officiis: maiore cum auctoritate apud ceteros erimus, et eo plus [35] prodesse rei publicae poterimus.

5 Filium tuum, ad Brutum quum veni, videre non potui, ideo quod iam [36] in hiberna cum equitibus erat profectus. Sed, medius fidius, ea esse cum opinione [37], et tua et ipsius et in primis mea causa gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teque dignus est. Vale. D. IIII Kal. [38] Iun. Pergae.

DCCCXLIV. (Ad Div. XI, 26)

Argumentum. Solicitus ob Antonii cum Lepido coniunctionem, legiones quam primum sibi et stipendium mitti postulat.

Scr. ex castris A. V. C. DCCX, III Non. Iunias.

D. BRVTVS IMP. S. D. M. CICERONI

In maximo [1] meo dolore hoc solatio utor, quod intelligunt homines, non sine causa me timuisse ista [2], quae acciderunt. Deliberent [3], utrum traiiciant legiones ex Africa, necne, et ex Sardinia; et Brutum arcessant, necne; et mihi stipendium dent, an decernant 4. Ad senatum literas misi. Crede mihi, nisi ista omnia ita fiunt [5], quemadmodum scribo, magnum nos omnes adituros periculum. Rogo te, videte [6], quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant. Et fide opus est et celeritate. III Nonas Iunias, ex castris [7].

giore autorità presso gli altri, e potrò quindi far maggior utile alla Repubblica.

5 Quando fui da Bruto non potei veder tuo figliuolo, essend' egli già partito colla cavalleria pe' quartieri d'inverno. Ma io gongolo, se Dio m'aiuti, del suo buon nome, a cagion tua, e di sè medesimo, e di me spezialmente. Chè io l'ho in luogo di fratello, come nato da te, e di te degno. A Dio. Da Perga, ai 29 di maggio.

DCCCXLIV. (A Div. XI, 26)

Argomento. Affannoso per l'unione d'Antonio con Lepido, chiede che quanto prima gli vengano spedite le legioni e lo stipendio.

Scritta dal campo l'anno DCCX, il 3 di Giugno.

D. BRUTO IMP. A M. CICERONE S.

Nella mia ambascia trovo questo conforto, che gli uomini intendono che io le cose accadute non le temetti a credenza [1]. Risolvano una buona volta di mandar sì o no dall'Africa e dalla Sardegna le legioni [2]; e di chiamar Bruto; e dar o non dar a me gli stipendi. Mandai lettera al Senato. Credimi, che se tutte queste cose non si fanno, com' io scrivo, noi cozziamo in un gran ripentaglio. Badate, per Dio, a quali uomini voi ponete in mano la faccenda di condurmi le legioni. Vuolvi e fedeltà e prestezza [3]. Dal campo, ai 3 giugno.

DCCCXLV. (Ad Div. XI, 21)

Argumentum. Respondet praecedenti Decimi Bruti epistolae (DCCCXXXVII).

Scr. Romae A. V. C. DCCX, prid. Non. Iunias.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DES.

Dii [1] isti Segulio malefaciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt! Quid? tu illum tecum solum, aut cum Caesare [2]; qui neminem praetermiserit, quicum loqui potuerit, cui non eadem ista dixerit? Te tamen, mi Brute, sic amo [3], ut debeo, quod istud, quicquid esset nugarum, me scire voluisti. Signum enim magnum amoris dedisti. Nam quod idem Segulius [4], veteranos queri, quod tu et Caesar in decemviris non essetis: utinam ne ego quidem essem! Quid enim molestius? Sed tamen, quum ego sensissem, de iis, qui exercitus haberent, sententiam ferri oportere [5]: iidem illi, qui solent, reclamarunt. Itaque excepti etiam estis, me vehementer repugnante. Quocirca Segulium negligamus, qui res novas quaerit [6]: non quo veterem comederit (nullam enim habuit), sed hanc ipsam recentem novam devoravit. Quod autem scribis, te, quod pro te ipso non facias, id pro me [7], ut de me timeas aliquid: omni te, vir optime mihique

DCCCXLV. (A Div. XI, 21)

Argomento. Risponde ad un'anteriore lettera di Decimo Bruto (DCCCXXXVII).

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 4 di Giugno.

M. T. CICERONE A. D. BRUTO IMP. CONS. DESIG. S.

Che gli Dei mandino il malanno a questo Segulio [1], il più ribald' uomo di quanti sono, furono e saranno! E che? con te solo o con Cesare credi tu? colui non lasciò indietro nessuno, cui abbia potuto parlare, senza dirgli pur le stesse cose. Pure, o mio Bruto, io ti so grado, come debbo, dell' aver voluto ch' io sapessi queste, comunque siensi, corbellerie; chè fummi segno di grande amore. Perchè circa a quel che dice pur esso Segulio, lamentarsi i veterani del non esser nè tu nè Cesare fra' decemviri, magari non vi fossi neppur io! Perchè qual maggior seccaggine? Ma pure quand' io proposi si dovesse porre partito intorno a coloro che avevano eserciti, que' medesimi che l'han per vezzo, mi dieron sulla voce; epperò voi foste eccettuati, a mio malissimo grado. Laonde lasciam ire Segulio, che va alla busca di nuove faccende, non ch' egli s' abbia manucate le vecchie (chè mai non n' ebbe), ma si scuffiò eziandio queste nuove. Quanto a quello scrivi, che tu fai per mio conto ciò che non per tuo, abbi un po' di timore, per te: io t' assolvo, o mio Bruto, coppa

carissime, Brute, de me metu libero. Ego enim, quae provideri poterunt, non fallar in iis: quae cautionem non habebunt [8], de iis non ita valde laboro. Sim enim impudens [9], si plus postulem, quam homini a rerum natura tribui potest. Quod mihi praecipis, ut caveam, ne timendo magis timere cogar: et sapienter et amicissime praecipis. Sed velim tibi persuadeas, quum te constet excellere hoc genere virtutis, ut numquam extimescas, numquam perturbere, me huic tuae virtuti proxime accedere. Quamobrem nec metuam quicquam, et cavebo [10] omnia. Sed vide, ne tua iam, mi Brute, culpa futura sit [11], si ego quicquam timeam. Tuis enim opibus et consulatu tuo, etiamsi timidi essemus, tamen omnem timorem abiiceremus: praesertim quum persuasum omnibus esset, mihique maxime, a te nos [12] unice diligi. Consiliis tuis, quae scribis de quatuor legionibus, deque agris assignandis ab utrisque [13] vestrum, vehementer assentior. Itaque, quum quidam de collegis nostris [14] agrariam curationem ligurrirent, disturbavi rem, totamque vobis integram reservavi. Si quid erit occultius, et, ut scribis, reconditum, meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te literae perferantur. Pridie Nonas Iun.

d'oro e mio carissimo, d'ogni paura de' fatti miei [2]. Perchè io circa a quelle cose che si potranno provvedere, non avrò certo le traveggole; e circa a quelle a cui non vi s'arriva, mi do pochi pensieri; perciocchè io sarei uno sfacciato, a voler dalla natura più di quello che la può dare ad un uomo. Savio e da fior d'amico è quel tuo avvisarmi di starmi in guardia, acciocchè col temere io non caschi in maggior bisogno di timore. Ma pur férmati questo in capo, che, se tu passi per eccellente nella virtù di non spaventarti nè trambustarti mai, io ti sono in ciò alle calcagna. Perlochè io non avrò paura di nulla, e starò in sul avviso di tutto. Ma guarda, o mio Bruto, che poi non la sia tua colpa, se io temerò di qualcosa. Perciocchè col tuo sussidio, e nel tuo consolato [3], se pur noi fossimo timidi, pur noi gitteremmo al diavolo ogni paura; massimamente che tutti hanno per fermo, ed io meglio d'ogni altro, che tu ci porti un bene grandissimo. Io consento affatto al parer tuo che mi scrivi circa alle quattro legioni, e del venir assegnate da voi due i campi. Epperò mentre ad alcuni de' nostri colleghi 4 venía l'aquolina in bocca di questa faccenda agraria, io gliela storpiai, e la riserbai intera a voi altri. Se vi sarà qualche lavoro di straforo, e, come scrivi, recondito, manderò alcuno de' miei, onde ti capitino le mie più al sicuro. Ai 4 di giugno.

DCCCXLVI. (Ad Div. XI, 24)

Argumentum. Respondet Bruti epistolae antecedenti (DCCCXXXVIII), qua timorem sibi exemtum dicit. Addit, quid agendum ei sit; et de pecunia decreta.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, VIII Id. Iunias.

CICERO D. BRVTO S. P. D.

Narro tibi [1]: antea subirascebar brevitati tuarum literarum; nunc mihi loquax esse videor. Te igitur imitabor. Quam multa quam paucis! [2] Te recte valere, operamque dare, ut quotidie melius; Lepidum commode sentire; tribus exercitibus quidvis [3] nos oportere confidere! Si timidus essem; tamen ista epistola mihi omnem metum abstersisses [4]. Sed, ut mones, frenum momordi [5]. Etenim qui, te incluso [6], omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio iam vigiliam [7] meam, Brute, tibi tradere; sed ita, ut ne desim constantiae meae. Quod scribis, in Italia te moraturum, dum tibi literae meae veniant: si per hostem licet, non erraris [8]. Multa enim Romae [9]: sin adventu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius. Pecunia [10], expeditissima quae erat, tibi decreta est. Habes amantissimum Servium [11]. Nos non desumus. VIII Idus Iunias.

DCCCXLVI. (A Div. XI, 24)

Argomento. Risponde all' antecedente lettera di Decimo Bruto (DCCCXXXVIII), nella quale dice d'aver deposto il timore. Soggiunge che cosa sia da farsi da lui; e del denaro accordatogli.

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 6 di Giugno.

CICERONE A D. BRUTO S.

Tel dich' io: dapprima stizzivami un poco della brevità delle tue lettere; ora mi pare d'avere sciolto troppo lo scilinguagnolo, e per questo ti voglio imitare. Deh! quante cose in due parole! Che tu stai bene, e brighi a star meglio; che Lepido la sente non male; con tre eserciti poter noi sperare ogni gran cosa. Se io fossi timido, cotesta lettera m' avrebbe pur fatto uscir di corpo ogni paura. Ma, a tuo senno, ho dato di zanne al morso. Perocchè se io, quando tu eri chiuso, avea pure in te ogni speranza, che farò poi ora? Io bramo di prestarti la mia vigilanza [1], o Bruto; ma di sorta però ch' io non rimetta punto della mia fermezza. Quanto a ciò che scrivi che tu rimarrai in Italia, finchè ti giungan mie lettere, ben con Dio; se però l'inimico tel concede. Chè in Roma fassi un gran dire: se col tuo arrivo puossi finir la guerra, non ti stia a cuore nient' altro. Ti fu decretato quel denaro che più s' avea a mano. Servio [2] ti è un fior d' amico; noi non veniam meno. Ai 6 di giugno.

DCCCXLVII. (Ad Div. X, 23)

Argumentum. Excusat se, quod Lepido crediderit: accepto de coniunctione Lepidi et Antonii nuntio, suas copias retraxisse significat. Octavianum cum exercitu ad se venire cupit.

Scr. Cularone A. V. C. DCCX, VIII Id. Iunias.

PLANCVS CICERONI

Numquam mehercules, mi Cicero, me poenitebit maxima pericula pro patria subire [1], dum, si quid acciderit mihi, a reprehensione temeritatis absim. Confiterer imprudentia me lapsum, si umquam Lepido ex animo credidissem. Credulitas enim error est magis, quam culpa: et quidem [2] in optimi cuiusque mentem facillime irrepit. Sed ego non hoc vitio [3] paene sum deceptus. Lepidum enim [4] pulchre noram. Quid ergo est? Pudor me, qui in bello maxime est periculosus, hunc casum coëgit subire. Nam, nisi uno loco essem [5], verebar, ne cui obtrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido offensus [6], et mea patientia etiam alere bellum. Itaque copias prope in conspectum [7] Lepidi Antoniique adduxi, quadragintaque millium passuum spatio relicto: consedi, eo consilio, ut vel celeriter accedere, vel salutariter [8] recipere me possem. Adiunxi haec in loco eligendo: flu-

DCCCXLVII.

(A Div. X, 23)

Argomento. Si scusa dell'aver prestato fede a Lepido: racconta, avuta notizia dell'unione di Lepido ed Antonio, aver sè ritirate le sue truppe. Desidera che a sè venga Ottaviano coll'esercito.

Scritta a Cularone l'anno DCCX, il 6 di Giugno.

PLANCO A CICERONE

Non mai, così Dio m'aiuti, o Cicerone, mi saprà duro l'affrontar per la patria i più grandi pericoli, purchè, se nulla m'accade, non mi si dia carico di temerità [1]. Confesserei d'aver errato per imprudenza, se io avessi mai prestato fede a Lepido di vero cuore; perciocchè la credulità è un error anzi che colpa: e di vero esso s'insinua di leggeri nella mente di qualsiasi più dabbene. Ma pure non da cotesto vizio fui del tutto gabbato; perch'io conoscea assai ben Lepido. E che dunque? La peritanza, che in guerra è di sommo rischio, mi fece incappare in questo malanno. Perciocchè s'io non fossi stato in un medesimo luogo, temeva di non dar aria a qualche malevolo di troppo accanito contro Lepido, e di alimentare la guerra colla mia pazienza. Pertanto condussi le truppe quasi in sul viso di Lepido e d'Antonio, e allo spazio di quaranta miglia sostai, pensando o di corrervi sopra a gran fretta, o potermi ritirare a salvamento. Oltre a ciò, nello scegliere il posto ebbi occhio ad aver il fiume di fronte,

men [9] oppositum ut haberem, in quo mora transitus esset: Vocontii sub manu [10] ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Lepidus, desperato adventu meo [11], quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit a. d. IIII Kal. Iunias; eodemque die ad me castra moverunt; viginti millia passuum quum abessent, res mihi nuntiata est. Dedi operam, Deûm benignitate, ut et celeriter me reciperem, et hic discessus nihil fugae simile haberet; non miles ullus, non eques, non quicquam impedimentorum amitteretur [12], aut ab illis ferventibus latronibus interciperetur. Itaque pridie Nonas Iunias omnes copias Isaram traieci, pontesque, quos feceram, interrupi, ut spatium [13] ad colligendum se homines haberent; et ego me interea cum collega coniungerem, quem triduo, quum has dabam literas, exspectabam. Laterensis nostri [14] et fidem et animum singularem in rem publicam semper fatebor. Sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum ad haec pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. In quo casu tamen interpellatus et adhuc vivit, et dicitur victurus [15]. Sed tamen de hoc mihi parum certum est. Magno [16] cum dolore parricidarum elapsus sum iis. Veniebant enim eodem fu-

donde il passo fosse ritardato; i Voconzi mi stessero in pugno, di mezzo a' quali mi fosse aperta una via sicura. Lepido, disperando del mio arrivo, che aspettava a bocca aperta, si raccozzò con Antonio ai 29 di maggio; e il dì medesimo mosser l'oste contro me: n'ebbi nuova mentre eran lungi venti miglia. Diedi opera, aiutanti gli Dei, di ricoverarmi tantosto, e di far che la mia partita non avesse aria di fuga; che non smarissi niun soldato, niun cavallo, nè un pelo de' bagagli, o che da que' furibondi ladroni mi fosse carpito. Epperò ai 4 di giugno passai tutte le truppe oltre l'Isara, e ruppi i ponti ch'io avea fatti, onde gli uomini avessero spazio a raccogliersi, ed io frattanto mi unissi col collega, cui aspettava tre dì prima di spedir questa. Predicherò sempre la fedeltà e l'amor singolare verso la Repubblica del nostro Laterense [2]. Ma certamente la sua soverchia indulgenza per Lepido lo rese men sagace a ravvisare questi pericoli. Il quale però accortosi dell'insidia, sforzossi di rivolger contro se stesso quelle mani ch'egli avria fatto meglio ad armar contro Lepido. Nel che però trattenuto vive tuttora, e dicesi che vivrà pure; ma di cotesto ho poca certezza. Con una gran rabbia de' parricidi scappolai dalle lor ugne [3]; chè essi venivano aizzati dallo stesso

rore in me, quo in patriam, incitati. Iracundias autem harum rerum [17] recentes habebant: quod Lepidum castigare non destiteram, ut exstingueret bellum; quod colloquia facta improbabam; quod legatos, fide Lepidi missos [18] ad me, in conspectum venire vetueram; quod C. Catium Vestinum, tribunum militum, missum ab Antonio ad eum [19] cum literis, exceperam. In quo hanc capio voluptatem, quod certe, quo magis me petiverunt, tanto maiorem iis frustratio dolorem attulit. Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem praesta; ut vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes [20]. Veniat Caesar cum copiis, quas habet firmissimas; aut, si ipsum aliqua res impedit, exercitus mittatur [21]; cuius ipsius magnum agitur periculum. Quicquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, huc omne iam convenit [22]. Pro urbis vero salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, utamur [23]? Quod si vos istic non defueritis, profecto, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde rei publicae satisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies mehercules habeo cariorem; solicitudinesque meas quotidie magis tua merita exacuunt [24], ne quid aut ex amore, aut ex iudicio tuo perdam. Opto, ut mihi liceat iam praesenti pietate meorum officiorum [25] tua beneficia tibi facere iucundiora. VIII Idus Iunias, Cularone [26], ex finibus Allobrogum.

furore che contro la patria, contro me. Avevano poi di queste cose fresca stizza: cioè ch' io non avea mai rifinito di punzecchiar Lepido a spegner la guerra; ch' io biasimava i colloquii tenuti; ch' io avea vietato venissermi innanzi i legati speditimi sotto fede di Lepido; che io avea sostenuto C. Cazio Vestino [4], tribun militare [5], mandato con lettere da Antonio a lui. Nel che hommi questo piacere, che quanto più mi volevan dar di branca, tanto maggior cruccio lor diede l'esser loro andato fallito. Tu, o mio Cicerone, continua a far quello che fin qui; a favoreggiare con premura e vigoria noi che stiamo a oste. Venga Cesare [6] con quelle truppe saldissime ch' egli ha; oppure, se qualcosa il trattiene, si mandi l'esercito; del qual pure corresi un gran rischio [7]. Tutto quello che si potea mai raddurre nel campo di quegli scellerati contro la patria, si è qui accozzato. Ma perchè non useremo noi a salvezza della città di tutti que' mezzi che abbiamo? Che se voi di quinci non mi verrete meno, in fede mia, per quanto è da me, satisfarò sfoggiatamente in tutte cose alla Repubblica. E tu, o mio Cicerone, mi entri in amore un dì meglio che l'altro; e i tuoi meriti ogni giorno più mi metton de' pungoli a' fianchi a far sì ch' io non perda un tantino della tua benevolenza e della tua stima. Desidero che mi si dia l'acconcio di renderti i tuoi beneficii più cari colla presente devozione de' miei servigi. Ai 6 di giugno, da Culaione [8], ai confini degli Allobrogi.

DCCCXLVIII. (Ad Div. X, 32)

Argumentum. Balbi, quaestoris sui, flagitium exponit; deinde, quid pro re publica egerit, narrat; et, quid senatus se facere velit, ut constituat, petit.

Scr. Cordubae A. V. C. DCCX, VI Id. Iunias.

C. ASINIVS POLLIO CICERONI

Balbus [1] quaestor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti, coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se [2] a Gadibus, et triduum tempestate retentus ad Calpen, Kal. Iuniis traiecit sese in regnum Bogudis [3] plane bene peculiatus. His rumoribus [4] utrum Gades referatur, an Romam (ad singulos enim nuntios turpissime consilia mutat), nondum scio. Sed praeter furta et rapinas et virgis caesos socios, haec quoque fecit, ut ipse gloriari solet, eadem, quae C. Caesar [5]. Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum, histrionem, summo [6] ludorum die, annulo aureo donatum, in XIIII sessum deduxit: tot enim fecerat ordines equestris loci. Quatuorviratum [7] sibi prorogavit; comitia biennii biduo habuit, hoc est, renuntiavit, quos ei visum est; exsules reduxit [8], non horum temporum, sed illorum, quibus a seditiosis senatus trucidatus, aut expulsus est, Sex.

DCCCXLVIII. (A Div. X, 32)

Argomento. Mostra la ribalderia di Balbo suo questore; indi racconta l'operato da sè per la Repubblica; e dimanda che il Senato determini ciò che da Pollione stesso sia da fare.

Scritta da Cordova l'anno DCCX, l'8 di Giugno.

C. ASINIO POLLIONE A CICERONE

Balbo [1] il questore, messosi allato di molti denari, con gran peso d'oro, e maggiore d'argento, rastrellato da pubbliche gabelle [2], senza avere snocciolato un quattrino di paga alle milizie, svignò da Cadice, e rattenuto dalla burrasca tre giorni a Calpe [3], il primo di giugno si recò nel regno di Boguda [4] ben pinzo di denaro. In questi bucinamenti [5] non so per anco s'egli si riconduca a Cadice, o a Roma (chè ad ogni novella egli volta vela bruttamente). Ma oltre i ladronecci e le rapine e le vergate a' sozi, fece pur quelle cose che Cesare, come egli stesso ne mena vanto. Ne' giochi ch'ei diede a Cadice, l'ultimo dì di quelli condusse Eremnio Gallo [6], istrione, a seder nella decimaquarta sedia: chè tanti posti avea ordinati per li cavalieri [7]. Prolungò a sè la carica de' Quattro [8]; tenne in due dì i comizii di due anni, cioè nominò cui meglio gli parve [9]; richiamò i banditi, non di questi tempi, ma di quelli in cui il Senato fu messo a pezzi o sfrattato da' rivoltosi, sendo proconsole Sesto Varo. [10] Odi

Varo proconsule. Illa vero iam ne Caesaris quidem exemplo [9], quod ludis praetextam de suo itinere ad L. Lentulum proconsulem solicitandum posuit. Et quidem quum ageretur flevit [10], memoria rerum gestarum commotus. Gladiatoribus [11] autem, Fadium quendam, militem Pompeianum, quia, quum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorari [12] sese nolebat, et ad populum confugerat, primum Gallos equites immisit in populum (coniecti [13] enim lapides sunt in eum, quum abriperetur Fadius); deinde abstractum defodit in ludo [14], et vivum combussit: quum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis, inambularet, et illi misero quiritanti [15]: *C. R. natus sum*, responderet: *Abi nunc, populi fidem implora.* Bestiis vero cives Romanos, in his [16] circulatorem quendam auctionum, notissimum hominem Hispali, quia deformis erat, obiecit. Cum huiuscemodi [17] portento res mihi fuit. Sed de illo plura coram. Nunc, quod praestat [18], quid me velitis facere, constituite. Tres legiones firmas habeo: quarum unam, XXVIII [19], quum ad se initio belli arcessisset Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset denarios quingenos [20] singulis militibus daturum, in victoria vero eadem praemia, quae suis legionibus (quorum quis ullam finem [21], aut modum futurum putabit?), incitatissimam retinui, aegre

ben altro, e neppur a esempio di Cesare, che ne' giochi mise in pretesta [11] il suo viaggio a sollecitar L. Lentulo [12] proconsole; e mentre la si rappresentava, pianse per le memorie di sue geste. Ne' giochi poi de' coltellanti, siccome un certo Fadio, soldato Pompeiano, non volea entrare a combattere, perchè due volte avea combattuto senza mercede ne' giochi [13], e rifugiavasi al popolo, dapprima spinse de' cavalieri Galli addosso al popolo, che già avea gittati a lui de' sassi, quando Fadio venía strappato, e poi schiantatolo il ficcò nell'arena, e bruciollo vivo [14]; e dopo aver desinato, a piè nudi [15], sfibbiata la tonica, colle mani dietro le spalle sen passeggiava, a quel misero che dicea lamentandosi: *Son nato cittadin romano* [16], rispose: *oh va ora, implora l'aiuto del popolo.* Gittò poi alle bestie de' cittadini romani, e fra essi un certo che sta sempre sugl'incanti, uomo notissimo d'Ipali [17], perchè era deforme. Con sì fatto mostro ebb'io a fare: ma di lui più cose a bocca. Ora ciò che monta, è che mi diciate quel che volete ch'io faccia. Ho tre legioni vigorose: delle quali una la ventottesima, avendola Antonio sul cominciar la guerra adescata a sè colla promessa di dare, il dì che verrebbe in campo, ad ogni soldato cinquecento denari [18], e nella vittoria poi gli stessi guiderdoni che alle legioni sue (e chi può far conti sul fine e sulla misura di queste cose?), io la ratteuni che avea i razzi

mehercules; nec retinuissem, si uno loco [22] habuissem, utpote quum singulae quaedam cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non destitit literis atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero minus Lepidus ursit me et suis et Antonii literis, ut legionem tricesimam [23] mitterem sibi. Itaque quem exercitum neque vendere ullis praemiis volui, nec eorum periculorum metu, quae, victoribus illis, portendebantur [24], deminuere, debetis existimare retentum et conservatum rei publicae esse; atque ita credere, quodcumque imperassetis, facturum fuisse, si, quod iussistis [25], feci. Nam et provinciam in otio, et exercitum in mea potestate tenui: finibus meae provinciae nusquam excessi: militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi: et, si quos equites decedentes [26] nactus sum, supplicio affeci. Quarum rerum fructum satis magnum re publica salva tulisse me putabo. Sed res publica si me satis novisset, et maior pars senatus, maiores ex me fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, quum etiam nunc [27] in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi: etiam praetextam, si voles legere, Gallum Cornelium, familiarem meum, poscito. VI Idus Iunias, Corduba [28].

alla coda, a stento, in fede mia; e non mi venía fatto se io le aveva in un sol posto: chè ciascuna coorte s'era da sè ammutinata. Non rifinò nemmeno dal solluchcrare con lettere e con un mondo di promesse le altre legioni; e nè più nè meno Lepido mi aizzò con sue lettere e d'Antonio, ch' io gli mandassi la legione trentesima. Pertanto non avend' io voluto nè vendere l'esercito a prezzo nessuno, nè sminuirlo a timore di que' pericoli che, se e' vincevano, soprastavangli, dovete far ragione ch' egli fu ritenuto e conservato alla Repubblica, e darvi a credere ch' io avrei fatto qualunque vostro comando, se già feci quel tanto che comandaste. Perciocchè e tenni queta la provincia, e in mio pugno l'esercito; nè uscii mai passo fuor della mia provincia. Non mandai altrove un soldato, non dirò legionario, ma nemmeno ausiliario; e se trovai qualche cavaliero disertore, il punii. Delle quali cose crederò aver riportata gran mercede se sarà salva la Repubblica. Ma se questa m' avesse abbastanza conosciuto, e la maggior parte del Senato, avrebber tratto di me miglior vantaggio. Ti mando leggere la lettera ch' io scrissi a Balbo, quando egli era tuttavia in provincia; e se vuoi anco leggere la pretesta, domandala a Gallo Cornelio [19] mio intrinseco. Da Cordova, agli 8 di giugno.

DCCCXLIX. (Ad Div. XII, 8)

Argumentum. Renovatum Lepidi scelere bellum esse conqueritur, et Cassium ad liberandam rem publicam hortatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Iunio.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Scelus [1] affinis tui, Lepidi, summamque levitatem et inconstantiam, ex actis, quae ad te mitti certo scio, cognosse te arbitror. Itaque nos, confecto bello, ut arbitrabamur [2], renovatum bellum gerimus; spemque omnem in D. Bruto et Planco habemus: si verum quaeris, in te et in M. Bruto [3]; non solum ad praesens perfugium, si, quod nolim, adversi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis 4. Nos hic de Dolabella audiebamus, quae vellemus [5]: sed certos auctores non habebamus. Te quidem magnum hominem et praesenti iudicio, et reliqui temporis exspectatione scito esse. Hoc tibi proposito, fac ut ad summa [6] contendas. Nihil est tantum, quod non populus Romanus a te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

DCCCXLIX.

(A. D. XII, 8.)

Argomento. Lamentasi che per la ribalderia di Lepido siasi rinnovata la guerra, ed esorta Cassio a liberare la Repubblica.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Giugno.

M. T. CICERONE A C. CASSIO S.

Credo che tu sarai in chiaro, per gli atti che so ti vengon spediti, della scelleratezza e leggerezza e volubilità somma di Lepido tuo affine [1]. E però noi rappiccammo la guerra che pensavamo finita [2]; ed abbiam tutta la speranza in D. Bruto e in Planco; e se vuoi udire il vero, in te mio Bruto, non tanto come ad un presente rifugio, se mai, cessilo Dio, alcun malanno ci accasca, ma a rassodamento altresì di perpetua libertà. Qui abbiam buone novelle di Dolabella; ma senza averne chi ce ne facesse certa fede. Sappi poi che tu sei in conto d'uom grande e a giudizio del presente, e alla speranza per l'avvenire. Così fermoti in capo, corri a tutta voga a somme imprese. Non v'è cosa sì grande che il popolo romano non istimi tu poterla compire, e poterla egli da te ottenere. A Dio.

DCCCL. (Ad Div. XII, 9)

Argumentum. Res in Asia gestas Romae ignorari, summam vero rei publ. spem in Cassio eiusque copiis positam esse scribit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Iunio.

CICERO CASSIO S.

Brevitas tuarum literarum me quoque breviorem in scribendo facit: et, vere ut dicam, non satis occurrit, quid scribam [1]. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio; tuas autem ignoramus. Tamquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, praeter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Nos, confectum bellum quum putaremus, repente a Lepido tuo in summam solicitudinem adducti sumus [2]. Itaque persuade tibi, maximam rei publicae spem in te et in tuis copiis [3] esse. Firmos omnino [4] exercitus habemus: sed tamen, ut omnia (ut spero) prospere procedant, multum interest te venire [5]. Exigua enim spes est [6] rei publicae; nam nullam non libet dicere: sed quaecumque est, ea despondetur [7] anno consulatus tui. Vale.

DCCCL. (A Div. XII, 9)

Argomento. Scrive, in Roma non sapersi nulla di quanto si è fatto in Asia, e la maggiore speranza della Repubblica essere riposta in Cassio e nelle sue truppe.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Giugno.

CICERONE A CASSIO S.

La brevità delle tue fa brevi le mie: e, a dirla, non ho ben materia da scrivere; poichè so che i casi nostri ti si riferiscono negli atti, e delle tue non sappiam covelle. Chè non ci si reca una nuova, come se l'Asia fosse sbarrata, fuorchè voci di Dolabella oppresso, e voci ben costanti, ma che niuno le afferma. Noi quando credevam finita la guerra, dal vedere al non vedere il tuo Lepido ci gettò in una somma angoscia. Quindi férmati in capo che la miglior sua speranza pone la Repubblica in te e tue truppe. Abbiamo degli eserciti a tutta prova; ma pure a far sì che tutto vada (come spero) alla seconda, importa molto che tu venga [1]. Chè la speranza della Repubblica è ben al verde, per non dire spenta; ma, qualunque siasi ella, la sta nell'anno del tuo consolato [2]. A Dio.

DCCCLI. (Ad Div. XII, 13)

Argumentum. 1 Gratulatur de Mutinensi victoria; 2 et res a se gestas exponit.

Scr. Cypro a Crommyu-acride A. V. C. DCCX,
Idib. Iuniis.

C. CASSIVS S. D. M. CICERONI [1]

1 Si vales, bene est: valeo [2]. Quum rei publicae vel salute, vel victoria gaudemus: tum instauratione [3] tuarum laudum: quod maximus consularis maximum consulem te ipse vicisti [4], et laetamur, et mirari satis non possumus. Fatale nescio quid tuae virtuti datum; id quod [5] saepe iam experti sumus. Est enim tua toga omnium armis felicior: quae nunc quoque nobis paene victam rem publicam ex manibus hostium eripuit ac reddidit. Nunc ergo vivemus liberi: nunc te, omnium maxime civis et mihi carissime, id quod maxime rei publicae tenebris [6] comperisti, nunc te habebimus testem nostri et in te et in coniunctissimam tibi rem publicam amoris: et, quae saepe pollicitus es, te et taciturum, dum serviremus [7], et dicturum de me tum, quum mihi profutura essent: nunc [8] illa non ego quidem dici tantopere desiderabo, quam sentiri a te ipso. Neque enim omnium iudicio malim me a te commendari, quam ipse [9] tuo iudi-

DCCCLI. (A Div. XII, 13)

Argomento. 1 Si congratula per la vittoria di Modena; 2 ed espone le proprie gesta.

Scritta dal Promontorio di Cipro l'anno DCCX, il 13 di Giugno.

C. CASSIO A M. CICERONE [1] S.

1 Se sei sano, bene sta; io sono. Godendo io della salute o della vittoria della Repubblica [2], m'allegro altresì e trasecolo del rinnovamento delle tue lodi, avendo tu, grandissimo consolare, vinto te grandissimo console. La tua virtù ha un certo che di fatale, e n'abbiam fatto prova sovente. Perciocchè la tua toga è più avventurata delle armi di tutti; la quale pur ora la quasi vinta Repubblica strappò di mano a' nemici e ce la restituì. Or dunque vivrem liberi: or te, cittadino per eccellenza e a me carissimo (come tu l'hai scorto tra le maggiori pubbliche traversie), ora te avrò io testimone del mio amore e verso di te e verso la Repubblica, con cui sei una cosa sola; e quelle cose circa a me che tu spesso promettesti di tacere mentre fossimo servi, e di predicare allorchè mi potessero far pro, or queste cose non bramo io tanto che tu le dica, quanto che tu le senta. Perocchè io amo meglio, anzi che venir lodato a giudizio di tutti, l'ottenere il tuo giudi-

cio digne, ac mereor, commendatus esse: ut haec novissima nostra facta, non subita, nec convenientia [10], sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse iudices, meque ad optimam spem patriae non minimum tibi ipsi [11] producendum putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi propinquique digni quidem te, et merito tibi carissimi: esse etiam debent in re publica proxime hos cari, qui studiorum tuorum sunt aemuli; quorum esse cupio tibi copiam. Sed tamen non maxima me turba [12] puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere, et ad omnia, quae velis et probes, producere. Animum tibi nostrum fortasse probavimus [13]: ingenium diutina servitus, certe, qualecumque est, minus tamen, quam erat, passa est videri.

2 Nos ex ora maritima Asiae provinciae, et ex insulis, quas potuimus, naves deduximus. Delectum [14] remigum, magna contumacia civitatum, tamen satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem Dolabellae, cui Lucilius [15] praeerat: qui spem saepe transitionis praebendo, neque umquam non decedendo [16], novissime Corycum se contulit, et clauso portu se tenere coepit. Nos, illa relicta, quod et in castra pervenire satius esse putabamus, et sequebatur classis altera, quam anno priore in Bithynia [17] Tillius Cimber compararat, cui Turulius quaestor praeerat: Cyprum petivimus. Ibi quae cognovimus, scribere ad vos quam celer-

zio quale mel merito: che tu giudichi questi ultimi miei fatti, non subitanei, nè sconsigliati, ma conformi a que' pensieri di cui tu sei testimonio, e che tu stimi non esser io di poco momento alla migliore speranza della patria. Tu hai, o M. Tullio, figliuoli e parenti degni di te, e da te meritamente amatissimi: appresso questi, cari nella Repubblica ti debbon esser coloro che sono emuli ne' tuoi studi; de' quali io ti bramo abbondanza. Ma pure io non penso dover essere schiuso dal soverchio numero, sicchè tu non abbi luogo a ricevermi, ed a mettermi in opera dovunque meglio ti sembri. Io ti darò forse prova dell'animo mio: quanto all'ingegno, il lungo servaggio non permise che si facesse veder tutto, qual egli si sia.

2 Trassi le navi dalla maremma della provincia d'Asia e dalle isole. Feci una scelta di remiganti assai presto, comechè a marcio dispetto della città. Diedi la caccia alla flotta di Dolabella, cui soprastava Lucilio [3], il quale dandomi sempre buone parole di passar da noi, e non ne facendo mai nulla, si recò da ultimo a Corico [4], e chiusosi in porto ficcovvi il chiodo. Io, lasciate queste, stimando meglio giungere a campo, e seguendoci l'altra armata che Tillio Cimbro [5] l'anno innanzi avea messa insieme in Bitinia, preseduta da Turilio [6] questore, andai alla volta di Cipro. Quivi pensai di scriverti tantosto quanto vi riseppi. Come già i

rime voluimus. Dolabellam, ut Tarsenses, pessimi socii, ita Laodiceni, multo amentiores, ultro arcessierunt: ex quibus utrisque civitatibus, Graecorum militum numero [18] speciem exercitus effecit. Castra habet ante oppidum Laodiceam posita, et partem muri demolitus est, et castra oppido coniunxit. Cassius [19] noster cum decem legionibus, et cohortibus viginti auxiliariis, et quatuor millium equitatu [20], a millibus passuum viginti, castra habet posita Πάλτῳ [21]: et existimat, se sine proelio posse vincere. Nam iam ternis tetradrachmis [22] triticum apud Dolabellam est: nisi quid navibus Laodicenorum supportarit [23], cito fame pereat necesse est: ne supportare possit, et Cassii classis bene magna, cui praeest Sextilius Rufus, et tres, quas nos adduximus, ego, Turulius, Patiscus [24], facile praestabunt. Te volo bene sperare [25], et rem publicam, ut vos istic [26] expedistis, ita pro nostra parte celeriter nobis expediri [27] posse, confidere. Vale. Data Idibus Iun. Cypro, a Crommyu-acride [28].

DCCCLII. (Ad Div. XI, 25)

Argumentum. Omnem rei publ. spem in D. Bruto et Planco positam esse; de M. Bruto autem nihil certi audiri scribit.

Tarsenti pessima gente di sozii, così i Laodiceni, molto più forsennati, chiamarono a sè Dolabella: da entrambe città de' quali si fece un cotal esercito pieno di Greci soldati. Tiene il campo dinanzi al castello di Laodicea, e atterrò parte de' muri, e rappiccò il campo al castello. Il nostro Cassio [7] con dieci legioni e venti coorti d'ausiliarii e quattro mila cavalli pose campo a Palto [8], lungi venti miglia; e tiene poter vincere senza sangue: perciocchè da Dolabella il grano costa dodici dramme; ed è giocoforza ch' egli muoia di fame in breve, se non gli è recato qualcosa colle navi da' Laodiceni; e ciò di leggeri frastorneranno e la ben grande armata di Cassio, cui governa Sestilio Rufo, e le tre che noi conducemmo, io, Turulio [9] e Patisco. Statti a buona speranza, e tieni per certo che noi qui, come voi costì, potrem di corto trar d'impaccio la Repubblica. A Dio. Ai 13 giugno, dal Promontorio [10] di Cipro.

DCCCLII. (A Div. XI, 25)

Argomento. Scrive, ogni speranza della Repubblica essere riposta in D. Bruto e Planco; e niente di certo sapersi di M. Bruto.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, XIIII Kal. Quint.

M. CICERO S. D. D. BRVTO

Exspectanti mihi tuas quotidie [1] literas, Lupus noster subito denuntiavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. Ego autem, etsi, quid [2] scriberem, non habebam (acta enim ad te mitti sciebam, inanem autem sermonem [3] literarum tibi iniucundum esse audiebam), brevitatem secutus sum, te magistro. Scito igitur, in te et in collega [4] spem omnem esse. De Bruto [5] autem nihil adhuc certi; quem ego, quemadmodum praecipis, privatis literis ad bellum commune vocare non desino; qui utinam iam adesset! intestinum urbis malum [6], quod est non mediocre, minus timeremus. Sed quid ago? Non imitor λακωνισμόν tuum. Altera iam pagella procedit [7]. Vince et vale. XIIII Kal. Quintiles.

DCCCLIII. (Ad Div. XII, 10)

Argumentum. Lepidum hostem iudicatum scribit, illique oppositos Brutum et Cassium, in quibus iam, praeter consules designatos, summa spes sit rei publ., in Italia exspectari ostendit.

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 18 di Giugno.

M. CICERONE A D. BRUTO S.

Mentre io stava aspettando ogni dì tue lettere, il nostro Lupo [1] corre a dirmi ch' io, se nulla volea sapere, ti scrivessi. Ed io, comechè materia mi manchi (chè so ti si trasmetton gli atti, e senza questo udendo che la borra nelle lettere non ti pute), ti ho seguíto come maestro nella brevità. Sappi or via che tutta la speranza è in te e nel tuo collega [2]. Di Bruto finora niente di sicuro, cui io non poso mai, giusta il tuo precetto, d' aizzare con lettere private alla guerra comune: oh fosse egli già qui! noi avremmo minor paura di questo casalingo malanno, che è più che mediocre [3]. Ma che vo dicendo? Non imito il tuo *laconismo;* già eccomi qui l' altra pagina. Vinci, e sta sano. Ai 18 giugno.

DCCCLIII. (A Div. XII, 10)

Argomento. Scrive, Lepido essere stato dichiarato nemico, e messigli contro Bruto e Cassio, nei quali, oltre ai consoli designati, è la maggiore speranza della Repubblica.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Quint. incun.

CICERO CASSIO S.

Lepidus, tuus affinis, meus familiaris, pridie Kal. Quintiles sententiis omnibus hostis a senatu iudicatus est, ceterique, qui una cum illo a re publica defecerunt: quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Kal. Septembres potestas facta est. Fortis sane senatus, sed maxime spe [1] subsidii tui. Bellum quidem, quum haec scribebam, sane magnum erat scelere et levitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quae volumus, audimus [2]; sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio. Quod quum ita esset, tamen literis tuis [3], quas Nonis Maiis ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat civitati, ut illum iam oppressum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cum exercitu: ut, si haec ex sententia confecta essent, consilio atque auctoritate tua [4]; sin quid forte titubatum, ut fit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum quibuscumque potero [5] rebus ornabo; cuius rei tum tempus erit, quum, quid opis rei publicae laturus is exercitus sit [6], aut quid iam tulerit, notum esse coeperit. Nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem et praeclarissimi, sed gesta res exspectatur: quam quidem aut iam esse aliquam,

Scritta a Roma l'anno DCCX, sul principiar di Luglio.

CICERONE A CASSIO S.

Lepido, tuo parente, mio domestico, l'ultimo di giugno fu giudicato a pieni voti in senato come nemico, e gli altri pure che in un con lui fallirono alla Repubblica; ai quali però fu dato termine sino al primo di settembre di rinsavire. Vigoroso è ben il Senato, ma soprattutto per la speranza del tuo sussidio. E mentre questo scrivo, la guerra è molto grande per la scelleraggine e leggerezza di Lepido. Noi udiamo ogni giorno nuove gradite di Dolabella; ma fino ad ora niente di fermo, e vassene alle grida. Il che stante, era pur entrata certezza ne' cittadini per le tue lettere de' 7 di maggio dal campo, che egli avesse avuto la peggio, e che tu poi venivi in Italia coll'esercito: così che se queste cose qui fosser ite a modo nostro col consiglio e coll'autorità tua: se, come suole in guerra, fossesi un po' barcollato, ci saremmo appoggiati al tuo esercito. Il qual esercito farò ad ogni patto che abbia tutti gli onori: al che il tempo acconcio verrà quando comincerassi a scorgere il vantaggio che può fare e che già esso fece alla Repubblica. Perocchè fino ad ora non si odono che sforzi, ottimi in vero e trabelli, ma si aspetta l'effetto: il quale o già v'è, o sta a un pelo

aut appropinquare confido. Tua virtute et magnitudine [7] animi nihil est nobilius. Itaque optamus, ut quam primum te in Italia videamus. Rem publicam nos habere arbitrabimur, si vos habebimus. Praeclare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. Itaque numquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulenta re publica, hic ex pace et victoria bellum excitavit. Huic oppositos consules designatos [8] habemus: in quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cura, propter incertos exitus proeliorum. Persuade tibi igitur, in te et in Bruto tuo esse omnia; vos exspectari; Brutum [9] quidem iam iamque. Quod si, ut spero, victis hostibus nostris veneritis; tamen [10] auctoritate vestra res publica exsurget, et in aliquo statu tolerabili consistet. Sunt enim permulta, quibus erit medendum; etiamsi res publica satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.

DCCCLIV. (Ad Div. X, 24)

Argumentum. 1 Memorem se beneficiorum pollicetur; 2 suas copias narrat; 3 subsidium Caesariani aut Africani exercitus poscit, et Octavianum, ut parum rei publ. amantem, carpit.

d'essere [illegible]. Niente meglio che il [illegible] e grandezza d'animo [illegible] perciò [illegible] prima [illegible] non [illegible] d'aver [illegible] [illegible] già [illegible] [illegible] [illegible]

Scr. in castris A. V. C. DCCX, V Kal. Sext.

PLANCVS IMP. COS. DES. S. D. CICERONI

1 Facere non possum, quin in singulas res meritaque tua tibi gratias agam. Sed mehercule facio cum pudore. Neque enim tanta necessitudo, quantam tu [1] mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum actionem: neque ego lubenter [2] pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor [3] orationis: et malo praesens observantia, indulgentia [4], assiduitate memorem me tibi probare. Quod si mihi vita contigerit, omnes gratas amicitias [5], atque etiam pias propinquitates in tua [6] observantia, indulgentia, assiduitate vincam. Amor enim tuus ac iudicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis [7] quotidie sit allaturus, non facile dixerim.

2 De militum commodis [8] fuit tibi curae; quos ego non potentiae meae causa (nihil enim me non salutariter cogitare scio [9]) ornari volui a senatu: sed primum, quod ita meritos iudicabam; deinde, quod ad omnes casus coniunctiores [10] rei publicae esse volebam; novissime, ut ab omni omnium [11] solicitatione aversos eos, tales vobis praestare possem, quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia integra sustinuimus. Quod consilium nostrum [12], etsi, quanta sit aviditas hominum, non sine cau-

Scritta dal campo l'anno DCCX, il 28 di Luglio.

PLANCO IMP. CONS. DESIG. A CICERONE S.

1 Non posso fare ch' io non ti renda grazie in ogni tua cosa e in ogni tuo merito; ma il fo, in vera verità, con vergogna: perciocchè nè una sì fatta intrinsichezza, quale tu l'hai voluta meco, par che domandi tanto ringraziare; nè io so indurre a sgravarmi del mio obbligo per favori sì rilevati con una sì vil mercede di parole, e bramo piuttosto di presenza coll'ossequio, devozione e assidua premura porgermiti riconoscente. Che se mi basterà la vita, io vincerò nell'ossequiarti, amarti ed esserti servidore assiduo, ogni grata amicizia, e tutti i più stretti parentadi. Chè io non saprei dir di leggeri se l'amor tuo e la tua stima per me m'abbia a recar più d'onore in perpetuo, o più di piacere ogni dì.

2 Degli agi de' soldati avesti premura [1]: i quali non a favore del mio potere (perciocchè sai bene ch' io non ho il capo ad altro che alla salute pubblica) volli che il Senato li colmasse d'onori: ma la prima cosa perchè io giudicava sel meritassero; la seconda perchè bramava che ad ogni evento fossero più stretti alla causa della Repubblica; e da ultimo acciocchè io ve li potessi mantenere, quali furono sin qui, non arrendevoli a qualunque solleticamento di chicchessia. Finora noi qui tenemmo in sodo ogni cosa. Il qual mio partito, comechè conosca quanta sia l'ingordigia della gente

sa, talis victoriae, scio; tamen vobis probari spero. Non enim, si quid in his exercitibus sit offensum, magna subsidia res publica habet expedita, quibus subito impetu [13] ac latrocinio parricidarum resistat. Copias vero nostras notas tibi esse arbitror. In castris meis legiones sunt veteranae tres; tironum vel luculentissima [14] ex omnibus una; in castris Bruti una veterana legio, altera bima [15], octo tironum. Ita universus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus. Quantum autem in acie tironi [16] sit committendum, nimium saepe expertum habemus. Ad hoc robur nostrorum exercituum sive Africanus exercitus [17], qui est veteranus, sive Caesaris accessisset, aequo animo summam rem publicam in [18] discrimen deduceremus. Aliquanto autem propius esse quod Caesarem videbamus [19], nihil destiti eum literis hortari; neque ille intermisit affirmare, se sine mora venire; quum interim aversum illum ab hac cogitatione ad alia consilia [20] video se contulisse. Ego tamen ad eum Furnium nostrum cum mandatis literisque misi, si quid forte proficere posset.

3 Scis tu, mi Cicero, quod ad Caesaris amorem attinet, societatem mihi esse tecum, vel quod in familiaritate Caesaris, vivo illo, iam tueri eum et diligere fuit mihi necesse [21]; vel quod ipse, quoad ego nosse potui, moderatissimi atque humanissimi fuit sensus; vel quod ex tam insigni ami-

per tal vittoria (e non a torto), spero tuttavia che voi l'approviate. Chè se a questi eserciti fosse fatto qualche mal garbo, la Repubblica non ha alla mano troppo grandi sussidii, co' quali far fronte a qualche impeto subitaneo [2] o ladroneccio de' parricidi. Le mie truppe poi so che tu le conosci. A campo io tengo tre legioni veterane; di principianti ne ho una la più fiorita del mondo [3]; e Bruto una legion veterana, un'altra di due anni, otto di novelli. E però tutto l'esercito di numero è strabocchevole, di vigoria stremo. E in battaglia noi cel sappiam troppo bene per prova quanto s'abbia a far conto sui principianti. A questo nerbo di nostri eserciti se quello d'Africa 4, che è veterano, o quel di Cesare si raccozzasse, noi metteremmo a rischio arditamente tutto lo stato della Repubblica. Quanto a Cesare, veggo che egli è un poco più vicino; non finii mai di sollecitarlo con lettere: ed egli non finì di promettere ch'egli veniva spacciatamente; mentre ora veggo ch'egli avendo pel capo tutt'altro, si è vôlto ad altri partiti. Io però gli spedii il nostro Furnio con ordini e lettere, a veder se nulla possa profittare.

3 Tu sai, o Cicerone, che quanto all'amore per Cesare, io ti son compagno, tra per essermi stato d'uopo, essendo intrinseco di Cesare, in sua vita difender lui ed amarlo; tra perchè ei medesimo (finch'io potei conoscerlo) fu di animo moderato e cortese quant'altri mai; o perchè infine sembrerebbemi disdoro, dopo così stretta amicizia con Cesare, non tener costui in

citia mea atque Caesaris, hunc filii loco et illius et vestro [22] iudicio substitutum, non proinde [23] habere, turpe mihi videtur [24]. Sed, quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quam inimice facio. Quod vivit Antonius hodie, quod Lepidus una est, quod exercitus habent non contemnendos, quod sperant, quod audent; omne [25] Caesari acceptum referre possunt. Neque ego superiora repetam: sed ex eo tempore, quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset, aut oppressum iam bellum esset, aut in aversissimam illis [26] Hispaniam cum detrimento eorum maximo extrusum. Quae mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria, sibi vero etiam necessaria ac salutari [27], avocarint, et ad cogitationem consulatus bimestris [28] summo cum terrore hominum, et insulsa cum efflagitatione transtulerint [29], exputare non possum. Multum in hac re mihi videntur necessarii eius et rei publicae et ipsius causa proficere posse: plurimum, ut puto, tu quoque: cuius ille tanta merita habet [30], quanta nemo praeter me. Numquam enim obliviscar, maxima ac plurima me tibi debere. De his rebus ut exigeret cum eo [31], Furnio mandavi. Quod si, quantam debeo [32], habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipsum iuvero. Nos interea duriore conditione bellum sustinemus, quod neque expeditissimam [33] dimicationem putamus, neque tamen

luogo di figliuolo, quale egli è anche a vostro parere sel sostituì [5]. Ma pure tutto ch' io ti scrivo, il fo molto più a malincuore che per nimistà. Se Antonio oggi vive, se Lepido gli è unito, se hanno degli eserciti non disprezzevoli, se sperano, se osano, tutto ciò il debbono a Cesare. Nè io mi farò dalle cose più lontane; ma egli, fin da quando mi fece promessa di venire, se venir avesse voluto, la guerra sarebbe già soffocata, o spinta con lor sommo svantaggio nella Spagna a loro nimicissima [6]. Io non so indovinare qual fantasia o qual consiglio lo abbia svolto da tanta gloria, e per lui necessaria e salutare, e l'abbia spinto a vagheggiar un consolato di due mesi [7], con un sommo sbigottimento di tutti, e con una scipita pretesa [8]. Sembrami che in questo fatto possan molto giovare e a lui e alla Repubblica i suoi parenti: e tu pure, mi pens' io, meglio ch' altri, col quale egli ha obblighi maggiori [9] che niun altro uomo del mondo, tranne me; chè io non dimenticherò mai le infinite cose ch' io ti debbo. Mandai Furnio [10] a trattar di cotesto con lui. Che se io avrò presso di lui quel peso che dovrei, farò a lui medesimo un gran vantaggio. Noi frattanto duriam qui più travagliosa la guerra, ma non crediam ben fatto venire di botto a mezza lana, nè però farem mai collo

refugiendo commissuri sumus, ut maius detrimentum res publica accipere possit. Quod si aut Caesar se respexerit [34], aut Africanae legiones celeriter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Tu, ut instituisti, me diligas rogo, proprieque [35] tuum esse, tibi persuadeas. V Kal. Sext. [36] ex castris.

DCCCLV. (Ad Div. XVI, 26)

Argumentum Negligentiam in mittendis epistolis Tironi iocose exprobrat.

Scr. anno incerto; fortasse illo tempore, quo Q. Cicero Asiam propraetore gerebat.

Q. CICERO TIRONI SVO S. D.

Verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convicio [1], quod fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est. Non potes effugere huius culpae poenam, te patrono [2]. Marcus est adhibendus: isque diu et multis lucubrationibus commentata oratione, vide ut probare possit, te non peccasse. Plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quae lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae: sic tu, etiamsi, quid scribas [3], non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis [4] quaesivisse videaris. Valde enim mi [5] semper et vera et dulcia tuis epistolis nuntiantur. Ama nos, et vale.

scantonarci che la Repubblica soffra danno maggiore. Che se o Cesare rimetterà senno, o verranno quanto prima le legioni d'Africa [11], noi vi renderem sicuri da questo lato. Tu, di grazia, amami come hai preso a fare, e tieni per fermo ch' io son tuo in anima e in corpo. A' 27 giugno, dal campo.

DCCCLV. (A Div. XVI, 26)

Argomento. Rimprovera scherzosamente a Tirone la trascuranza nello scrivergli.

Anno incerto; forse in quel tempo in cui Q. Cicerone governava come propretore l'Asia.

Q. CICERONE AL SUO TIRONE S.

Ti ho bolzonato [1], ma però solo in pensiero, perchè un altro fascetto emmi recato senza una tua. Tu, che fai l'avvocato, non puoi scappolare la pena di questa colpa. Vuolsi adoprar Marco: e fa ch' ei trovi la stiva di provare con una diceria su cui s'abbia stillato tutto il suo cervello, che tu non hai peccato. Io ti fo una solenne preghiera, quale mi ricorda che facea la nostra madre [2], la quale turava eziandio i fiaschi vôti, onde se altri se n' avesse succiato alcuno, non avesse a dire: oh! egli era uno de' vôti! così tu, come che nulla abbi da scrivere, scrivimi tuttavia, per non dar a divedere d' avermi fatto una ruberia col tralasciare. Perciocchè sempre le tue lettere mi recano delle belle e soavissime cose. Amami, e sta sano.

DCCCLVI. (Ad Div. V, 16)

Argumentum. Consolatur diligenter amicum, obitum liberorum immoderatius ferentem.

Scr. anno incerto; fortasse A. V. C. DCCVI.

M. T. CICERO S. D. TITIO [1]

Etsi unus ex omnibus minime sum ad te consolandum accommodatus [2], quod tantum ex tuis molestiis cepi doloris, ut consolatione ipse egerem; tamen, quum longius a summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quam tuus, statui nostrae necessitudinis esse, meaeque in te benivolentiae, non tacere tanto in tuo moerore tamdiu, sed adhibere aliquam modicam [3] consolationem, quae levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Est autem consolatio pervulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque in animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra; neque esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus, conditione vivamus; neve tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possimus [4]; eventisque aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis novi cogitemus. Neque hae neque ceterae consolationes, quae sunt a sapientissimis

DCCCLVI.

(A Div. V, 16)

Argomento. Consola energicamente l'amico, eccessivamente addolorato per la morte dei figliuoli.

Anno incerto; forse il DCCVI.

M. T. CICERONE A TIZIO [1] S.

Comechè io fra tutti sia il meno acconcio a consolarti, essendomi de' tuoi affanni dato un sì gran dolore che ho pur io mestier di conforto; tuttavia, essendo il mio dolore più lontano che il tuo dalla somma acerbità dell'angoscia, pensai esser dovere della nostra intrinsichezza e dell'amor ch' io ti porto, non tenermi in silenzio sì lunga pezza in un tuo così grande travaglio, ma porgerti qualche po' di conforto, che alleviar ti potesse il dolore, se tortelo non potrà. Ell' è poi una sorta di consolazione assai comune quella che sempre dobbiamo avere in sulle labbra e nel cuore, ricordarci cioè che noi siam uomini, nati sotto tal legge, che la nostra vita debba esser bersaglio a tutti i colpi della fortuna; nè dover noi rifiutarci a vivere in quella condizion che siam nati, nè dover accorarci cotanto di quelle disgrazie che per niun provvedimento possiamo schivare; e rivolgendo per la memoria i casi altrui, non credere mai che nullo di nuovo c' incontri. Ma nè queste nè le altre consolazioni che usano

viris usurpatae, memoriaeque literis [5] proditae, tantum videntur proficere debere, quantum status ipse nostrae civitatis, et haec perturbatio [6] temporum perditorum: quum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt; minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt, quam si eosdem bona [7], aut denique aliqua re publica perdidissent. Quod si tuum te desiderium movet, aut si tuarum rerum [8] cogitatione moeres; non facile exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto: sin illa te res cruciat, quae magis amoris est, ut eorum, qui occiderunt, miserias lugeas; ut ea non dicam, quae saepissime et legi et audivi, nihil mali esse in morte, in qua si resideat [9] sensus, immortalitas illa potius, quam mors ducenda [10] sit; sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quae non sentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea misceri, parari, impendere rei publicae, quae qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esset videatur. Quid est enim iam non modo pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati ac saluti loci? Non mehercule quemquam audivi hoc gravissimo et pestilentissimo anno adolescentulum aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus ereptus ex his miseriis, atque ex iniquissima conditione vitae videretur. Quare, si tibi unum hoc detrahi potest [11], ne quid iis, quos ama-

gli uomini più savii, e sono per entro i lor libri, non par che tanto possano far pro, quanto esso lo stato della nostra città, e questo scombuiamento di ribaldissimi tempi, ne' quali coloro sono i più beati che figliuoli non ebbero: e meno miseri coloro che a questi tempi li perdettero, di quelli che perduti li avessero o in una buona, o almeno in qualunque altra Repubblica. Che se ti muove la tua perdita, e se t' addolori nel pensiero delle tue cose, veggo ben che fia difficile lo strapparti intera questa angoscia dal cuore: ma se il tuo cruccio viene, come più vuole l'amore, dal piangere la disgrazia di chi morì, lasciando di dirti quelle cose che assai di sovente e lessi e udii, non esservi cioè nulla di male nella morte, ove se il senso rimane, ella si dee anzi reputare immortalità che morte; o se il si perde [2], non puossi immaginar miseria che non si senta; ti dirò pur francamente cotesto, che tali cose sobbollono, s' apprestano e stan sopra alla Repubblica, che se uomo le abbandona, ei non mi sembra per certo a patto nessuno sfortunato. Perocchè qual luogo ormai rimane non solo al pudore, alla probità, alla virtù, ai retti studi, alle buone arti, ma perfino alla libertà ed alla salute? Così Dio m' aiuti, come io in questo durissimo e pestilentissimo anno non ho mai udito esser morto alcun giovinetto o fanciullo, che non mi sia parso averlo gl' Iddii immortali da queste miserie e sgraziatissima foggia di vivere sottratto. Perlochè se questo solo ti si può levar dal pensiero, che

sti, mali putes contigisse; permultum erit ex moerore tuo deminutum [12]. Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quae non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur: in qua non est iam gravitatis ac [13] sapientiae tuae, quam tu a puero praestitisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria maloque seiunctus. Etenim eum semper te et privatis in rebus et publicis praestitisti, tuenda tibi ut sit gravitas, et constantiae serviendum. Nam, quod allatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus vetustate tollit, id nos praecipere [14] consilio prudentiaque debemus. Etenim si nulla umquam fuit, liberis amissis [15], tam imbecillo mulier animo, quae non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus; neque exspectare temporis medicinam, quam repraesentare [16] ratione possimus. His ego literis si quid profecissem, existimabam optandum [17] quiddam me esse assecutum: sin minus forte valuissent, officio tamen esse functurum [18] benivolentissimi atque amicissimi; quem me tibi et fuisse semper existimes velim, et futurum esse confidas.

a quelli cui tu amasti sia qualche male accaduto, sarà il dolor tuo sminuito di molto. Chè allora rimarratti solo quella spina del dolor tuo, che non avrà nulla di comune con essi, ma tutta a te medesimo si riferirà; dove non è dicevol certo alla tua gravità e sapienza, che fin da ragazzo hai mostrata, darti soverchio martoro delle tue sventure, le quali sono al tutto disgiunte dalla miseria di coloro che tu amasti. Perciocchè tu hai in te fatto sempre mostra e nelle private e nelle pubbliche cose d'uomo che serba la sua gravità, e sua costanza mantiene. Noi dobbiam pur colla meditazione e col senno procacciarci fin d'innanzi quello che poi ci arreca la lunghezza del tempo, la quale cancella i più strabocchevoli pianti. Perocchè se non vi fu mai donna di sì piccolo animo, che, avendo i figliuoli perduti, non abbia quandochessia fatto fine al piagnistero: noi al postutto dobbiam col consiglio dare innanzi tratto a noi medesimi quello che recare il tempo ci debbe dappoi; nè starci aspettando dal tempo quella medicina che noi possiam colla ragione aver di presente. Con questa lettera se io fatto avrò alcun frutto, terrommi a ventura d'aver ottenuta la mia brama; che se poco avrà profittato, avrò satisfatto tuttavia all'ufficio di sviscerato amico; quale vorrei che tu credessi che ti fui sempremai, e sperassi che te l'abbia ad essere per l'innanzi.

DCCCLVII. (Ad Div. XII, 29)

Argumentum. Iocatur, quod Sinuessanae villae hospitio uti noluerit, et, ut se scripto aliquo lacessat, petit.

Scr. anno incerto.

CICERO CORNIFICIO [1]

Gratae mihi tuae literae [2]; nisi quod Sinuessanum deversoriolum contemsisti. Quam quidem contumeliam villa pusilla iniquo animo feret [3], nisi in Cumano et Pompeiano reddideris πάντα περὶ πάντων. Sic igitur facies, meque amabis, et scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quam provocare. Quod si, ut es [4], cessabis, lacessam; nec tua ignavia etiam mihi inertiam afferet [5]. Plura otiosus [6]. Haec, quum essem in senatu, exaravi.

DCCCLVIII. (Ad Div. VII, 21)

Argumentum. Silii amici sui causam Trebatio commendat.

Scr. anno incerto.

CICERO TREBATIO S. D.

Silii causam te doceri [1]. Is postea fuit apud me. Quum ei dicerem, tibi videri, sponsionem [2] illam

DCCCLVII. (A Div. XII, 20)

Argomento. Scherza sul non aver voluto servirsi della villa Sinuessana per alloggiare, e chiede che lo insulti pure con qualche scritto.

Anno incerto.

CICERONE A CORNIFICIO

Mi furon care le tue lettere, tranne quel tuo sprezzare l'alberguccio di Sinuessa [1]. La qual onta putirebbe assai a quel piccolo villaggio, se nel Cumano e nel Pompeiano [2] *non glien pagherai lo scotto fino ad un pelo.* Fa dunque così; e amami, e stuzzicami con qualche scritto; chè io so meglio rispondere che provocare. Che se avrai pure il granchio alle mani, come suoli, io ti farò sgranchire; e la tua poltroneria non farà me infingardo. Altro con agio; questa scrissi essendo in senato.

DCCCLVIII. (A Div. VII, 21)

Argomento. Raccomanda a Trebazio la causa di Silio suo amico.

Anno incerto.

CICERONE A TREBAZIO S.

Ti chiarii della causa di Silio [1]. Egli quindi fu da me. Dicendogli io che a te parea poter noi fare a mani

nos sine periculo facere posse, *Si bonorum Turpiliae possessionem Q. Caepio Praetor ex edicto suo mihi dedit* [3], negare aiebat Servium [4], tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit [5]: hoc idem Ofilium dicere; tecum se locutum negabat; meque rogavit, ut se et causam [6] suam tibi commendarem. Nec vir melior, mi Testa, nec mihi amicior P. Silio quisquam est, te tamen excepto. Gratissimum igitur mihi feceris, si ad eum ultro veneris, eique pollicitus eris; sed, si me amas, quam primum [7]. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

DCCCLIX. (Ad Div. VII, 23)

Argumentum. Controversiam inter ICtos fuisse, possetne heres, quod furtum, antequam heres esset, factum esset, recte furti agere, docet aliquot ICtorum auctoritate.

Scr. anno incerto.

CICERO TREBATIO S. D.

Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram, controversiam esse, possetne heres, quod furtum antea factum esset, furti recte agere [1]. Itaque, etsi domum bene potus seroque redieram; tamen id caput, ubi haec controversia est [2], notavi, et de-

salva quella promessa [2]: *Se il pretore Q. Cepione con suo editto mi diede la possessione de' beni di Tarpilia*, affermò che Servio [3] dicea non esser tavole di testamento quelle fatte da chi non avea facoltà di testare: e lo stesso anche Ofilio [4]; negava d'essersi abboccato teco, e pregommi ch'io ti raccomandassi lui e la sua causa. Io non conosco, da te in fuori, o mio Festa, miglior uomo e più mio amico di P. Silio. Perciò faranmi un sommo favore ad andar tu stesso da lui [5], e gli ti prometterai; ma, se mi vuoi bene, quanto prima. Io ti prego di ciò senza fine.

DCCCLIX.

A Pir. VII, 22.

Argomento. Dimostra coll'autorità d'alcuni giurisperiti che tra i legisti è stato controversia, se l'erede possa giustamente procedere sopra il furto, avendo questo avvenuto prima d'essere erede.

Roma 46 o 45 a. C.

CICERONE A TREBAZIO S.

Tu m'hai corbellato ieri fra le tazze, perch'io avea detto esser dubbio se possa un erede accusar di furto chi l'abbia fatto prima di sua eredità. Epperò, benchè tornatomi a casa brillo e tardi, pure seguai il capitolo di cui è questa controversia, e tel mando trascrit-

scriptum tibi misi; ut scires, id, quod tu neminem sensisse [3] dicebas, Sex. Aelium, M' [4] Manilium, M. Brutum sensisse. Ego tamen Scaevolae et Testae [5] assentior.

DCCCLX. (Ad Div. X, 29)

Argumentum. Suum studium erga salutem exsulantis amici confirmat, eumque bene sperare iubet.

Scr. anno incerto.

CICERO APPIO [1]

De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam, credo te cognosse [2] ex literis tuorum; quibus me cumulatissime satisfecisse certo scio; nec iis [3] concedo, quamquam sunt singulari in te benivolentia, ut te salvum malint, quam ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus, quam ipsi hoc tempore [4] prodesse possim: quod quidem nec destiti facere, nec desistam; et iam in maxima re feci, et fundamenta ieci salutis tuae. Tu fac bono animo magnoque sis, meque tibi nulla re [5] defuturum esse confidas. Pridie Nonas Quintiles.

DCCCLXI. (Ad Div. XIII, 76)

Argumentum. C. Valgium Hippianum commendat Quatuor-

to, acciocchè tu sappi quello che tu non dicevi aver nium al mondo creduto, averlo stimato Sestio Elio [1], M. Manilio [2], M. Bruto [3]. Io però me ne vado con Scevola e Testa.

DCCCLX. (A Div. X, 29)

Argomento. Conferma il suo impegno per la salvezza dell'amico in esiglio, e gli dice di sperar bene.

Anno incerto.

CICERONE AD APPIO [1]

Avrai, cred' io, riconosciuta la mia premura per la tua salute dalle lettere de' tuoi, ai quali ho per fermo aver soddisfatto d'avanzo: nè però a questi, come che ti amano a cielo, patisco io d'esser da meno nel volerti salvo. Ed è pur forza che essi mi concedan questo, ch' io posso per al presente [2] giovarti più che e' medesimi; il che nè ho intralasciato di fare, nè mai tralascerò; e già il feci nella cosa del massimo rilievo, gittando le fondamenta della tua salvezza. Tu fa gran cuore, ed abbi fiducia ch' io mai non ti verrò meno in cosa del mondo. A' 6 di luglio.

DCCCLXI. (A Div. XIII, 76)

Argomento. Raccomanda C. Valgio Ippiano ai Quattrovini ed

viris et Decurionibus Fregellanorum, petitque, ut ei emtae possessionis in agro Fregellano immunitatem praestent.

Anno incerto.

M. T. CICERO QUATTVORVIRIS
ET DECVRIONIBVS [1] S. D.

Tantae mihi cum Q. Hippio causae necessitudinis sunt, ut nihil possit esse coniunctius, quam nos inter nos sumus. Quod nisi ita esset, uterer mea consuetudine, ut [2] vobis nulla in re molestus essem. Etenim vos mihi optimi testes estis, quum [3] mihi persuasum esset, nihil esse, quod a vobis impetrare non possem, nunquam me tamen gravem vobis esse voluisse. Vehementer igitur vos etiam atque etiam rogo, ut honoris mei causa liberalissime [4] C. Valgium Hippianum tractetis, remque cum eo conficiatis, ut, quam possessionem habet in agro Fregellano, a vobis emtam, eam liberam et immunem habere possit. Id si a vobis impetraro, summo me beneficio vestro affectum arbitrabor.

ai Decurioni de' Fregellani, e loro chiede l'immunità per il podere da esso loro comprato nel territorio Fregellano.

Anno incerto.

M. T. CICERONE AI QUATTRO E AI DECURIONI [1] S.

Io ho tante ragioni di intrinsichezza con Q. Ippio, che nulla può esservi di più stretto, che noi due ci siamo. Il che se non fosse, farei come soglio: m'asterrei cioè dal darvi briga alcuna. Perocchè voi potete far fede che, mentr' io era ben persuaso niente avervi, ch' io non potessi da voi ottenere, non ho mai tuttafiata voluto esservi di noia. Or dunque io vi fo le più calde preghiere ch' io sappia di trattar C. Valgio Ippiano, a riguardo dell' onor mio, colla più gran cortesia, e d'acconciar il fatto con lui per modo ch' egli possa godersi libero e scarco quel podere ch' egli ha nel territorio Fregellano, comprato da voi. Se io questo ottengo da voi, mel recherò a sommo favore.

LETTERE

VOLGARMENTE DETTE

DI

M. T. CICERONE

A

M. BRUTO

DISPOSTE PER ORDINE DE' TEMPI

SECONDO LA LEZIONE

DI

GIO. GASP. ORELLI

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE
AD BRVTVM

I. (Ad Brut. lib. I, ep. 1)

Argumentum. De L. Clodii trib. pl. singulari et cognito in se Brutumque amore et fide accurate scribit.

Scr. Romae A. V. C. DCCIX, mense Nov. exeunte, M. Antonio, Cn. Cornelio Dolabella Coss.

CICERO BRVTO S. D.

L. Clodius, tribunus plebis designatus, valde me diligit, vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. Quod quum mihi ita persuasum sit, non dubito (bene enim me nosti), quin illum quoque iudices a me amari. Nihil enim mihi minus hominis videtur, quam non respondere in amore iis, a quibus provocere. Is mihi visus est suspicari, nec sine magno quidem dolore, aliquid a suis, vel per suos potius iniquos ad te esse delatum, quo tuus animus a se esset alienior. Non soleo, mi Brute (quod tibi notum esse arbitror),

LETTERE
DI
M. TULLIO CICERONE
A BRUTO

I. (A Brut. lib. I, lett. 1)

Argomento. Accurata informazione dell' amore particolare e della conosciuta fedeltà di L. Clodio verso di sè e di Bruto.

Scritta a Roma l' anno DCCIX, sul finir di Novembre, essendo consoli M. Antonio e Gn. Cornelio Dolabella.

CICERONE A BRUTO S.

Lucio Clodio [1], tribun della plebe designato [2], mi vuole un gran bene [3], o per dirtela più *enfaticamente*, mi vuole un benone grandone. Del che essendo io certo, non dubito che tu crederai (dacchè tu mi conosci) ch' io non glien voglia altrettanto. Perciocchè niente mi par più indegno d' uomo che il non risponder d' amore a cui t' ama. Or a costui m' è parso sia entrato un sospetto (che assai lo martella) che da taluno de' suoi, o per mezzo d' alcuni suoi malevoli [4], ti sie stato rapportato qualcosa di lui, donde tu n' abbi ruggine seco. Io non soglio, o mio Bruto (e credo tel

temere affirmare de altero: est enim periculosum, propter occultas hominum voluntates multiplicesque naturas. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, indicatum: multa eius indicia, sed ad scribendum non necessaria. Volo enim hoc testimonium tibi videri potius, quam epistolam. Auctus Antonii beneficio est: eius ipsius beneficii magna pars a te est: itaque eum, salvis nobis, vellet salvum. In eum autem locum rem adductam intelligit (est enim, ut scis, minime stultus), ut utrique salvi esse non possint. Itaque nos mavult. De te vero amicissime et loquitur et sentit. Quare, si quis secus ad te de eo scripsit, aut si coram locutus est, peto a te etiam atque etiam, mihi ut potius credas, qui et facilius indicare possum, quam ille nescio quis, et te plus diligo. Clodium tibi amicissimum existima, civemque talem, qualis et prudentissimus, et fortuna optima esse debet.

II. (Ad Brut. l. II, ep. 5)

Argumentum. De Trebonii morte et provincia scribit. De Antonio consulit. De rebus a Cassio gestis quid fieri velit, ostendit. Orationes Ciceronis laudat, et pecuniam supplementumque postulat.

sappi) entrar a vanvara mallevador per altrui; chè la è cosa zarosa stante le ascose voglie degli uomini, e le loro svariate nature [5]. Io ho sugli occhi netto e chiaro, e rovistato l'animo di Clodio; honne molti segnali, ma non importa che te li scriva. Perciocchè io voglio che questa sia più presto una testimonianza che una lettera. Per favor d'Antonio egli montò in istato: e di questo stesso favore la gran parte vien da te [6]: quindi egli bramerebbe (salvi noi) lui salvo. Ma egli scorge che la faccenda è omai a tali termini [7] (dacchè non è egli punto baggeo, come sai) che non possiam esser ad un tratto salvi noi e lui; e per tanto ama meglio che il siamo noi. Per te poi professa e sente un amor tragrande. Quindi, se alcuno non te ne scrisse mai, o te ne parlò in sinistro, ti prego svisceratamente a creder piuttosto a me che son più acconcio a giudicarne, di quel sere chicch'ei siasi, e che te amo più di gran lunga. Fa conto che Clodio ti è amicissimo, e un cittadino sì fatto qual esser debbe un uomo di gran senno e di ottima fortuna [8].

II.

(A Brut. lib. II, lett. 5)

Argomento. Scrive della morte di Trebonio, e della provincia. Si consiglia intorno ad Antonio. Palesa la sua volontà intorno alle azioni di Cassio. Loda le Filippiche di Cicerone, e chiede danaro e reclute.

Scr. Dyrrhachio A. V. C. DCCX, circa Kal. April.

BRVTVS CICERONI S.

Literas tuas valde exspecto, quas scripsisti post nuntios nostrarum rerum, et de morte Trebonii: non enim dubito, quin mihi consilium tuum explices. Indigno scelere et civem optimum amisimus, et provinciae possessione pulsi sumus, quam recuperari facile est. Neque minus turpe aut flagitiosum erit, si potest, non recuperari. Antonius adhuc est nobiscum: sed mediusfidius et moveor hominis precibus, et timeo, ne illum aliquorum furor excipiat: plane aestuo. Quod si scirem, quid tibi placeret, sine solicitudine essem. Id enim optimum esse, persuasum esset mihi. Quare quam primum fac me certiorem, quid tibi placeat. Cassius noster Syriam, legiones Syriacas habet, ultro quidem a Murco et a Marcio, et ab exercitu ipso arcessitus. Ego scripsi ad Tertiam sororem, et matrem, ne prius ederent hoc, quod optime ac felicissime gessit Cassius, quam tuum consilium cognovissent, tibique visum esset. Legi orationes duas tuas, quarum altera Kal. Ian. usus es: altera de literis meis, quae habita est abs te contra Calenum. Nunc scilicet hoc exspectas, dum eas laudem. Nescio animi, an ingenii tui maior in his libellis laus contineatur. Iam concedo, ut vel

Scritta da Durazzo l'anno DCCX, circa il 1 di Aprile.

BRUTO A CICERONE S.

1 Io aspetto a gloria le tue che scrivesti dopo le novelle de' fatti nostri, e della morte di Trebonio [1]: perchè non dubito che mi vogli aprire il tuo disegno. Abbiam perduto per una solenne scelleraggine un ottimo cittadino, e fummo scacciati dal possesso d'una provincia, che però è agevole ricuperare; e non sarà men brutta e malvagia cosa il non ricuperarla quando si può. Antonio è tuttor con noi [2]: ma se Dio m'aiuti, io mi lascio ire dietro le preghiere della gente, e temo che il furor di alcuni non mel faccia scappolare: io son tutto in bollimento. Che se sapessi il piacer tuo, sarei senza brighe, perchè sarei persuaso che quello fosse il meglio. Laonde fammi assapere quanto prima quello che ti va a grado. Il nostro Cassio ha la Siria [3] e le legioni Siriache, stato spontaneamente chiamato da Murco e da Marcio [4], e dallo stesso esercito. Io scrissi alla sorella Terzia e alla madre [5] che non mettan fuori quello che Cassio adoperò egregiamente e bene avventuratamente, se prima non sanno il parer tuo, e che tu l'approvi. Lessi le tue due orazioni [6], di cui l'una dicesti il primo di gennaio, e l'altra intorno alle mie lettere, che tu recitasti contro Caleno. Or tu t'aspetti certo ch'io le lodi: non so se in questi libretti sia più pregevole il tuo animo, o il tuo ingegno. Già ti meno buono che s'abbiano il nome

Philippici vocentur, quod tu quadam epistola iocans scripsisti. Duabus rebus egemus, Cicero, pecunia et supplemento: quarum altera potest abs te expediri, ut aliqua pars militum istinc mittatur nobis, vel secreto consilio adversus Pansam, vel actione in senatu: altera, quae magis est necessaria, neque meo exercitui magis, quam reliquorum. Hoc magis doleo, Asiam * * * at in Asiam censeo persequendum. Nihil mihi videris hoc tempore melius acturus.

III. (Ad Brut. II, 3)

Argumentum. De Dolabellae crudelitate, Antistii liberalitate, et Ciceronis filii laudibus.

Scr. Dyrrhachio A. V. C. DCCX, Kal. Apr.

BRVTVS CICERONI S.

Deest principium epistolae.

* * * sed quo nos amisisse: quem sic vexari a Dolabella audio, ut iam non videatur crudelissimum eius facinus interfectio Trebonii. Vetus Antistius me tamen pecunia sublevavit. Cicero, filius tuus, sic mihi se probat industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorsus numquam dimittere videatur cogitationem, cuius sit filius. Quare, quoniam efficere non

di Filippiche [7], che tu gli desti per baia in una tua. Di due cose abbisognamo, o Cicerone, di denaro e di rincalzo di gente: e dell'una ci puoi fornire, mandando quinci qualche drappello di soldati, o di sottecchi a mal in corpo di Pansa [8], o tenendone discorso in senato; l'altra poi [9] è più necessaria nè meglio al mio esercito, che ai rimanenti. Questo mi passa fuor fuori che l'Asia [10] * * * ma stimo bene inseguirlo pure in Asia. Non mi sembra che tu possa far nulla di meglio a questi tempi.

III.

(A Brut. II, 3)

Argomento. Della crudeltà di Dolabella, della liberalità di Antistio, e delle lodi del figliuolo Cicerone.

Scritta da Durazzo l'anno DCCX, il primo di Aprile.

BRUTO A CICERONE S.

Manca il principio della lettera.

* * * [1] cui sento che Dolabella [2] va così tormentando, che ormai non sembra l'uccisione di Trebonio il più crudele de' suoi misfatti. Vetere Antistio [3] mi sollevò tuttavia con denaro. Cicerone, il tuo figliuolo, così mi si porge industrioso, paziente, facente, di grand'animo, e pronto in fine ad ogni servigio, che pare al tutto non gli cada mai di pensiero a cui sia egli figliuolo. Laonde dacchè non posso fare che tu

possum, ut pluris facias eum, qui tibi est carissimus; illud tribue indicio meo, ut tibi persuadeas, non fore illi abutendum gloria tua, ut adipiscatur honores paternos. Kalend. Apr. Carachio.

IV. (Ad Brut. II, 2)

Argumentum. De Planci egregio in rem publ. animo, et suis cum Servilio in senatu de Planco contentionibus, quibus eum tandem fregit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, circa Id. Apriles.

CICERO BRVTO S.

Planci animum in rem publicam egregium, legiones, auxilia, copias ex literis eius, quarum exemplum tibi missum arbitror, perspicere potuisti. Lepidi, tui necessarii, qui secundum fratrem affines habet quos oderit proximos, levitatem et inconstantiam animumque semper inimicum rei publicae iam credo tibi ex tuorum literis esse perspectum. Nos exspectatio solicitat, quae est omnis iam in extremum adducta discrimen. Est enim spes omnis in Bruto expediendo, de quo vehementer timebamus. Ego hic cum homine furioso satis habeo negotii, Servilio, quem tuli diutius, quam dignitas mea patiebatur: sed tuli rei publicae causa, ne darem perditis civibus hominem,

gli porti maggior amore, che glien porti infinito, stanne sopra di me che egli non avrà mestieri di far giocar la tua gloria per acquistare gli onori paterni [4]. Il calen d' aprile, da Durazzo.

IV.

(A Brut. II, 2)

Argomento. Dell'ottima disposizione di Planco per la Repubblica, e delle sue contese con Servilio in senato per Planco, colle quali gli riuscì di vincerlo.

Scritta a Roma l'anno DCCX, circa il 13 d'Aprile.

CICERONE A BRUTO S.

Ben potesti scorgere l'animo egregio di Planco [1] per la Repubblica, le legioni, gli aiuti, le truppe, dalle lettere sue, di cui credo sieti stata mandata copia. E la leggerezza di Lepido, tuo intrinseco [2], che dopo il fratello [3] odia a morte i congiunti [4], e la sua incostanza, e l' animo sempre avverso alla Repubblica, già credo avrai tu ben conosciuto dalle lettere de' tuoi. Lo aspettare ci cruccia, e le cose sono agli orli: perchè tutta la speranza sta nel liberar Bruto [5], di cui avevamo gran timore. Io qui ho un cheffare del diavolo con quella furia di Servilio [6], cui soffersi più a lungo che la mia dignità non pativa; ma il soffersi per amor della Repubblica, onde non dare agli scellerati cittadini un uomo,

parum sanum illum quidem, sed tamen nobilem, quo concurrerent; quod faciunt nihilo minus; sed eum alienandum a re publica non putabam. Finem feci eius ferendi. Coeperat enim esse tanta insolentia, ut neminem liberum duceret. In Planci vero causa exarsit incredibili dolore, mecumque per biduum ita contendit, et a me ita fractus est, ut eum in perpetuum modestiorem sperem fore. Atque in hac contentione ipsa, quum maxime res ageretur a. d. V Id. April., literae mihi in senatu redditae sunt a Lentulo nostro, de Cassio, de legionibus, de Syria: quas statim quum recitavissem, cecidit Servilius: complures praeterea. Sunt enim insignes aliquot, qui improbissime sentiunt: sed acerbissime tulit Servilius, assensum esse mihi de Planco. Magnum illud monstrum in re publica est * * *

Deest huius epistolae pars extrema.

V.

(Ad Brut. II, 4.)

Argumentum. Respondet Bruti literis de Cassii et Dolabellae rebus in Asia, et de Antonio sententiam consultus scribit.

dolce ben di sale in vero, ma pur nobile, da cui far capo; e 'l fanno tuttavia, ma non credo che lo storranno dalla Repubblica. Finii di sopportarlo: perchè avea preso tanta baldanza da credere che niun fosse libero. Nella causa di poi di Planco volle morir di cruccio, e batostò meco due giorni, ed io lo sfracellai così che spero sarà quinci innanzi modesto in perpetuo 7. E in questa medesima batosta, mentre si trattava la bisogna il nove d'aprile, mi si recarono in senato lettere del nostro Lentulo 8, intorno a Cassio, alle legioni, alla Siria, le quali appena recitate, Servilio cadde, e molti con lui. Perchè vi son certi barbassori che hanno un malissimo talento; ma Servilio ebbe una terribil bolzonata, vedendo che mi si assentì intorno a Planco. Quel gran mostro nella Repubblica * * * 9.

Manca il fine di questa lettera.

V.

(A Brut. II, 4)

Argomento. Rispondendo alla lettera di Bruto, scrive intorno ai fatti di Cassio e Dolabella, e consigliandosi intorno ad Antonio.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, Idibus April.

CICERO BRVTO S.

Datis mane a. d. VI Id. April. Scaptio literis, eodem die tuas accepi Kal. April. Dyrrhachio datas, vesperi. Itaque mane prid. Id. April., quum a Scaptio certior factus essem, non esse eos profectos, quibus pridie dederam, et statim ire, hoc paullulum exaravi ipsa in turba matutinae salutationis. De Cassio laetor, et rei publicae gratulor: mihi etiam, qui, repugnante et irascente Pansa, sententiam dixerim, ut Dolabellam bello Cassius persequeretur. Et quidem audacter dicebam, sine nostro senatusconsulto iam illud eum bellum gerere. De te etiam dixi tum, quae dicenda putavi. Haec ad te oratio perferetur, quoniam te video delectari Philippicis nostris. Quod me de Antonio consulis; quoad Bruti exitum cognorimus, custodiendum puto. Ex his literis, quas mihi misisti, Dolabella Asiam vexare videtur, et in ea se gerere teterrime. Compluribus autem scripsisti, Dolabellam a Rhodiis esse exclusum: qui si ad Rhodum accessit, videtur mihi Asiam reliquisse. Id si ita est, istic tibi censeo commorandum: sin eam semel cepit, mihi crede, * * * non erit. Id. April.

Scritta a Roma l'anno DCCX, a' 13 di Aprile.

CICERONE A BRUTO S.

Avendo consegnate lettere [1] a Scapzio la mattina degli 11 d'aprile, lo stesso dì ebbi tue della sera del calen d'aprile da Durazzo. Epperò l'indomani di buon ora udendo da Scapzio [2] che non se n'eran partiti quelli cui l'avea data il dì innanzi [3], e che se n'andavan di corto, gittai in carta queste due righe tra il tafferuglio delle visite mattutine. Quanto a Cassio mi rallegro e mi congratulo colla Repubblica, e con me altresì, che a dispetto e istizzendosi Pansa, diedi sentenza che Cassio movesse guerra a Dolabella. Ed anche diceva io fidatamente che senza il nostro senatoconsulto avea già egli intrapreso quella guerra; e intorno a te allora tenni quel discorso che dovetti [4]. Questa orazione ti giungerà, dacchè veggo che ti vanno a sangue le mie Filippiche. Quanto al tuo chiedermi consiglio circa Antonio, io stimo doverlosi tenere a buona guardia finchè si vegga l'esito di Bruto. Dalla lettera che mi mandasti si pare che Dolabella metta l'Asia a guasto, e vi dia pel mezzo [5]. A molti poi scrivesti che Dolabella fu scasato da' Rodii; che se egli s'accostò a Rodi, parmi ch'abbia lasciata l'Asia. Se il fatto è così, stimo bene che tu costì ti rimanga: se una volta vi pon su le branche, credimi * * * non vi sarà. Ai 13 di aprile.

VI.

(Ad Brut. II, 6)

Argumentum. Respondet Bruti epistolae II.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, circa medium April.

CICERO BRVTO S.

Quod egere te duabus necessariis rebus scribis, supplemento et pecunia, difficile consilium est. Non enim mihi occurrunt facultates, quibus uti te posse videam, praeter illas, quas senatus decrevit, ut pecunias a civitatibus mutuas sumeres. De supplemento autem non video quid fieri possit. Tantum enim abest, ut Pansa de exercitu suo, aut delectu tibi aliquid tribuat, ut etiam moleste ferat, tam multos ad te ire voluntarios: quomodo equidem credo, quod his rebus, quae in Italia decernuntur, nullas copias nimis magnas esse arbitretur: quomodo autem multi suspicantur, quod ne te quidem nimis firmum esse velit: quod ego non suspicor. Quod scribis, te ad Tertiam sororem scripsisse, ut ne prius ederent ea, quae gesta a Cassio essent, quam mihi visum esset, video te veritum esse id, quod verendum fuit, ne animi partium Caesaris, quomodo etiam nunc partes appellantur, vehementer commoverentur. Sed antequam tuas literas accepimus, au-

VI.

(A Brut. II, 6)

Argomento. Risponde alla lettera II di Bruto.

Scritta a Roma l'anno DCCX, circa la metà di Aprile.

CICERONE A BRUTO S.

Quanto a quel che scrivi, aver tu bisogno di due cose [1], di sopperimento d'uomini e di denaro, gli è un ginepraio. Perchè io non trovo altra stiva che quella decretata già dal Senato, tôrre cioè a prestito dalle città. E circa al sopperimento non vi veggo via alcuna. Perchè tanto è lungi che Pansa ti fornisca qualcosa dal suo esercito, o dalla sua leva, che anzi gli pute il veder tanti volontarii correre a te; perchè, a quanto io credo, stima egli che nessuna truppa sia soverchia [2] alle cose che in Italia sono decretate, o perchè, a quanto sospettano molti, non vorrebbe che neppur tu fossi troppo sicuro: del che io non dubito [3]. Circa a a quello che scrivi, aver tu scritto alla sorella Terzia, che non si palesasser le geste di Cassio prima che a me non paia bene, veggo che tu temesti quello che si dovea [4], che li parteggianti di Cesare (dacchè pur tuttavia dura il nome di parti) non si istizzissero. Ma prima che noi ricevessimo la tua, la cosa erasi già

dita res erat, et pervulgata: tui etiam tabellarii ad multos familiares tuos literas attulerant. Quare neque supprimenda res erat, praesertim quum id fieri non posset, neque si posset, non divulgandam potius, quam occultandam putaremus. De Cicerone meo, et si tantum est in eo, quantum scribis, tantum scilicet, quantum debeo, gaudeo: et si, quod amas eum, eo maiora facis: id ipsum incredibiliter gaudeo, a te eum diligi.

VII.

(Ad Brut. II, 7)

Argumentum. De tota constitutione belli quid sentiat, perscribit, et Brutum ad maiorem severitatem, proposito rei publ. summo periculo, excitat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, XIII Kal. Maias.

CICERO BRVTO S.

Quae literae tuo nomine recitatae sint Idib. April. in senatu, eodemque tempore Antonii, credo ad te scripsisse tuos: quorum ego nemini concedo. Sed nihil necesse erat eadem omnes: illud necesse, me ad te scribere, quid sentirem tota de constitutione huius belli, et quo iudicio essem, quaque sententia. Voluntas mea, Brute, de summa re publica semper eadem fuit, quae tua: ratio quibusdam in rebus (non enim omni-

udita e trombettata [5]; ed anche i tuoi corrieri recarono le tue a molti amici. Laonde nè si dovea mettere al buio la cosa, massime non essendo possibile, e, potessesi pure, ci parea bene piuttosto non divulgare, che tenerla celata. Intorno al mio Cicerone, se tanto di buono ha quanto me ne scrivi, io ne fo quell' allegria che debbo; e se tu aggrandisci i suoi meriti perchè lo ami, anche ciò m'è di sommo piacere che tu gli porti amore.

VII.

(A Brut. II, 7)

Argomento. Scrive il suo sentimento su tutto lo stato della guerra, ed anima Bruto a maggior rigore, visto il pericolo della Repubblica.

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 20 di Aprile.

CICERONE A BRUTO S.

Quali lettere siene state recitate in Senato ai 13 d'aprile in tuo nome, e ad un tempo in nome d'Antonio, t'avran già scritto, credo, i tuoi; a nessun de' quali io cedo. Ma non era d'uopo che tutti scrivesserti il medesimo; ma ben era ch' io ti scrivessi il parer mio sullo stato di questa guerra, e qual conto io ne faccia, e qual opinione me n'abbia. Il mio animo, o Bruto, intorno alla Repubblica fu sempre il medesimo che il tuo; la foggia di operare in alcune cose (chè in tutte no certo) fu alquanto più robusta [1].

bus) paullo fortasse vehementior. Scis mihi semper placuisse, non rege solum, sed regno liberari rem publicam. Tu lenius, immortali omnino cum tua laude: sed quid melius fuerit, magno dolore sensimus, magno periculo sentimus. Recenti illo tempore, tu omnia ad pacem, quae oratione confici non poterat; ego omnia ad libertatem, quae sine pace nulla est; pacem ipsam bello atque armis effici posse arbitrabar. Studia non deerant arma poscentium, quorum repressimus impetum, ardoremque restinximus. Itaque res in eum locum venerat, ut nisi Caesari Octaviano deus quidam illam mentem dedisset, in potestatem perditissimi hominis et turpissimi M. Antonii veniendum fuerit: quo cum vides hoc tempore ipso, quod sit, quantumque certamen. Id profecto nullum esset, nisi tum conservatus esset Antonius. Sed haec omitto. Res enim a te gesta memorabilis et paene caelestis repellit omnes reprehensiones: quippe quae ne laude quidem satis idonea affici possit. Exstitisti nuper vultu severo: exercitum, copias, legiones idoneas per te brevi tempore comparasti. Dii immortales! qui ille nuntius, quae illae literae, quae letitia senatus, quae alacritas civitatis erat! Nihil unquam vidi tam omnium consensione laudatum. Erat exspectatio reliquiarum Antonii, quem equitatu, legionibusque magna ex parte spoliaras: ea quoque

Sai che sempre m'è piaciuto che la Repubblica fosse libera non solo da un re, ma da regno qualunque. Tu più dolce, e al tutto con tua lode immortale; ma quello ch'era il meglio, lo provammo con sommo dolore, e con gran risico il proviam tuttavia. In su quella prima [2], tu tiravi ogni cosa alla pace, che non poteasi avere co' discorsi; io alla libertà, che non può essere senza la pace; e pensavami che coll'armi e colla guerra si potesse ottenere pur la pace. Non falliva zelo di chi chiedeva armi, a' quali demmo sulla voce, e ne attutammo l'impeto [3]. E però la cosa giunse a tale, che se un qualche Iddio non avesse dato a Cesare Ottaviano quella mente, saremmo caduti tra le zanne di quel capestro infame di M. Antonio [4]; col quale tu vedi quale e quanto accapigliarsi si faccia pur ora [5]. Ciò non sarebbe al tutto, se allora non si avesse risparmiato Antonio [6]. Ma lasciam ire. Perchè quella tua memorabile gesta e quasi divina [7] respinge addietro ogni rimprovero; che anzi non v'ha lode che le sia sufficiente. Facesti pur mo un volto severo: esercito, truppe, legioni in buon punto da te solo adunasti. Poffar il cielo! che nuova fu quella [8], che lettere, che gioia del Senato, che baldoria della città! Non vidi mai cosa che così a una voce fosse commendata. Aspettavansi nuove delle reliquie di Antonio, che tu hai sfornite di cavalleria e del meglio delle legioni; e qui pure il

habuit exitum optabilem. Nam tuae literae, quae recitatae in senatu sunt, et imperatoris consilium, et militum virtutem, et industriam tuorum, in quibus Ciceronis mei, declarant. Quod si tuis placuisset, de his literis referri, et nisi in tempus turbulentissimum, post discessum Pansae consulis, incidissent, honos quoque iustus et debitus Diis immortalibus decretus esset. Ecce tibi Idib. April. advolat mane celer Pilus, qui vir! Dii boni, quam gravis! quam constans! quam bonarum in re publica partium! Hic epistolas affert duas, unam tuo nomine, alteram Antonii; dat Servilio tribuno plebis; ille Cornuto: recitantur in senatu. Antonivs Procos. Magna admiratio, ut si esset recitatum, Dolabella Imperator, a quo quidem venerant tabellarii: sed nemo Pili similis, qui proferre literas auderet, aut magistratibus reddere. Tuae recitantur, breves illae quidem, sed in Antonium admodum lenes; vehementer admiratus senatus; mihi autem non erat explicatum, quid agerem; falsas dicerem? quid si tu eas approbasses? Confirmarem? non erat dignitatis tuae. Itaque ille dies silentio. Postridie autem quum sermo increbuisset, Pilusque oculos vehementius hominum offendisset, natum omnino est principium a me. De proconsule Antonio multa; Sextius causae non defuit. Post mecum: quanto suum filium, quanto meum in periculo futurum duce-

fatto riuscì a meraviglia: perciocchè le tue lettere, recitate in Senato [9], fecer veduto e il disegno dell' imperatore, e la valenzia de' soldati, e l'accortezza de' tuoi, del mio Cicerone tra quelli. Che se a' tuoi fosse piaciuto si riferisse al Senato di queste lettere, e se non fosser giunte in quel tempo torbidissimo, dopo la morte del console Pansa [10], sarebbe stato decrêto anche il giusto e debito onore agli Dei immortali [11]. Eccoti la mattina de' 13 d'aprile correr Pilo di volo: che uomo, gran Dei! quanto grave, quanto costante, quanto buon partigiano della Repubblica! Egli reca due lettere, una tua, l'altra d'Antonio; le consegna a Servilio tribun della plebe; questi a Cornuto [12]: si recitano in Senato. Antonio Proconsole [13]: si fa un gran strabiliare come se s'udisse: Dolabella Imperatore, da cui pure eran giunti corrieri; ma niun che somigliasse Pilo, arrischiandosi a dar fuori le lettere, o consegnarle a' magistrati. Si recita la tua, breve in vero, ma contro Antonio molto dolce; il Senato ne fece le gran meraviglie; io non sapeva dove dar il capo: dirla falsa? e se tu la approvavi? tenerla per vera? non s'addiceva alla tua dignità. E però quel giorno zitto [14]. La dimane poi, facendosi un gran dire, e tirandosi adosso Pilo le occhiate di tutti, io diedi le mosse. Molte cose del proconsole Antonio; Sestio mi diè di spalla: poi verso me, quanto pericolo pensava dover correr il suo

ret, si contra proconsulem arma tulissent. Nosti hominem: causae non defuit. Dixerunt etiam alii. Labeo vero noster, nec signum tuum in epistola, nec diem appositum, nec te scripsisse ad tuos, ut soleres. Hoc cogere volebat, falsas literas esse, et, si quaeris, probabat. Nunc tuum est consilium, Brute, de toto genere belli. Video te lenitate delectari, et eum putare fructum esse maximum: praeclare quidem, sed aliis rebus, aliis temporibus, locus esse solet debetque clementiae. Nunc quid agitur, Brute? Templis Deorum immortalium imminet hominum egentium et perditorum spes, nec quicquam aliud decernitur hoc bello, nisi utrum simus, necne. Cui parcimus, aut quid agimus? His ergo consulimus, quibus victoribus vestigium nostrum nullum relinquetur? Nam quid interest inter Dolabellam, et quemvis Antoniorum trium? quorum si cui parcimus, duri fuimus in Dolabella. Haec ut ita sentiret senatus populusque Romanus, etsi res ipsa cogebat, tamen maxima ex parte nostro consilio atque auctoritate perfectum est. Tu si hanc rationem non probas, tuam sententiam defendam, non relinquam meam. Neque dissolutum a te quicquam homines exspectant, nec crudele. Huius rei moderatio facilis est, ut in duces vehemens sis, in milites liberalis. Ciceronem meum, mi Brute, velim quam plurimum tecum habeas. Virtutis disciplinam meliorem re-

figliuolo, quanto il mio, se avesser prese le armi contro il proconsolo. Conosci l'amico: davvero ci spalleggiò l'affare. Parlarono anche altri. Il nostro Labeone [15] poi appuntò che non v'era nella lettera nè il tuo sigillo, nè la data, e che tu non ne avevi scritto a' tuoi, come usi. Questo parava a mostrar che le lettere fosser false, e, se vuoi, il provò. Or a te sta, o Bruto, il decidere circa a tutto l'andamento della guerra. Veggo che tu se' una pasta di zucchero, e che ten credi ritrarre gran frutto: bravo! ma in tutt'altre cose e in tutt'altri tempi suole e debbe aver luogo la clemenza. Or che si fa, o Bruto? Sui templi degli Iddii sta spalancata l'ingordigia di uomini abbruciati e scampaforche, nè d'altro si tratta in questa guerra se non che dell'esser vivi noi, o no. A chi perdoniamo, o che ci facciam noi? A coloro abbiam noi de' rispetti, i quali se vincessero non rimarrebbe di noi un pelo? Perchè che passa tra Dolabella e qual s'è l'uno dei tre Antonii? [16] che se ad alcun di questi perdoniamo, troppo fummo crudeli contro Dolabella [17]. In questa opinione venne il Senato e il popol romano, comechè il fatto pur lo volea, pur massimamente pel mio consiglio e per la mia autorità. S'ella a te non quadra, io difenderò il parer tuo, ma non abbandonerò il mio. Nè altri s'aspetta da te nè alcuna sdolcinaggine, nè alcuna crudeltà. A questo evvi una facile mezzanità, cioè lo star sulle dure coi caporali, e coi soldati sulle buone. Desidero, o mio Bruto, che tu ti tenga appiccicato il più che puoi il mio Cicerone; ch'egli non potrebbe

periet nullam, quam contemplationem atque imitationem tui. XIII Kal. Maias.

VIII.

(Ad Brut. I, 11)

Argumentum. Veteris Antistii animum in rem publ. laudat; et ipsius petitionem praeturae ut adiuvet, ceterisque in rebus eum complectatur, rogat.

Scr. in Asia A. V. C. DCCX, mense Aprili.

BRVTVS CICERONI S.

Veteris Antistii talis animus est in rem publicam, ut non dubitem, quin et in Caesare et Antonio se praestaturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis, si occasioni potuisset occurrere. Nam, qui in Achaia congressus, P. Dolabella milites atque equites habente, quodvis adire periculum, ex insidiis paratissimi ad omnia latronis, maluerit, quam videri aut coactus esse pecuniam dare, aut libenter dedisse homini nequissimo atque improbissimo: is nobis ultro et pollicitus est, et dedit H-S xx ex sua pecunia: et, quod multo carius est, seipsum obtulit et coniunxit. Huic persuadere coepimus, ut imperator in castris remaneret, remque publicam defenderet. Statuit eundum sibi, quoniam exercitum dimisisset. Statim vero rediturum ad nos confirmavit, legatione suscepta,

trovar migliore scuola di valenzia, che nello specchiarsi in te. A' 19 di aprile.

VIII.

(A Brut. I, 11)

Argomento. Fa l'elogio della disposizione di Antistio verso la Repubblica, e pregalo che gli dia di spalla nella domanda della pretura e in tutte l'altre sue cose.

Scritta nell'Asia l'anno DCCX, nel mese di Aprile.

BRUTO A CICERONE S.

Vetere Antistio [1] è di sì buon talento vêr la Repubblica, ch'io non dubito che e contro Cesare e contro Antonio ei si sarebbe pôrto animoso difenditore della libertà comune, se venuto il destro gli fosse. Perocchè egli, accontatosi in Acaia con P. Dolabella che avea soldati e cavalli [2], amò meglio porsi a qualunque repentaglio, tra le gherminelle d'un ladrone pronto a qualunque cosa, che mostrare o d'essere sforzato a dar denaro, o d'averlo dato della buona voglia a quella cima di ribaldo [3]; ed egli stesso ci promise di per sè, e diede due milioni di sesterzii [4] del suo; e quello che più a grado ci torna, sè medesimo ci offerse e con noi s'unì. A costui volevamo persuadere di rimanersi imperatore [5] a oste e di difender la Repubblica. Egli fermò di doversene andare, dacchè avea licenziato l'esercito [6]; ci diè fede però, che presa la legazione, sarebbe di presente tornato da noi, qualora i consoli non tenes-

nisi praetorum comitia habituri essent consules. Nam illi ita sentienti de re publica magno opere auctor fui, ne differret tempus petitionis suae. Cuius factum omnibus gratum esse debet, qui modo iudicant, hunc exercitum esse rei publicae; tibi tanto gratius, quanto et maiore animo gloriaque libertatem nostram defendis: et dignitatem, si contigerit nostris consiliis exitus, quem optamus, perfuncturus es. Ego etiam, mi Cicero, proprie familiariterque te rogo, ut Veterem ames, velisque esse quam amplissimum: qui etsi nulla re deterreri a proposito potest, tamen excitari tuis laudibus indulgentiaque poterit, quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum. Et mihi gratissimum erit.

IX.

(Ad Brut. I, 8)

Argumentum. C. Nasennium municipem Suessanum commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Aprili.

CICERO BRVTO S.

Multos tibi commendavi, et commendem necesse est. Optimus enim quisque vir, et civis, maxime sequitur iudicium tuum, tibique omnes fortes viri navare operam et studium volunt: nec quisquam est, quin ita existimet, meam apud te

sero i comizii de' pretori 7. Perciocchè io medesimo lo spinsi (dacchè tanto era alla Repubblica affezionato) a non tardare di far la sua domanda. Del che tutti quelli mi sapran grado, che fanno ragione esser questo esercito della Repubblica; e tu vie meglio che con maggior animo e gloria difendi la nostra libertà: e ne devi montare a gran dignità 8, se i nostri consigli riusciranno giusta il nostro desiderio. Ed io, o mio Cicerone, ti prego intrinsecamente ad amar Vetere, ed a far ch' ei sia onoratissimo: il quale sebben nulla il possa smuovere dal suo proposto, pure potrà essere aizzato dalle tue lodi e dal tuo favore a prender più caldamente a petto il tuo giudicio. Ciò mi sarà caro fuormisura.

IX.

(A Brut. I, 8)

Argomento. Raccomanda Nasennio di Suessa.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Aprile.

CICERONE A BRUTO S.

Io ti ho già raccomandati di molti, e dovrottene raccomandare. Perciocchè ogni miglior uomo e cittadino tien dietro appunto al tuo partito, e tutti i più valenti bramano di servirti di lor opera e premura; nè v'è un solo che non istimi aver il mio favore e la

et gratiam et auctoritatem valere plurimum. Sed C. Nasennium, municipem Suessanum, tibi ita commendo, ut neminem diligentius. Cretensi bello, Metello imperatore, octavum principem duxit: postea in re familiari occupatus fuit. Hoc tempore, quum rei publicae partibus, tum tua excellenti dignitate commotus, vellet per te aliquid auctoritatis assumere. Fortem virum, Brute, tibi commendo, frugi hominem, et, si quid ad rem pertinet, etiam locupletem. Pergratum mihi erit, si eum ita tractaris, ut merito tuo mihi gratias agere possit.

X.

(Ad Brut. II, 1)

Argumentum. In summo discrimine rem esse scribit, neque se tamen desperare: celeritatem in consulibus desiderat et prudentiam: maximam spem esse in Bruto et Cassio.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Aprili.

CICERO BRVTO S.

Quum haec scribebam, res existimabatur in extremum adducta discrimen: tristes enim de Bruto nostro literae nuntiique afferebantur. Me quidem non maxime conturbabant. His enim exercitibus ducibusque, quos habemus, nullo modo poteram diffidere. Neque assentiebar maiori parti hominum.

mia autorità presso di te un gran potere. Ma C. Nesennio, terrazzano di Sinuessa [1], tel raccomando per forma, che mai niuno con tanta premura. Nella guerra Cretense [2], sendo capitan sommo Metello, condusse l'ottavo principe [3]; quindi fu impacciato in brighe domestiche. A questi tempi, spinto e dal suo parteggiar per la Repubblica, e dalla tua sfolgorata dignità, vorrebbe per mezzo tuo aver qualche poco di autorità. Raccomandoti, o Bruto, un personaggio di polso, galantuomo, e, se a viene taglio, anco addanaiato. Sarammi carissimo se tu lo tratterai per guisa che mi possa ringraziare del tuo servigio.

X.

(A Brut. II, 1)

Argomento. Parla del grande pericolo in cui è la Repubblica, ma non dispera: desidera celerità e prudenza ne' consoli; e che la maggiore speranza sta in Bruto e Cassio.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Aprile.

CICERONE A BRUTO S.

Mentre scrivo questa, le cose sono agli stremi; chè cattive novelle e lettere ci giungono del nostro Bruto [1]. Quanto a me, non danno un sì gran travaglio; perchè con questi eserciti e capitani che abbiamo, non posso disperarmi per nulla: nè me ne vo dietro alla corrente,

Fidem enim consulum non condemnabam, quae suspecta vehementer erat. Desiderabam nonnullis in rebus prudentiam et celeritatem: qua si essent usi, iampridem rem publicam recuperassemus. Non enim ignoras, quanta momenta sint in re publica temporum; et quid intersit, idem illud utrum ante, an post decernatur, suscipiatur, agatur. Omnia, quae severe decreta sunt hoc tumultu, si aut, quo die dixi sententiam, perfecta essent, et non in diem ex die dilata, aut quo ex tempore suscepta sunt ut agerentur, non tardata et procrastinata, bellum iam nullum haberemus. Omnia, Brute, praestiti rei publicae, quae praestare debuit is, qui esset in eo, in quo ego sum, gradu, senatus populique iudicio collocatus: nec illa modo, quae nimirum sola ab homine sunt postulanda, fidem, vigilantiam, patriae caritatem: ea sunt enim, quae nemo est, qui non praestare debeat. Ego autem ei, qui sententiam dicat in principibus de re publica, puto etiam prudentiam esse praestandam: nec me, quum mihi tantum sumserim, ut gubernacula rei publicae prenderem, minus putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suaserim, quam si infideliter. Acta quae sint, quaeque agantur, scio perscribi ad te diligenter. Ex me autem illud est, quod te velim habere cognitum, meum quidem animum in aciem esse; neque respectum ullum quaerere, nisi me uti-

perchè non dubito della fede de' consoli, di cui si fa un gran sospettare. Ben volea in alcune cose prudenza e prestezza, cui se avesser usata già da pezza, avrebbero riavuta la Repubblica [2]. Chè tu sai bene importanza delle occasioni nelle bisogne pubbliche, e quanto rilevi lo stabilire, l'imprendere, il fare pur il medesimo o prima o dopo. Se tutte quelle cose che in questi subugli decretai severamente, fossersi messe in fatto lo stesso giorno ch'io diedi mio parere, e non mandate d'oggi in domani, o allorchè vi si mise mano non fossero state ritardate e prolungate, or mai non avremmo più guerra di sorta. Io, o Bruto, prestai alla Repubblica tutto che dovea colui che fosse stato in quel grado che io, postovi dal giudizio del Senato e del popolo; nè solo quelle cose che voglionsi richieder da uomo, fede, vigilanza, carità patria, le quali son cose che niuno v'ha che prestar non le debba: ma io mi penso che a chi dà sentenza contro a' primi della Repubblica, sia duopo altresì prestar prudenza. Ed io essendomi arrischiato di por mano alle briglie della Repubblica, non crederci dover correr minor biasimo, se avessi nulla d'inutile consigliato al Senato, che se nulla d'infedele. So che ti si scrivono per filo e per segno tutti gli atti e i successi. Ma questo si è quello ch'io voglio tu sappi da me, che anche l'animo mio è al campo, nè ad altro mi volgo, se non me ne

litas civitatis forte converterit. Maiores autem partes animi te Cassiumque respiciunt. Quamobrem ita te para, Brute, ut intelligas, aut, si hoc tempore bene res gesta sit, tibi meliorem rem publicam esse faciendam: aut, si quid offensum sit, per te esse eandem recuperandam.

XI.

(Ad Brut. I, 3)

Argumentum. Octavianum laudat, et laetitiam Romae e victoria consulum et D. Bruti ortam commemorat: liberalitatem eius in seditionis auctoribus reprehendi Romae, et omnes Antonianos hostes iudicatos esse scribit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, X Kal. Maias.

M. T. CICERO M. BRVTO S.

Nostrae res meliore loco videbantur. Scripta enim ad te certo scio, quae gesta sunt. Quales tibi saepe scripsi consules, tales exstiterunt. Caesaris vero pueri mirifica indoles virtutis. Vtinam tam facile eum florentem et honoribus et gratia regere ac tenere possimus, quam facile adhuc tenuimus! Est omnino illud difficilius: sed tamen non diffidimus. Persuasum est enim adolescenti, et maxime per me, eius opera nos esse salvos: et certe, nisi is Antonium ab urbe avertisset, periissent omnia. Triduo vero, aut quatriduo ante

ritrae l'utilità della Repubblica [3]; e il più de' pensieri si fissa in te ed in Cassio. Laonde pônti in cuore, o Bruto, che se ora il fatto andrà bene, tu dêi migliorare la Repubblica; o, se andrà alla peggio, tu la debbi pur ricuperare [4].

XI.

(A Brut. I, 3)

Argomento. Colma di lodi Ottaviano, e ricorda che tutta Roma è in festa per la vittoria de' consoli e di Bruto: scrive che la troppa sua indulgenza verso gli autori della sedizione fu biasimata in Roma, e che tutti i parteggianti per Antonio sono stati dichiarati nemici.

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 22 di Aprile.

M. T. CICERONE A BRUTO S.

Le nostre cose sono in termini migliori [1], a quel che sembra; dacchè so certo ti si scrivono i successi. I consoli furono nè più nè meno quali spesso ti ho scritto [2]. Il ragazzo poi di Cesare è d'una stampa virtuosa da non dirti. Dio voglia che noi il possiam sempre tener in briglia, come fin qui, allorchè sia in fiore per dignità e favore! Ella è cosa ben difficile: ma pure non ne gettiam via la speranza [3]; poichè egli s'è messo in cuore, massime pel tuo mezzo, che noi siam salvi per opera sua: e in verità se egli non avesse sfrattato Antonio di città, tutto sarebbe diserto [4]. Tre o quat-

hanc rem pulcherrimam, timore quodam perculsa civitas tota ad te se cum coniugibus et liberis effundebat. Eadem recreata a. d. XII Kal. Maias, te huc venire, quam se ad te ire malebat. Quo quidem die magnorum meorum laborum multarumque vigiliarum fructum cepi maximum, si modo est aliquis fructus ex solida veraque gloria. Nam tantae multitudinis, quantam capit urbs nostra, concursus est ad me factus. Ea cum usque in Capitolium deductus, maximo clamore atque plausu in rostris collocatus sum. Nihil est in me inane: neque enim debet; sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, gratulatioque me commovet; propterea quod popularem me esse in populi salute praeclarum est. Sed haec te malo ab aliis. Me velim de tuis rebus consiliisque facias diligentissime certiorem: illudque consideres, ne tua liberalitas dissolutior videatur. Sic sentit senatus, sic populus Romanus, nullos unquam hostes digniores omni supplicio fuisse, quam eos cives, qui hoc bello contra patriam arma ceperunt: quos quidem ego omnibus sententiis ulciscor et persequor, omnibus bonis approbantibus. Tu quid de hac re sentias, tui iudicii est. Ego sic sentio, trium fratrum unam et eandem esse causam. Consules duos, bonos quidem, sed dumtaxat bonos, amisimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit, quum paucis diebus magno proe-

tro giorni poi innanzi questo fatto egregio, tutta la città sbigottita si veniva in folla a gettar da te colle mogli e coi figliuoli [5]. E dessa riavuta ai 20 d'aprile [6], amava meglio che tu venissi qui da lei, che ella da te [7]. Nel qual giorno io trassi uno strabocchevole frutto delle mie grandi fatiche e molte vigilie, s'e' pur vien qualche frutto da una solida e vera gloria: perciocchè a gran calca trassero a me tutti, quanti la città ne cape; da' quali condotto fino in Campidoglio, a gran schiamazzo d'evviva fui collocato ne' Rostri [8]. Io non meno vampo, chè non debbo; ma pure il concorso di tutti gli Stati, i ringraziari, le congratulazioni mi toccan l'animo; perciocchè egli è molto bello esser popolare quando il popolo è salvo. Vorrei che tu mi facessi consapevole per filo e per segno delle tue cose e de' tuoi divisi; e che tu ponga mente che la liberalità non dia vista di scialacquo [10]. Così la pensa il Senato, così il popol romano, che nessun altro nemico fu mai più meritevol di supplicio, che que' cittadini i quali in questa guerra volser le armi contro la patria; li quali io castigo e perseguito giusta il parere di tutti, e l'approvazione di tutti i buoni. Tu guarda col tuo senno quel che di ciò pensar ti debbi. L'opinione mia è questa: esser tutt'una la causa de' tre fratelli. Perdemmo due consoli, dabbene in vero, ma niente più in là [11]. Anche Irzio cadette sul bello del vincere, avendo guadagnata una gran battaglia pochi

lio ante vicisset. Nam Pansa fugerat, vulneribus acceptis, quae ferre non potuit. Reliquias hostium Brutus persequitur et Caesar. Hostes autem omnes iudicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt. Itaque id senatus consultum plerique interpretantur, etiam ad tuos, sive captivos, sive dediticios pertinere. Equidem nihil disserui durius, quum nominatim de C. Antonio decernerem, quod ita statueram, a te cognoscere causam eius senatum oportere. X Kal. Maias.

XII.

(Ad Brut. 1, 5)

Argumentum. Scribit a senatu permissam esse arbitrio Bruti rem de Dolabella persequendo, de eaque suum consilium ostendit: filium suum se velle in collegium Pontificum minorum absentem cooptari, idque per leges Domitiam et Iuliam fieri posse demonstrat; de quo sententiam Bruti scire cupit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, III Non. Maias.

CICERO BRVTO S.

A. d. V Kal. Maias, quum de iis, qui hostes iudicati sunt, bello persequendis sententiae dicerentur, dixit Servilius etiam de Ventidio, et ut Cassius persequeretur Dolabellam. Cui quum essem assensus, decrevi hoc amplius, ut tu, si

dì prima; piochè Pansa se l'era battuta con ferite da non reggere [12]. Bruto e Cesare [13] dan la caccia a' rimasugli nemici. Furon poi giudicati nemici tutti quelli che seguiron la parte d'Antonio. Epperò molti interpretan questo senatoconsulto tal che risguardi i tuoi o prigioni, o resisi [14]. In vero nulla di troppo fiero ho parlato, quando sposi l'opinion mai circa esso Antonio, avendo stabilito che il Senato dovea essere chiarito da te sulla causa di lui. Ai 22 di aprile.

XII.

(A Brut. 1, 5)

Argomento. Scrive che il Senato ha lasciato in balía di Bruto la distruzione di Dolabella; intorno a che manifesta il suo giudizio: che suo figliuolo desidera in sua assenza d'entrare nel collegio de' minori Pontefici; e che ciò sia permesso, lo prova per le leggi Domizia e Giulia: e su di questo chiede il parere di Bruto.

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 5 di Maggio.

CICERONE A BRUTO S.

Ai 27 d'aprile, messosi partito intorno al perseguire coloro che furon giudicati nemici della patria, Servilio [1] favellò anche di Ventidio [2], e propose che Cassio desse la caccia a Dolabella. A cui essendomi io accordato, decretai inoltre che tu, se ben ti sem-

arbitrarere utile, eque re publica esse, persequerere bello Dolabellam: si minus id commodo rei publicae facere posses, sive non existimares e re publica esse, ut in iisdem locis exercitum contineres. Nihil honorificentius potuit facere senatus, quam ut tuum esset iudicium, quid maxime conducere rei publicae tibi videretur. Equidem sic sentio, si manum habet, si castra, si ubi consistat uspiam Dolabella: ad fidem et ad dignitatem tuam pertinere, eum persequi. De Cassii nostri copiis nihil sciebamus: neque enim ab ipso ullae literae, neque nuntiabatur quicquam, quod pro certo haberemus. Quanto opere autem intersit opprimi Dolabellam, profecto intelligis; quum ut sceleris poenas persolvat, tum ne sit, quo se latronum duces ex Mutinensi fuga conferant. Atque hoc mihi iam ante placuisse, potes ex superioribus meis literis recordari. Quamquam tum et fugae portus erat in tuis castris, et subsidium salutis in tuo exercitu. Quo magis nunc liberati (ut spero) periculis, in Dolabella opprimendo occupati esse debemus. Sed haec cogitabis diligentius, statues sapienter: facies nos, quid constitueris, et quid agas (si tibi videbitur), certiores. Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo. Existimo omnino, absentium rationem, sacerdotum comitiis, posse haberi: nam etiam factum est antea. C. enim Marius, quum in Cappadocia esset,

brasse, e mettesse conto alla Repubblica, attaccassi Dolabella; e se ciò non potessi in buon concio della Repubblica, o se nol credessi a lei dicevole, trattenessi pur negli stessi luoghi l'esercito. Non potè il Senato farti maggior onore che lasciare a te il giudizio di quello che più fosse alla Repubblica utile di fare. Io porto al tutto quest'opinione, che, se Dolabella ha tuttavia qualche branco, qualche campo, qualche luogo ove por piede fermo, s'addice alla fede e dignità tua perseguitarlo. Nulla sapevamo delle truppe del nostro Cassio; chè da lui nessuna lettera, nè ci venía novella alcuna da fondarvisi sopra [3]. Ben vedi chiaro quanto faccia mestieri opprimer Dolabella; sì perchè paghi il fio della scelleraggine, e sì perchè non vi sia canto ove si rannicchino dalla fuga di Modena i caporali de' ladroni. E che questo sia stato sempre il mio piacere, ten puoi ricordare dalle lettere addietro [4], comechè allora v'era un porto per noi nel tuo accampamento, e nel tuo esercito alla salvezza nostra un soccorso. Ed or viemeglio liberati, come spero, dai pericoli [5], dobbiam darci attorno per metter al niente Dolabella. Ma cotesto rugumerai con diligenza, e con più sapienza diliberrai; e ci darai, se ben ti parrà, contezza di tue deliberazioni e de' tuoi fatti. Bramo che il mio Cicerone sia aggregato nel vostro collegio [6]. Credo per fermo che ne' comizii de' sacerdozi possa aversi riguardo anco degli assenti; chè così fu fatto anco per l'addietro. Perocchè C. Mario, mentr'era in Cappadocia, fu creato

lege Domitia factus est augur: nec, quo minus id postea liceret, ulla lex sanxit. Est etiam in lege Iulia, quae lex est de sacerdotiis proxima, his verbis: *Qui petit, cuiusve ratio habebitur.* Aperte indicat, posse rationem haberi etiam non praesentis. Hac de re scripsi ad eum, ut tuo iudicio uteretur, sicut in rebus omnibus. Tibi autem statuendum est de Domitio et de Catone nostro. Sed quamvis liceat absentis rationem haberi, tamen omnia sunt praesentibus faciliora. Quod si statueris in Asiam tibi eundum, nulla erit ad comitia nostros arcessendi facultas. Omnino, Pansa vivo, celeriora omnia putabamus: statim enim collegam sibi subrogasset: deinde ante praetoria, sacerdotum comitia fuissent. Nunc per auspicia longam moram video. Dum enim unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. Magna sane perturbatio. Tu tota de re quid sentias, velim me facias certiorem. III Nonas Maias [Vale].

XIII.

(Ad Brut. I, 4)

Argumentum. Respondet epistolae XI, et reprehensionem nimiae in C. Antonium clementiae diluit. Monet, ne nimis honoribus Octaviano tribuendis malum exemplum inducatur, quo regnandi cupidi abutantur, atque illis ita regnandi occasio detur, quod se vehementer timere ostendit.

augure per la legge Domizia [7]; nè altra legge poi statuì che non più si potesse. E stanno anche nella legge Giulia, che è l'ultima circa ai sacerdozii, queste parole: *Chi domanda, terrassene ragione chiunque sia;* il che mostra chiaro che la si può tenere anche d'un assente. Perlochè io gli scrissi che seguisse il tuo dettame, come in tutto. Tu poi debbi statuire che sia da farsi intorno al nostro Domizio [8] e al nostro Catone [9]. Ma comechè si possa aver riguardo anco all'assente, pure a chi è presente le cose van più per la china. Che se tu fermerai d'andare in Asia [10], non potrem più a niun patto chiamare i nostri a' comizii. Pure, vivo Pansa, credo che tutto sarebb'ito più alla spacciata; chè egli di botto si sarebbe surrogato un collega, e inoltre innanzi de' pretorii si sarebber fatti i comizii de' sacerdoti. Ora per gli auspicii veggo una lungaggine. Chè fin che vi sia un sol patrizio magistrato, gli auspicii non potranno tornar in mano de' senatori [11]. Gran scompiglio, in vero. Vorrei mi sapessi dire, su questo, il parer tuo. Ai 5 di maggio. A Dio.

XIII.

(A Brut. I, 4)

Argomento. Fa risposta alla lettera XI, e si difende dalla taccia di troppa indulgenza verso di C. Antonio. Lo avverte che dai soverchi onori accumulati sopra Ottaviano non ne venga un cattivo esempio, del quale possano abusare gli ambiziosi del potere, prendendo di là occasione d'impossessarsene; ciò che manifesta di temere moltissimo.

Scr. ex castris A. V. C. DCCX, Idibus Maiis.

BRVTVS CICERONI S.

Quanta sim laetitia affectus, cognitis rebus Bruti nostri et consulum, facilius est tibi existimare, quam mihi scribere. Quum alia laudo, et gaudeo accidisse, tum quod Bruti eruptio non solum ipsi salutaris fuit, sed etiam maximo ad victoriam adiumento. Quod scribis, trium Antoniorum unam atque eandem causam esse: quid ego sentiam, mei iudicii esse: statuo nihil, nisi hoc: Senatus aut populi Romani iudicium esse de iis civibus, qui pugnantes non interierint. — At hoc ipsum, inquies, inique facis, qui hostilis animi in rem publicam homines cives appelles. — Immo iustissime. Quod enim nondum senatus censuit, nec populus Romanus iussit, id arroganter non praeiudico, neque revoco ad arbitrium meum. Illud quidem non muto, quod ei, quem me occidere res non coëgit, neque crudeliter quicquam eripui, neque dissolute quicquam remisi; habuique in mea potestate, quoad bellum fuit. Multo quidem honestius iudico, magisque quod concedere possit res publica, miserorum fortunam non insectari, quam infinite tribuere potentibus, quae cupiditatem et arrogantiam incendere possint. Qua in re, Cicero, vir optime ac fortissime, mihique merito

Scritta dal campo l'anno DCCX, il 15 di Maggio.

BRUTO A CICERONE S.

L'allegrezza ch'io provai, quando riseppi i fatti del nostro Bruto e de' consoli, più leggeri sarà a te figurartela, che a me lo scriverla. E tra l'altre cose avvenute, che mi piacquero e mi fecer diletto, l'una si è che la sortita di Bruto non solo fu a lui salutare, ma eziandio di sommo momento per la vittoria [1]. Quanto a quello che scrivi che de' tre Antonii è una sola la causa; che io debbo usar di mio senno a farne stima [2], null'altro dico di fermo, se non questo: Il Senato o il popol romano dover giudicare di que' cittadini che non morirono combattendo. — Ma tu mal fai, dirai tu, che chiami cittadini gli uomini d'animo nimico contro la Repubblica. — Anzi benissimo: perchè io non sono ardito di dar giudizio alcuno su quanto non ha ancor giudicato il Senato, o imposto il popol romano, nè voglio darne a me stesso l'arbitrio. E pur da ciò non mi rimovo, che a cui non ebbi necessità di uccidere, nè ho usata crudeltà di soperchieria, nè sciupío di larghezze; e il tenni in mia mano fino a guerra finita [3]. Io reputo molto più commendevole, e che più s'avvenga alla Repubblica di concedere, il non perseguitare la disgrazia de' miseri, che il largheggiare a ribocco coi potenti di quello onde puossi infocare la loro ingordigia e burbanza [4]. Nel che, o Cicerone, ottimo e vigorosissimo personaggio, e a me, sì per mio conto, sì per quello

et meo nomine et rei publicae carissime, nimis credere videris spei tuae: statimque, ut quisque aliquid recte fecerit, omnia dare ac permittere: quasi non liceat traduci ad mala consilia corruptum largitionibus animum. Quae tua est humanitas, aequo animo te moneri patieris, praesertim de communi salute: facies tamen, quod tibi visum fuerit: etiam ego, quum me docueris. Nunc, Cicero, nunc agendum est, ne frustra, oppressum esse Antonium, gavisi simus, neu semper primi cuiusque mali excidendi causa sit, ut aliud renascatur illo peius. Nihil iam neque opinantibus, aut patientibus nobis, adversi evenire potest, in quo non quum omnium culpa, tum praecipue tua futura sit: cuius tantam auctoritatem senatus ac populus Romanus non solum esse patitur, sed etiam cupit, quanta maxima in libera civitate unius esse potest: quam tu non solum bene sentiendo, sed etiam prudenter tueri debes. Prudentia porro, quae tibi superest, nulla abs te desideratur, nisi modus in tribuendis honoribus. Alia omnia sic abunde adsunt, ut cum quolibet antiquorum comparari possint tuae virtutes. Vnum hoc, grato animo liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desiderat. Nihil enim senatus cuiquam dare debet, quod male cogitantibus exemplo, aut praesidio sit. Itaque timeo de consulatu, ne Caesar tuus altius se adscendisse

della Repubblica, caro fuormisura, parmi che tu sii troppo corrivo alla speranza: e che vada troppo a furia nel donar e concedere ogni cosa tosto che uno abbia fatto checchessia di bene: quasi non possa un animo corrotto dalle larghezze rivolgersi a malvagi disegni. Tu soffrirai in pace che ti s'ammonisca, secondo dabbene, che tu sei, massime circa alla comune salvezza: tu farai però quel che ti sembri; ed io pure, quando me n'avrete indettato. Ora, o Cicerone, or è duopo adoprarci a far sì che noi non abbiam menato allegrezza a credenza dell'oppressione d'Antonio, e che l'avere sradicato un qualche primo male non sia sempre il seme donde nascane un altro peggiore. Oggimai nulla ci può incontrar di sciagurato, o a nostra impensato, o per nostra sofferenza, di cui oltre tutti a incolpar non si abbia te spezialmente: la cui sì grande autorità non solo il popolo romano se la soffre, ma la brama altresì, quanta mai un solo aver se la possa in libera città: e la quale ti è duopo conservare non solo coi buoni, ma coi prudenti consigli eziandio. E quanto alla prudenza, di cui tu hai d'avanzo, niente altro da te si dimanda, che misura nel compartir onori. Di tutto il rimanente tu sei così sfoggiatamente fornito, che le tue virtù metter si ponno con quelle di qualsiasi antico a paraggio; solo questo in te fallisce, e nasce da grato animo e cortese, una più cauta e ammisurata liberalità. Perocchè il Senato nulla debbe dar a chicchessia, che a quelli di mal talento torni in esempio e rinforzo. Epperò quanto al consolato io temo che il tuo Cesare creda esser montato così alto per tuoi

putet decretis tuis, quam inde, si consul factus sit, descensurum. Quod si Antonius, ab alio relictum regni instrumentum, occasionem regnandi habuit: quonam animo fore putas, si quis, auctore, non tyranno interfecto, sed ipso senatu, putet se imperia quaelibet concupiscere posse? Quare tum et facilitatem et providentiam laudabo tuam, quum exploratum habere coepero, Caesarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Alienae igitur, inquies, culpae me reum subiicies? — Prorsus alienae, si provideri potuit, ne existeret. Quod utinam inspectare possis timorem de illo meum! His literis scriptis, te consulem factum audivimus. Tum vero incipiam proponere mihi rem publicam iustam, et iam suis nitentem viribus, si istuc videro. Filius valet, et in Macedoniam cum equitatu praemissus est. Idibus Maiis, ex castris.

XIV.

(Ad Brut. I, 7)

Argumentum. L. Bibulum ut in Pansae locum nominet, rogat.

Scr. ex Asia A. V. C. DCCX, mense Maio.

BRVTVS CICERONI S.

Lucius Bibulus quam carus mihi esse debeat, nemo melius iudicare potest, quam tu: cuius tan-

decreti, che poscia, fatto console una volta, discendere non ne voglia [6]. Che se Antonio, lasciato da un altro come strumento di regno [7], trovò il destro di regnare; qual pensiero credi tu debba fare colui che, non già spento il tiranno, ma il Senato, stimerà poter agognare qualunque fatta d'impero? Quindi io allora loderò la tua agevolezza e il tuo provvedimento, quando comincierò a veder netto che Cesare di quegli sfolgorati onori che ottenne stia per contento. Or dunque (dirai tu) mi getterai tu in capo le colpe degli altri? — Sì certo, quando poteasi provveder che non vi fossero. Deh! potessi tu vedermi in petto il mio timore circa a lui. Scritta questa, udii che se' fatto console. Se cotesto vedrò, allora comincierà a pararmisi sugli occhi una giusta Repubblica, e ferma in sua robustezza. Il figliuolo sta bene, ed è ito innanzi colla cavalleria in Macedonia. Ai 15 di maggio, dal campo.

XIV.

(A Brut. I, 7)

Argomento. Fa istanza perchè nomini L. Bibulo in luogo di Pansa.

Scritta dall'Asia l'anno DCCX, nel mese di Maggio.

BRUTO A CICERONE S.

Quanto mi debba esser caro L. Bibulo [1], niuno il può meglio giudicare di te, avend'egli durate tante

tae pro re publica contentiones, sollicitudinesque fuerunt. Itaque vel ipsius virtus, vel nostra necessitudo debet conciliare te illi; quo minus multa mihi scribenda esse arbitror. Voluntas enim te movere debet nostra, si modo iusta est, aut pro officio necessario suscipitur. In Pansae locum petere constituit. Eam nominationem a te petimus. Neque coniunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus, neque digniorem nominare potes, quam Bibulum. De Domitio et Appuleio quid attinet me scribere, quum ipsi per se tibi commendatissimi sint? Appuleium vero tu tua auctoritate sustinere debes. Sed Appuleius in sua epistola celebrabitur. Bibulum noli dimittere ex sinu tuo; tantum iam virum, ex quanto, crede mihi, potest evadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus.

XV.

(Ad Brut. I, 6)

Argumentum. Respondet epistolae XII: Glycona, medicum Pansae, ut e custodia eripiat, rogat; Flavium, qui cum Dyrrhachinis litem habebat, commendat, et de Dolabella fugato caesoque certiorem facit.

Scr. ad imam Candaviam A. V. C. DCCX, postrid. Id. Mai.

BRVTVS CICERONI S.

Noli exspectare dum tibi gratias agam. Iampridem hoc ex nostra necessitudine, quae ad sum-

batoste e travagli per la Repubblica. Epperò sia la virtù sua, sia la mia amicizia il ti debbe affezionare: sicch' io non abbia duopo di fartene una lunga intemerata. Chè il mio desiderio ti dee pur muovere, quando e' sia giusto, e venga da un debito uffizio. Egli s' è fermo di domandare il sacerdozio in luogo di Pansa [2]; e di tal nomina ti preghiamo. Nè tu puoi far un servigio a persona che ti sie più stretta di me, nè puoi nominarne una più degna di Bibulo. Che t'ho io a scrivere di Domizio e Apuleio, che per se stessi ti son raccomandati a bizzeffe? Tu poi devi colla tua autorità sostenere Apuleio [3]; ma Apuleio 4 nella sua lettera verrà messo in cielo. Non voler dispiccarti Bibulo dal seno: uomo di tal fatta, mel credi, che può riuscire a pareggiar le lodi che voi date a pochi.

XV.

(A Brut. I, 6)

Argomento. Risponde alla lettera XII; prega che metta in libertà Glicone medico di Pansa: raccomanda Flavio, che aveva una lite co' Durazzini, e dà notizia della sconfitta e morte di Dolabella.

Scritta dalla bassa Candavia l'anno DCCX, a' 16 di Maggio.

BRUTO A CICERONE S.

Non aspettare ch' io ti renda grazie [1]: già da gran pezza cotesto vuol essere scartato nella nostra intrin-

mam benivolentiam pervenit, sublatum esse debet. Filius tuus a me abest. In Macedonia congrediemur. Iussus est enim Ambracia ducere equites per Thessaliam, et scripsi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. Quum eum videro, quoniam nobis permittis, communiter constituemus de reditu eius ad petitionem, aut ad commendationem honoris. Tibi Glycona, medicum Pansae, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissime commendo. Audimus eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansae, custodirique ut parricidam. Nihil minus credendum est. Quis enim maiorem calamitatem morte Pansae accepit? Praeterea est modestus homo et frugi: quem ne utilitas quidem videatur impulsura fuisse ad facinus. Rogo te, et quidem valde rogo (nam Achilleus noster non minus, quam aequum est, laborat), eripias eum ex custodia, conservesque. Hoc ego ad meum officium privatarum rerum, aeque atque ullam aliam rem, pertinere arbitror. Quum has ad te scriberem literas, ab Satrio legato C. Trebonii reddita est mihi epistola a Tillio et Deiotaro, Dolabellam caesum fugatumque esse. Graecam epistolam tibi misi Cycherei cuiusdam, ad Satrium missam. Flavius noster de controversia, quam habet cum Dyrrhachinis hereditariam, sumsit te iudicem. Rogo te, Cicero, et Flavius rogat, rem conficias. Quin ei, qui Flavium fecit

sichezza che tocca la più alta cima di benevolenza. Il figliuol tuo è lungi da me; riuniremci in Macedonia. Perch' egli fu comandato conducesse la cavalleria da Ambracia per la Tessaglia, e scrissigli che mi venga incontro ad Eraclea. Quando il vedrò (dacchè mel permetti) ce la discorreremo insieme del suo tornar a domandare, o a raccomandare l'onor suo [2]. Ti raccomando di tutto cuore Glicone, medico di Pansa, che ha per moglie la sorella del nostro Achilleo [3]. Ebbi sentore ch' egli sia caduto in sospetto a Torquato [4] della morte di Pansa, e che è carcerato come parricida. Non v' è nulla di meno credibile. Perchè chi altri mai si diè più angoscia che lui della morte [5] di Pansa? Inoltre egli è un uom misurato e dabbene: tal che non può sembrar vero che il guadagno l'abbia potuto aizzare a una tale scelleraggine. Io ti prego, e per Dio ten prego caldamente (poichè anche il nostro Achilleo se ne corruccia, come è dovere), che tu il tragga di carcere, e lo salvi. Questa bisogna penso io spettare al mio officio delle cose private, come qualsiasi altra cosa. Mentre io ti scriveva questa, Satrio, legato di Caio Tuberone, m' arrecò una lettera di Tillio e Deiotaro [6], che Dolabella fu messo a rotta e a fil di spada. Ti mando una lettera greca di un cotal Cicherio scritta a Satrio. Il nostro Flavio [7] ti scelse per arbitro nella lite ch' egli ha coi Durazzini sulla eredità. Ti prego, o Cicerone, e ten prega Flavio, sbrigala. Non c' è dub-

heredem, pecuniam debuerit civitas, non est dubium: neque Dyrrhachini infitiantur: sed sibi donatum aes alienum a Caesare dicunt. Noli pati a necessariis tuis necessario meo iniuriam fieri. XVII Kal. Iun. ex castris ad imam Candaviam.

XVI.

(Ad Brut. I, 2)

Argumentum. Respondet epistolae de cohortibus quinque a Dolabella in Cherronesum missis, eiusque dementiam miratur, et Bruti consilium de eo persequendo laudat. In seditionis auctoribus dimittendis clementiam Bruti reprehendit, et suas in Antonium invectivas defendit.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, XIV Kal. Iun.

CICERO BRVTO S.

Scripta et obsignata iam epistola, literae mihi redditae sunt a te, plenae rerum novarum, maximeque mirabilium. Dolabellam quinque cohortes misisse in Cherronesum? Adeone copiis abundat, ut is, qui ex Asia fugere dicebatur, Europam appetere conetur? Quinque autem cohortibus quid se nam facturum arbitratus est, quum tu eo quinque legiones, optimum equitatum, maxima auxilia haberes? quas quidem cohortes spero iam tuas esse, quoniam latro ille tam fuit demens. Tuum consilium vehementer laudo, quod non prius exer-

bio che la città fosse debitrice del denaro a colui che istituì Flavio erede; ne i Durazzini il negano, ma dicono che Cesare rimise loro i debiti. Non soffrire che i tuoi amici [8] facciano ingiuria ad un mio amico. Ai 16 di maggio, dal campo nella bassa Candavia [9].

XVI.

(A Brut. 1, 2)

Argomento. Risponde alla lettera delle cinque coorti spedite da Dolabella nel Cherroneso; stupisce della costui stoltezza, e loda la determinazione di Bruto di disperderlo. Riprende la clemenza di Bruto nel dare la libertà agli autori della sedizione, e fa l'apologia de' suoi discorsi contra di M. Antonio.

Scritta a Roma l'anno DCCX, a' 19 di Giugno.

CICERONE A BRUTO S.

Scritta e suggellata la lettera, ricevo la tua, piena di novità e sbardellate [1]. Dolabella aver mandate cinque coorti nel Cherroneso? [2] Che diluvio di truppe ha egli che, mentre correa voce se ne fuggisse d'Asia, si mette a voler beccarsi su l'Europa! [3] E che diavol si pensa egli poter fare con cinque coorti, dove tu hai cinque legioni, un fior di cavalleria e grandissimi aiuti? le quali coorti spero le saran già tue, dacchè quel ladrone è così uscito de' gangheri. Lodo a cielo il partito che hai preso di non mover il tuo esercito da

citum Apollonia Dyrrhachioque movisti, quam de Antonii fuga audisti, Bruti eruptione, populi Romani victoria. Itaque, quod scribis, postea statuisse te ducere exercitum in Cherronesum, nec pati, sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Romani; facis ex tua dignitate, et e re publica. Quod scribis de seditione, quae facta est in legione quarta, de Antoniis ([quod dicam], in bonam partem accipies), magis mihi probatur militum severitas, quam tua. Te benivolentiam exercitus equitumque expertum, vehementer gaudeo. De Dolabella, ut scribis, si quid habes novi, facies me certiorem; in quo valde delector, me ante providisse, ut tuum iudicium liberum esset cum Dolabella belli gerendi: et id valde pertinuit, ut ego tum intelligebam, ad rem publicam, ut nunc iudico, ad dignitatem tuam. Quod scribis, me maximo otio egisse, ut insectarer Antonios, idque laudas; credo ita videri tibi: sed illam distinctionem tuam nullo pacto probo. Scribis enim, *acrius prohibenda bella civilia esse, quam in superatos iracundiam exercendam.* Vehementer a te, Brute, dissentio: neque clementiae tuae concedo; sed salutaris severitas vincit inanem speciem clementiae. Quod si clementes esse volumus, numquam deerunt bella civilia. Sed de hoc tu videris. De me possum idem, quod Plautinus pater in Trinummo: *mihi quidem aetas acta ferme est:*

Apollonia e Durazzo [4] se non prima udita la fuga d'Antonio, la sortita di Bruto, la vittoria del popol romano. Epperò l'aver tu divisato poi (come crivi) di condur l'esercito nel Cherroneso, e di non patire che l'imperio romano sia fatto zimbello d'uno scampaforche, ben s'addice alla tua dignità ed alla Repubblica. Quanto all'ammutinamento che scrivi nella quarta legione (non aver per male quello ch'io ti dico), e' mi piace più la severità circa gli Antonii [5] de' soldati, che la tua. Provo un piacer senza fine che tu abbi sperimentato l'amore dell'esercito e della cavalleria. Mandami pur novelle, se ne hai, di Dolabella: dove io me la godo assai d'aver io provveduto fin d'innanzi che tu avessi libero l'arbitrio di guerreggiarlo [6]; e ciò fece gran vantaggio, com'io la pensai allora, alla Repubblica, e, come ora lo stimo, alla tua dignità. Circa a quello che scrivi aver io molto a bell'agio perseguitato Antonio [7], e me ne lodi, se così ti sembra, sia con Dio: ma io non porto in pace a niun patto quella tua distinzione; chè tu scrivi: *doversi con miglior vigoria impedir le guerre civili, che non isfogar la rabbia contro ai vinti.* Io son lontano le mille miglia dal tuo parere: nè però io ti cedo in clemenza.; ma una salutare severità vince una vana apparenza di dolcezza. Che se vorrem esser clementi, guerre civili non mancheranno mai. Ma tu stesso pensaci. Quanto a me, io posso dir quello che il padre Plautino nel Trinummo: *L'età mia è già sul valicare: coteste cose spettano*

tua istuc refert maxime. Opprimemini (mihi crede), Brute, nisi provideritis. Neque enim populum semper eundem habebitis, neque senatum, neque senati ducem. Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta. Nihil potest esse verius. XIV Kal. Maias.

XVII.

(Ad Brut. I, 17)

Argumentum. De Ciceronis nimio in Octavio ornando studio vehementer conqueritur, eundemque graviter reprehendit, qui, quum Antonii dominationem oppresserit, novam in Octavio stabiliat et confirmet.

Scr. ex castris A. V. C. DCCX, medio mense Iun.

BRVTVS ATTICO S.

Scribis mihi, mirari Ciceronem, quod nihil significem umquam de suis actis. Quoniam efflagitas, coactu tuo scribam, quae sentio. Omnia fecisse Ciceronem optimo animo, scio: quid enim mihi exploratius esse potest, quam illius animus in rem publicam? Sed quaedam mihi videtur, quid dicam? imperite, vir omnium prudentissimus, an ambitiose fecisse, qui valentissimum Antonium suscipere pro re publica non dubitarit inimicum? Nescio quid scribam tibi, nisi unum: pueri et cupiditatem et licentiam potius esse irritatam, quam repressam a Cicerone: tantumque

meglio a te [8]. Credimi per Dio, o Bruto, noi saremo schiacciati se voi non vi provvedete; chè non sempre avrete voi un popolo, nè un Senato, nè un capitano del Senato di questa taglia. Fa ragione che queste cose le ti vengan dette dall'oracolo di Apollo Pizio: niente di più vero può esservi. A' 18 d'aprile 9.

XVII. (A Brut. I, 17)

Argomento. Gli duole del troppo amore di Cicerone per esaltare Ottaviano, e riprendelo, che dopo avere conquiso il potere di Antonio, ne fondi e assicuri un altro in Ottaviano.

Scritta dal campo l'anno DCCX, alla metà di Giugno.

BRUTO AD ATTICO S.

Tu mi scrivi che Cicerone si scandolezza ch'io non faccia mai motto di sue geste [1]. Dacchè men chiedi, scriverò da te sforzato il parer mio. So che Cicerone fece ogni cosa con ottimo animo; perciocchè nulla ho di più chiaro che il suo buon talento verso la Repubblica. Ma parmi aver lui fatte certe cose, dirò io mal pensate, mentr'egli è assennatissimo, o con mire ambiziose, mentr'egli si tolse fidatamente a pro della Repubblica per nemico quel sì potente Antonio? Non so che scriverti se non cotesto solo: che Cicerone, anzi che repressa la bramosia e la sfrenatezza del ragazzo, l'ha

eum tribuere huic indulgentiae, ut se maledictis non abstineat, iis quidem, quae in ipsum duplici ter recidunt; quod et plures occidit uno, seque prius oportet fateatur sicarium, quam obiiciat Cascae, quod obiicit: et imitatur in Casca Bestiam. An quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, similiter atque ille Nonas Decembres suas in ore habet, eo meliore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit, quam Bestia et Clodius reprehendere illius consulatum soliti sunt? Sustinuisse mihi gloriatur bellum Antonii togatus Cicero noster. Quid hoc mihi prodest, si merces Antonii oppressi poscitur, in Antonii locum successio: et si vindex illius mali, auctor exstitit alterius, fundamentum et radices habituri altiores, si patiamur? ut iam ista, quae facit, non dominationem, non dominum, sed Antonium timentis sint. Ego autem gratiam non habeo, si quis, dum, ne irato serviat, rem ipsam non deprecatur: immo triumphus et stipendium decernitur, et omnibus decretis ornatur. Pudeat concupiscere fortunam, cuius nomen susceperit consularis, ut Ciceronis est. Quoniam mihi tacere non licuit, leges quae tibi necesse est molesta esse. Etenim ipse sentio, quanto cum dolore haec ad te perscripserim: nec ignoro, quid sentias in re publica, et quam desperatam quoque sanari putes posse. Nec mehercule te, Attice, reprehendo. Aetas enim, mores,

stuzzicata: e ch' egli fa tanto caso di quel suo usar le dolci, ch' egli non s' astenne per fino da' svillaneggi [2], e tali che alla fine gli tornano in capo: perciocchè e molti in un solo uccise egli, e fa duopo ch' egli si confessi sicario [3], prima che far que' rimprocci a Casca che fa, e imitar Bestia contro esso Casca. O forse perchè non ad ogni piè sospinto meniam vampo delle Idi di marzo, come egli ha sempre in bocca le sue None di dicembre [4], per questo Cicerone potrà di miglior patto vituperare quella bellissima azione, di quello che Bestia e Clodio soglion riprendere il suo consolato? Il nostro Cicerone mi fa un gran scalpore dell' aver egli in toga sostenuta la guerra d'Antonio: ciò che monta a me, se a mercede d' aver oppresso Antonio si vuole succedergli? e se il riparatore di quella sciagura ne suscita un' altra che, se la soffriamo, metterà più salde e profonde radici? per forma che queste cose ch' egli fa, son d' uomo che non d' una signoria qualunque, ma di quella d'Antonio ha paura. Io per me non so punto grado a chi poco si dà pensiero del servire, purchè non serva ad un inimico; anzi con tutti i decreti assegna trionfi [5] e stipendi, ed ogni fatta onori. Vergogna per chi vagheggiasse una fortuna, il cui nome fosse preso a proteggere da un consolare qual è Cicerone [6]. Dacchè m' è giocoforza scrivere, leggerai cose dure; chè in verità a me stesso piange l' animo nello scrivertene, e so bene qual sia il tuo pensare circa la Repubblica, e come ti credi che anche a caso disperato la si possa salvare. Nè in verità io fo carico a te, o mio Attico; chè l' età [7], i costumi, la figliuolan-

liberi, segnem efficiunt: quod quidem etiam ex Flavio nostro perspexi. Sed redeo ad Ciceronem. Quid inter Salvidenum, et eum interest? Quid autem amplius ille decerneret? Timet, inquies, etiam nunc reliquias belli civilis. — Quisquam ergo ita timet profligatum, ut neque potentiam eius, qui exercitum victorem habeat, neque temeritatem pueri putet extimescendam esse? An hoc ipsum ea re facit, quod illi propter amplitudinem omnia iam, ultroque deferenda putat? O magnam stultitiam timoris, id ipsum, quod verearis, ita cavere, ut, quum vitare fortasse potueris, ultro arcessas et attrahas! Nimium timemus mortem, et exsilium, et paupertatem. Haec videntur Ciceroni ultima esse in malis: et, dum habeat a quibus impetret quae velit, et a quibus colatur ac laudetur, servitutem, honorificam modo, non aspernatur: si quicquam in extrema ac miserrima contumelia potest honorificum esse. Licet ergo patrem appellet Octavius Ciceronem, referat omnia, laudet, gratias agat: tamen illud apparebit, verba rebus esse contraria. Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quam eum patris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit? Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, ut sit illi Octavius propitius. Ego vero iam iis artibus nihil tribuo, quibus scio Ciceronem instructissimum esse. Quid enim illi

za [8] ti fanno inoperoso; il che pure intesi dal nostro Flavio 9. Ma torno a Cicerone. Che è da lui a Salvideno? [10] che avrebbe mai questi decretato di più? [11] Teme, pur dici, le reliquie della guerra. — Ma chi mai dunque ha tanto paura d'uno sconfitto, che non gli paia da dover punto temere nè la potenza di chi ha un esercito vittorioso, nè la temerità di un ragazzo? O fa egli pur codesto perchè stima che a lui per sua grandezza debbasi dar tutto e spontaneamente? O gran paura da pazzo lo star tanto in guardia di ciò che temi, da chiamartelo e tirartelo presso di te, mentre forse lo potresti scansare! Troppo temiamo la morte, e l'esilio, e la povertà. Queste cose paiono a Cicerone i mali estremi: e purchè abbia da cui impetrar ciò che vuole, e da cui esser corteggiato, lodato, non ischifa un servaggio onorevole; se pur vi può esser nulla di onorevole in un' estrema e sciaguratissima villania. Chiami pur dunque Cicerone a sua posta padre Ottavio, in tutto faccia capo da lui, lo lodi, lo ringrazi: scorgerassi però che le parole son tutt' altro che fatti. Perciocchè che v'ha mai di più strano all'umana natura che tener per padre colui che non è nemmen nel novero de' liberi uomini? E al certo para a codesto, e si briga e s'avaccia il dabben uomo, che Ottavio gli sia propizio. Io per me non fo niun conto di quelle arti nelle quali so che Cicerone è maestro. Perchè che pro gli fanno tutte quelle sue cose elo-

prosunt, quae pro libertate patriae, de dignitate, quae de morte, exsilio, paupertate scripsit copiosissime? Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui privigno minus tribuerit, quam Cicero alieno tribuat! Desinat igitur gloriando etiam insectari dolores nostros. Quid enim nostra, victum esse Antonium, si victus est, ut alii vacaret, quod ille obtinuit? tametsi tuae literae dubia etiam nunc significant. Vivat hercule Cicero, qui potest, supplex et obnoxius, si neque aetatis, neque honorum, neque rerum gestarum pudet. Ego certe, quin cum ipsa re bellum geram, hoc est, cum regno, et imperiis extraordinariis, et dominatione, et potentia, quae supra leges se esse velit: nulla erit tam bona conditio serviendi, qua deterrear, quamvis sit vir bonus, ut scribis, Antonius: quod ego numquam existimavi. Sed dominum, ne parentem quidem, maiores nostri voluerunt esse. Te nisi tantum amarem, quantum Ciceroni persuasum est diligi se ab Octavio, haec ad te non scripsissem. Dolet mihi, quod tu nunc stomacharis, amantissimus tum tuorum omnium, tum Ciceronis. Sed persuade tibi, de voluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter. Neque enim impetrari potest, quin, quale quidque videatur ei, talem quisque de illo opinionem habeat. Vellem mihi scripsisses, quae conditiones essent Atticae nostrae. Potuissem aliquid

quentissime che dettò sulla libertà della patria, sulla dignità, sulla morte, sull'esilio, sulla povertà? Oh quanto parmi che ne sappia più di lunga mano Filippo [12], che concedette al figliastro men che Cicerone ad un estraneo? Cessi dunque di far insulto anco al dolor nostro con suoi vanti. Perchè che ci importa esser vinto Antonio, se fu vinto perchè restasse vuoto il suo posto ad un altro? benchè le tue lettere mi danno a divedere le cose esser tuttavia dubbie [13]. Ben se ne viva Cicerone, il quale può, supplichevole e servitore, quando nè dell'età, nè dell'onore, nè delle geste si prende vergogna. Ma per mia fede io che farò guerra alla cosa per sè, voglio dire al regno, e ai comandi straordinarii, e alla signoria, e alla potenza che vorrà star sopra le leggi; non vi sarà mai foggia di servire sì dolce, che mi svolga; sia pur Antonio un dabben uomo, come tu scrivi [14]; che mai nol credetti. Ma i nostri maggiori non tollerarono un padrone, nemmen genitore [15]. Se io non ti amassi tanto, quanto Cicerone s'è fitto in mente che Ottavio lo ami, non t'avrei scritto queste cose; e duolmi darti ora corruccio a te che ami caldamente e tutti i tuoi, e Cicerone. Abbi però per fermo che della mia benvoglienza verso lui non s'è menomato punto, ma della stima assai. Perciocchè non può fare che altri abbia opinione d'alcuno diversa da quello che gliene sembra. Vorrei m'avessi scritti i patti per la nostra Attica [16]; chè avrei potuto gittarti

tibi de meo sensu perscribere. Valetudinem Porciae meae tibi curae esse non miror. Denique quod petis, faciam libenter. Nam etiam sorores me rogant. Et hominem noro, et quid sibi voluerit.

XVIII. (Ad Brut. I, 9)

Argumentum. Brutum consolatur in luctu, et ad fortitudinem cohortatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Iunio.

CICERO BRVTO S.

Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per literas consolarer, nisi scirem, iis remediis, quibus meum dolorem tu levasses, te in tuo non egere: ac velim facilius, quam tunc mihi, nunc tibi tute medeare. Est enim alienum tanto viro, ut es tu, quod alteri praeceperit, id ipsum facere non posse. Me quidem quum rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua a nimio maerore deterruit. Quum enim mollius tibi ferre viderer, quam deceret virum, praesertim eum, qui alios consolari soleret; accusasti me per literas gravioribus verbis, quam tua consuetudo ferebat. Itaque iudicium tuum magni aestimans, idque veritus, me ipse collegi: et ea, quae didiceram, legeram, acceperam, graviora duxi, tua auctoritate

qualche motto sul parer mio. Non mi meraviglio che ti stia a cuore la salute della mia Porcia [17]. Del resto farò della buona voglia ciò che chiedi, dacchè me ne pregano anche le sorelle [18]: e conosco il sere, e sue voglie.

XVIII.

A Brut. I, 9)

Argomento. Lettera di consolazione a Bruto, e di esortazione a fortezza d'animo.

Scritta a Roma l'anno DCCX, nel mese di Giugno.

CICERONE A BRUTO S.

Io adempirei all'officio cui tu adempisti nel mio lutto [1], dandoti per lettera qualche consolazione [2], se io non sapessi che quei rimedi, coi quali il mio dolor menomasti, non ti possono fallire nel tuo; e vorrei che tu potessi ora medicar te medesimo, più di leggeri che me allora medicasti. Io per certo, sì dalle ragioni che tu avêi raccolte, sì dalla tua autorità, fui svolto dal soverchio angosciarmi. Perocchè sembrandoti ch'io m'invilissi più che a uom s'addicea, massime a tale che solea altrui consolare, mi rimprocciasti nelle tue lettere con dure parole più che l'usato. E però stimando assai il tuo giudizio, e temendolo, rientrai in me, e tutte quelle cose che io avea apprese, lette ed udite, aiutato dall'autorità tua, mi si fecero più so-

addita. Ac mihi tum, Brute, officio solum erat et naturae; tibi nunc populo et scenae (ut dicitur) serviendum est. Nam quum in te non solum exercitus tui, sed omnium civium ac paene gentium coniecti oculi sint, minime decet, propter quem fortiores ceteri sumus, eum ipsum animo debilitatum videri. Quam ob rem accepisti tu quidem dolorem (id enim amisisti, cui simile in terris nihil fuit), et est dolendum in tam gravi vulnere (ne id ipsum, carere omni sensu doloris, sit miserius, quam dolere); sed, ut modice, ceteris utile est, tibi necesse est. Scriberem plura, nisi ad te haec ipsa nimis multa essent. Nos te tuumque exercitum exspectamus: sine quo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. De tota re publica plura scribam, et fortasse iam certiora his literis, quas Veteri nostro cogitabam dare.

XIX. (Ad Brut. I, 12)

Argumentum. Excusat se Bruto, quod matris eius et sororis precibus de liberis M. Lepidi, quem hostem senatus iudicarat, excipiendis satisfacere non poterat. De Antistio liberaliter promittit, et ipsum, ut in Italiam veniat, hortatur.

lenni; ed allora, o mio Bruto, io dovea avere rispetto solamente all'ufficio ed alla natura, ed a te ora bisogna averlo altresì al popolo, e (come usasi dire) alla scena. Perocchè siccome non solo il tuo esercito, ma tutti i cittadini, e poco men tutto il mondo ha ora fitti gli occhi sovra di te, sarebbe disdoro il veder d'animo infiacchito colui medesimo per cui opera noi altri siam divenuti più vigorosi [3]. Laonde tu per certo toccasti una gran ferita, avendo tale perduto cui non fu altri sulla terra somigliante [4]; e in così profonda ferita è pur duopo dolersi (chè l'esser privo d'ogni senso di dolore sarebbe esso medesimo più miserabil cosa [5]); ma la moderazione, se utile agli altri, a te torna necessaria. Più oltre scriverei, se già codesto solo non fosse per te anche di troppo. Noi t'aspettiamo col tuo esercito, senza cui, comechè il resto vada a seconda, ci pare di dover esser liberi a mala pena [6]. Scriverò di più circa a tutta la Repubblica, e forse di meglio sicuro nelle lettere che penso di scrivere al nostro Vetere [7].

XIX.

(A Brut. I, 12)

Argomento. Fa scusa a Bruto che non abbia potuto soddisfare a' desiderii della madre e sorella di lui, che l'aveano pregato a ricevere i figliuoli di M. Lepido, dichiarato nemico della patria. Promette bene di Antistio, e gli fa calca di venire in Italia.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Quint. incunte.

CICERO BRVTO S.

Etsi daturus eram Messalae Corvino continuo literas, tamen Veterem nostrum ad te sine literis meis venire nolui. Maximo in discrimine res publica, Brute, versatur, victoresque rursus decertare cogimur. Id accidit M. Lepidi scelere et amentia. Quo tempore quum multa propter eam curam, quam pro re publica suscepi, graviter ferrem, tum nihil tuli gravius, quam me non posse matris tuae precibus cedere, non sororis. Nam tibi, quod mihi plurimi est, facile me satisfacturum arbitrabar. Nullo enim modo poterat causa Lepidi distingui ab Antonio: omniumque iudicio etiam durior erat, quod, quum honoribus amplissimis a senatu esset Lepidus ornatus, tum etiam paucis ante diebus praeclaras literas ad senatum misisset: repente non solum recepit reliquias hostium, sed bellum acerrimum terra marique gerit: cuius exitus qui futurus sit, incertum est. Itaque quum rogamur, ut misericordiam liberis eius impertiamus, nihil affertur, quo minus summa supplicia, si (quod Iupiter omen avertat!) pater puerorum vicerit, subeunda nobis sint. Nec vero me fugit, quam sit acerbum, parentum scelera filiorum poenis lui. Sed hoc praeclare legibus comparatum est,

Scritta a Roma l'anno DCCX, sul principiar di Luglio.

CICERONE A BRUTO S.

Comechè io fossi per dar sempre lettere a Messala Corvino [1], pure non ho voluto che il nostro Vetere [2] venisse da te senza una mia. La Repubblica, o Bruto, corre un gran pericolo, e vittoriosi siamo astretti a combatter di nuovo. Questo avvenne per scelleraggine e follia di M. Lepido. Nel qual tempo avend' io patite di gran cose per quella premura che mi son data a pro della Repubblica, niente però mi riuscì più molesto, del non poter io cedere alle preghiere di tua madre e di tua sorella [3]. Perchè a te, che più vale, mi penso soddisfar di leggeri. Perciocchè non si potea a niun patto distinguer la causa di Lepido da quella d'Antonio; ed al sentir d'ognuno era più grave cotesto, che, essendo stato Lepido di sfoggiatissimi onori dal Senato [4] adorno, e avendo oltre a ciò pochi dì innanzi mandato al Senato lettere eccellenti, di botto non solo abbia egli ricoverate le reliquie de' nemici, ma rotta una guerra orribile per terra e per mare; la cui riuscita non può immaginarsi per certo. Pertanto allorchè ci si chiede d'usar pietà co' suoi figliuoli, niente ci si assicura per nulla che noi, se (cessi Dio) il padre di que' ragazzi avesse a vincere, non saremmo dannati a sommi supplicii. Ed io mel so bene quanto amaro sia il castigar i figliuoli pei delitti de' padri; ma a questo provvide con gran senno la legge, che l'amore

ut caritas liberorum amiciores parentes rei publicae redderet. Itaque Lepidus crudelis in liberos, non is, qui Lepidum hostem iudicat. Atque ille si, armis positis, de vi damnatus esset, quo in iudicio certe defensionem non haberet, eandem calamitatem subirent liberi, bonis publicatis. Quamquam quod tua mater et soror deprecatur pro pueris, id ipsum et multa alia crudeliora nobis omnibus Lepidus, Antonius, et reliqui hostes denuntiant. Itaque maximam spem hoc tempore habemus in te, atque exercitu tuo. Quum ad rei publicae summam, tum ad gloriam et dignitatem tuam vehementer pertinet, te in Italiam, ut ante scripsi, venire quam primum. Eget enim vehementer quum viribus tuis, tum etiam consilio res publica. Veterem, pro eius erga te benivolentia singularique officio, libenter ex tuis literis complexus sum: eumque quum tui, tum rei publicae studiosissimum amantissimumque cognovi. Ciceronem meum propediem, ut spero, videbo. Tecum enim illum, et te in Italiam celeriter esse venturum confido.

XX.

(Ad Brut. I, 13)

Argumentum. Liberos Lepidi commendat, sibique ut hoc detur, rogat, ne ex lege cum iis agatur.

pe' figli renda i genitori più amici della Repubblica. Adunque egli è Lepido il crudele contro i suoi figliuoli, non colui che giudica Lepido inimico. E se egli, deposte le armi, fosse condannato di violenza (nel che certo non avrebbe difesa di sorta) soffrirebbero i figlioli la stessa ventura, confiscandosi i beni. Se non che quello che tua madre e tua sorella ci pregan di non fare a' que' fanciulli, quello stesso, e molto peggio minacciano a noi tutti Lepido, Antonio, e gli altri nemici. Quindi la maggiore speranza ora l'abbiamo in te e nel tuo esercito. Egli mette gran conto ed alla Repubblica ed alla tua gloria e dignità, che tu venga, come già ti scrissi, il più presto possibile in Italia: perocchè la Repubblica ha bisogno estremo e delle tue forze e del tuo consiglio. Mi son preso a cuore molto volentieri Vetere per le tue lettere, dacchè egli ti è tanto amico ed officioso, e il conobbi pieno di zelo e d'affetto per te e per la Repubblica. Vedrò di dì in dì il mio Cicerone, come spero; perciocchè ho fiducia che egli venga tantosto con esso te in Italia.

XX.

(A Brut. I, 13)

Argomento. Raccomanda i figliuoli di Lepido, e prega non sieno trattati a rigor di legge.

Scr. ex castris A. V. C. DCCX, Kal. Quintilib.

BRVTVS CICERONI S.

De Marco Lepido vereri me cogit reliquorum timor: qui si eripuerit se nobis (quod velim temere atque iniuriose de illo suspicati sint homines), oro atque obsecro te, Cicero, necessitudinem nostram, tuamque in me benivolentiam obtestans, sororis meae liberos obliviscaris esse Lepidi filios, meque his in patris locum successisse existimes. Hoc si a te impetro, nihil profecto dubitabis pro his suscipere. Aliter alii cum suis vivunt: nihil ego possum in sororis meae liberis facere, quo possit expleri voluntas mea, aut officium. Quid vero aut mihi tribuere boni possunt, si modo digni sumus, quibus aliquid tribuatur: aut ego matri, ac sorori, puerisque illis praestaturus sum, si nihil valuerit apud te, reliquumque senatum, contra patrem Lepidum Brutus avunculus? Scribere multa ad te neque possum prae solicitudine ac stomacho, neque debeo. Nam, si in tanta re, tamque necessaria, verbis mihi opus est ad te excitandum et confirmandum: nulla spes est, facturum te quod volo, et quod oportet. Quare noli exspectare longas preces. Intuere meipsum, qui hoc vel a Cicerone, coniunctissimo homine privatim, vel a consulari, tali viro, remota ne-

Scritta dal campo l'anno DCCX, il primo di Luglio.

BRUTO A CICERONE S.

L'altrui timore mi fa temere di M. Lepido [1]; il quale se ci scappa di mano [2] (e vorrei che gli uomini avesser di lui sospettato a caso e ad oltraggio), ti prego e scongiuro, o mio Cicerone, per la nostra intrinsichezza e per l'amor che mi porti, a dimenticarti che i figliuoli della mia sorella sieno pure di Lepido, ed a far conto ch'io sia successo in luogo di lor padre. Se io ottengo questo da te, certo non istarai in forse sul favorirli in tutto. Gli altri vivon coi congiunti in altra foggia; io non posso far in favor de' figliuoli di mia sorella tanto che basti a saziare la mia brama e il dover mio. E che altro bene possono mai i buoni a me fare, se pur son degno che alcun bene mi facciano? o qual altro ne potrò far io alla madre e alla sorella ed a' suoi figliuoli, se niuna possa avrà presso di te e il rimanente del Senato, a fronte del padre Lepido, Bruto lo zio? Io non posso (tanto è il mio travaglio e l'ambascia) scriverti a lungo, nè il debbo. Chè se in cosa di tal fatta e sì necessaria io ho bisogno di parole ad eccitarti ed a raffermarti, niuna speranza io porto che tu debba fare quello che io desidero, e che conviene. Epperò non t'aspettar lunghe preghiere. Figgi gli occhi in me, che debbo impetrare cotesto, vuoi da Cicerone, stretto a me come privato di fortissimi legami, vuoi, lasciata da banda ogni intrinsichezza, dal consolare della taglia che tu sei. Bramo

cessitudine privata, impetrare debeo. Quid sis facturus, velim mihi quamprimum rescribas. Kal. Quint. ex castris.

XXI.

(Ad Brut. I, 10)

Argumentum. Quomodo bellum ad Mutinam geratur, et quid de Octaviano vereatur, totumque rei publ. statum perscribit; hortaturque, ut ex senatus auctoritate celeriter cum exercitu in Italiam veniat, Cassiumque, ut idem faciat, hortetur.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Quintili incunte.

CICERO BRVTO S.

Nullas adhuc a te literas habebamus: ne famam quidem, quae declararet, te, cognita senatus auctoritate, in Italiam adducere exercitum: quod ut faceres, idque maturares, magno opere desiderabat res publica. Ingravescit enim in dies intestinum malum; nec externis hostibus magis, quam domesticis laboramus: qui erant omnino ab initio belli, sed facilius frangebantur. Erectior senatus erat, non sententiis solum nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. Erat in senatu satis vehemens et acer Pansa, quum in ceteros huius generis, tum maxime in socerum: cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Bellum ad Mutinam gerebatur, nihil ut in

che mi risponda il più tosto che puoi quello che sei per fare [3]. Dal campo, il calen di luglio 4.

XXI. (A Brut. I, 10)

Argomento. Scrive come stia l'assedio di Modena, chè s'abbia a temere da Ottaviano, e quale sia lo stato della Repubblica; lo eccita a venire prestamente in Italia coll'autorità del Senato e a spingere Cassio a venire egli altresì.

Scritta a Roma l'anno DCCX, sul principiar di Luglio.

CICERONE A BRUTO S.

Fin ora io non ho punto di tue lettere, e neppur sentore che tu, saputo il decreto del Senato [1], conduca l'esercito in Italia; il che desiderava oltremodo la Repubblica che tu facessi, ed avacciassi. Perocchè il male interno ogni giorno più piglia piede, nè più ci travagliano i nemici di fuori, che quelli di dentro [2]; i quali già v'erano fin dal principio della guerra, ma più agevolmente si abbattevano. Il Senato era più vigoroso, istigato non solo per li miei consigli, ma eziandio pe' miei conforti. Eravi in esso Pansa uomo invelenito sì contro tutti gli altri di simil genia, e sì spezialmente contro il suocero [3]; e mentr'ei fu console non gli venne meno dapprima il coraggio, da ultimo la fedeltà. Faceasi la guerra presso Modena, in guisa che in Cesare

Caesare reprehenderes; nonnulla in Hirtio. Huius belli fortuna, ut in secundis, fluxa; ut in adversis, bona. Erat victrix res publica, caesis Antonii copiis, ipso expulso a Bruto. Deinde ita multa peccata, ut quodammodo victoria excideret e manibus: perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti: datumque Lepido tempus est, in quo levitatem eius, saepe perspectam, maioribus in malis experiremur. Sunt exercitus boni, sed rudes, Bruti et Planci. Sunt fidelissima et maxima auxilia Gallorum. Sed Caesarem meis consiliis adhuc gubernatum, praeclara ipsum indole, admirabilique constantia, improbissimis literis quidam fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in spem certissimam consulatus. Quod simul atque sensi; neque ego illum absentem literis monere destiti, nec accusare praesentes eius necessarios, qui eius cupiditati suffragari videbantur: nec in senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitavi: nec vero ulla in re memini, aut senatum meliorem, aut magistratus. Numquam enim in honore extraordinario potentis hominis, vel potentissimi potius (quandoquidem potentia iam in vi posita est, et armis), accidit, ut nemo tribunus plebis, nemo alio magistratu, nemo privatus, auctor existeret. Sed in hac constantia atque virtute, erat tamen solicita civitas. Illudimur enim, Brute, quum militum de-

non v' era tacca, in Irzio [4] qualcuna. La sorte di questa guerra, se come in tempi felici, era cascaticcia; se come in tempi sciaurati, buona. La Repubblica era vittoriosa, fatta man bassa delle truppe d'Antonio, e lui stesso sfrattato da Bruto. Di poi tanti peccati si fecero, che fu a un pelo di scapparci di mano la vittoria; i nostri capitani non inseguirono quelli sbigottiti, inermi, smozzicati [5]; e si diè agio a Lepido da farci toccar con mano la sua leggerezza (sì sovente osservata) in danni più gravi [6]. Bruto e Planco hanno de' buoni eserciti, ma inesperti [7]. Gli aiuti de' Galli sono fedeli a tutta prova e grandissimi. Ma Cesare, fin ora fatto stare a segno da' miei consigli, d'indole eccellente e di miracolosa costanza, fu ora da taluni con lettere scellerate e con interpretazioni e nunzi ingannevolissimi aizzato ad una sicura speranza di consolato. Del che appena m' addiedi, non quetai di ammonirlo per lettere assente, e di garrire i suoi amici presenti, che sembravano soffiargli in quella sua bramosia: nè mi son rattenuto dell' aprire in senato le fonti di scelleratissimi consigli [8]: e per verità non mi ricorda di senato migliore, o di migliori magistrati. Perlochè non incontra mai che nello straordinario onore d'un uomo potente, o dirò meglio potentissimo (dacchè la potenza sta nella forza e nell'armi), nessun tribun della plebe, nessuno in altra carica, nessun privato non si levi a favoreggiarlo. Ma pure, con tutta questa fermezza e virtù, la città era angustiata: perciocchè, o mio Bruto, noi siam fatti zimbello e dalla soldatesca in pan-

liciis, tum imperatoris insolentia. Tantum quisque se in re publica posse postulat, quantum habet virium. Non ratio, non modus, non lex, non mos, non officium valet; non iudicium, non existimatio civium, non posteritatis verecundia. Haec ego multo ante prospiciens fugiebam ex Italia tum, quum me vestrorum edictorum fama revocavit. Incitasti vero tu me, Brute, Veliae. Quamquam enim dolebam in eam me urbem ire, quam tu fugeres, qui eam liberavisses, quod mihi quoque quondam acciderat, periculo simili, casu tristiore: perrexi tamen, Romamque perveni, nulloque praesidio quatefeci Antonium: contraque eius arma nefanda, praesidia, quae oblata sunt, Caesaris consilio et auctoritate firmavi. Qui si steterit idem, mihique paruerit: satis videmur habituri praesidii. Sin autem impiorum consilia plus valuerint, quam nostra; aut imbecillitas aetatis non potuerit gravitatem rerum sustinere; spes omnis est in te. Quam ob rem advola, obsecro, atque eam rem publicam, quam virtute atque animi magnitudine magis, quam eventis rerum, liberasti, exitu libera. Omnis omnium concursus ad te futurus est. Hortare idem per literas Cassium. Spes libertatis nusquam, nisi in vestrorum castrorum principiis est. Firmos omnino et duces habemus ab Occidente, et exercitus. Hoc adolescentis praesidium equidem adhuc firmum esse confido. Sed ita multi

ciolle, e dagli imperatori insolenti [9]. Ognun pretende di poter nella Repubblica tutto quello a che gli bastan le forze. Non vale nè ragione, nè misura, nè legge, nè costume, nè uffizio; non la stima, non l'opinion de' cittadini, non la vergogna della posterità. Or queste cose avend'io di lunga mano preveduto, men fuggiva d'Italia, quando la voce de' vostri editti mi richiamò [10]. Ed in Velia [11], tu stesso, o Bruto, m'istigavi. Chè quantunque duro mi fosse l'entrare in una città dalla quale tu, che liberata l'avevi, ten fuggivi (il che già tempo era a me pure accaduto in simil pericolo e in più sventurata [12] occasione); proseguii pure e giunsi a Roma, e senz'aiuto alcuno diedi il crollo ad Antonio [13], e contro le sue armi nefande rafforzai que' sussidii che ci vennero a mano col consiglio e coll'autorità di Cesare. Il quale se fossesi serbato qual era, e avesse a me ubbidito, pare che avremmo avuto sufficiente sussidio [14]. Che se valsero più i consigli degli empii, o la imbecillità dei teneri anni sostener non potè la gravezza delle cose, ogni speranza è in te. Laonde vola, per Dio, e cava fuori dalle ultime strettezze quella Repubblica che tu hai liberata più col valore e colla grandezza d'animo, che colla ventura [15]. Tutti faran capo a te. Scrivi a Cassio, spingendolo pur a cotesto. Non vi è altra speranza al mondo, se non è ne' vostri campi [16]. Dall'Occidente abbiamo in vero e capitani ed eserciti vigorosi [17]; spero che questo presidio del giovinetto sia fino ad ora ben fermo. Ma

labefactant, ut, ne moveatur, interdum extimescam. Habes totum rei publicae statum; qui quidem tum erat, quum has literas dabam. Velim deinceps meliora sint: sin aliter fuerit (quod Dii omen avertant!), rei publicae vicem dolebo, quae immortalis esse debebat. Mihi quidem quantulum reliqui est?

XXII.

(Ad Brut. I, 14)

Argumentum. Paucitatem et brevitatem epistolarum Bruti accusat: rogat, ut Ciceronem secum retineat, et in Italiam quamprimum ut veniat, hortatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, pridie Idus Quintiles.

CICERO BRVTO S.

Breves tuae literae: breves dico? immo nullae. Tribusne versiculis his temporibus Brutus ad me? Nihil scripsissem potius. Et requiris meas. Quis umquam ad te tuorum sine meis venit? Quae autem epistola non pondus habuit? Quae si ad te perlatae non sunt, ne domesticas quidem tuas perlatas arbitror. Ciceroni scribis te longiorem daturum epistolam. Recte id quidem; sed haec quoque debuit esse plenior. Ego autem, quum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios, literasque ad Ciceronem; ut, etiam si in Italiam venisset, ad te rediret.

tanti ormai lo van scrollando, che io mi sto spesso co' brividi che nol si schianti. Eccoti lo stato di tutta la Repubblica tal qual è ora che ti scrivo. Vorrei che dopo fosse migliore: altrimenti (che il cessin gli Dei) io piangerò la Repubblica che dovea essere immortale. Ed a me che briciol di tempo ancor rimane?

XXII. (Ad Brut. I, 14)

Argomento. Incolpa Bruto che poche volte e troppo breve scriva: pregalo che trattenga seco Cicerone, e venga presto in Italia.

Scritta a Roma l'anno DCCX, il 14 di Luglio.

CICERONE A BRUTO S.

Breve la tua; breve dich'io? anzi un nonnulla [1]. Bruto a questi tempi mi manda tre righette? Io piuttosto non avrei scritto punto. E domandi le mie? Chi de' tuoi venne mai da te senza mie? E qual mia lettera non fu di peso? Le quali se non ti son giunte, non ti saranno neppure le domestiche. Scrivi che darai a Cicerone per me una lettera più lunga [2]. Ben con Dio; ma questa pure dovea esser più pingue. Io poi, tosto che mi scrivesti della partita da te di Cicerone, mandai di galoppo corrieri e lettere a Cicerone, acciocchè, se anche venisse in Italia, tornasse da te: chè

Nihil enim mihi iucundius, nihil illi honestius. Quamquam aliquoties ei scripseram, sacerdotum comitia, mea summa contentione in alterum annum esse reiecta: quod ego quum Ciceronis causa elaboravi, tum Domitii, Catonis, Lentuli, Bibulorum: quod ad te etiam scripseram. Sed videlicet quum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Quare omni studio a te, mi Brute, contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas, tecumque deducas: quod ipsum, si rem publicam, cui susceptus es, respicis, tibi iam iamque faciendum est. Renatum enim bellum est: idque non parvo scelere Lepidi. Exercitus autem Caesaris, qui erat optimus, non modo nihil prodest, sed etiam cogit exercitum tuum flagitari: qui si Italiam attigerit, erit civis nemo (quem quidem civem appellari fas sit), qui se non in tua castra conferat. Etsi Brutum praeclare cum Planco coniunctum habemus. Sed non ignoras, quam sint incerti animi hominum, et infecti partibus; et exitus proeliorum. Quin etiam, si, ut spero, vicerimus, tamen magnam gubernationem tui consilii tuaeque auctoritatis res desiderabit. Subveni igitur, per Deos, idque quamprimum; tibique persuade, non te Idibus Martiis, quibus servitutem a tuis civibus depulisti, plus profuisse patriae, quam, si mature veneris, profuturum. II Idus Quint.

io non ho nè debbo aver cosa più cara di questa. Comechè un tratto io gli abbia scritto che i comizi de' sacerdoti per mio gran tenzonarvi sono stati respinti all' anno venturo [3], al che io mi son adoprato sì per riguardo a Cicerone, e sì per rispetto a Domizio, Lentulo e Bibulo [4]; del che avea pure a te scritto. Ma bensì pare che quando tu mi mandasti quella tua letteruccia, non t' era per anco noto. Laonde io ti fo somma calca, o Bruto, che tu non ispicchi da te il mio Cicerone, e che tel conduca teco; il che t' è pur duopo fare, se riguardi alla Repubblica che ti se' presa in collo. Poichè già rinata è la guerra; e per una scelleraggine di Lepido ben grande, l' esercito di Cesare, che era ottimo, non solo dà di spalla, ma sforza eziandio a domandare il tuo [5]; il quale se porrà piede in Italia, non ci sarà nessun cittadino (degno veramente di tal nome) che non si getti nel tuo campo; quantunque abbiam D. Bruto molto ben unito con Planco [6]: ma sai quanto sien barcollanti gli animi degli uomini [7], e come in iscrezio, e come la riuscita delle guerre sia dubbiosa. Che se pur, come spero, vinceremo, pur ci farà mestieri d' un vigoroso timoneggiare col tuo consiglio e autorità. Sovvienmi, dunque, per Dio, e quanto prima; e fermati in capo che tu non avrai fatto maggior pro alla patria, quando agli Idi marzo sottraesti i cittadini dal servaggio, che ora farai se vieni tosto. Ai 14 di luglio.

XXIII. (Ad Brut. I, 15)

Argumentum. 1 Messalam mirifice laudat; 2, 3, 4 et reprehensionem nimiae in tribuendis honoribus facilitatis, in poenis autem decernendis severitatis, accurate diluit. 5 Vrget praeterea reditum in Italiam, et de Lepidi liberis studium suum pollicetur.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, mense Quintili.

CICERO BRVTO S.

1 Messalam habes. Quibus igitur literis tam accurate scriptis assequi possum, subtilius ut explicem, quae gerantur, quaeque sint in re publica, quam tibi is exponet, qui et optime omnia novit, et elegantissime expedire et deferre ad te potest? Cave enim existimes, Brute (quamquam non est necesse, ea me ad te, quae tibi nota sunt, scribere: sed tamen tantam omnium laudum excellentiam non queo silentio praeterire), cave putes, probitate, constantia, cura, studio rei publicae quicquam illi esse simile: ut eloquentia, qua mirabiliter excellit, vix in eo locum ad laudandum habere videatur. Quamquam in hac ipsa, sapientia plus apparet: ita gravi iudicio, multaque arte se exercuit in verissimo genere dicendi. Tanta autem industria est, tantumque evigilat in studio, ut non maxima ingenio (quod in eo sum-

XXIII.

(A Brut. I, 15)

Argomento. 1 Loda a cielo Messala; 2, 3, 4 e solve accuratamente tutte le obbiezioni fatte intorno alla sua troppa facilità nel concedere onori, e troppo rigore nello statuirne le pene. 5 Insiste inoltre sul presto di lui ritorno in Italia, e promette mari e monti pei figliuoli di Lepido.

Scritta a Roma l'anno DCCX, sul finir di Luglio.

CICERONE A BRUTO S. [1]

1 Eccoti Messala. Or dunque con quali lettere, bench'io vi logori sopra tutto il cervello, potrò io sporti più bellamente i successi e lo stato della Repubblica, di quello che farà ei medesimo, il quale e conosce tutto a fondo, e ten saprà dar minuto ragguaglio colla maggiore squisitezza del mondo? Chè bada ben di non darti a credere, o mio Bruto (quantunque non è duopo ch'io ti scriva quello che sai; ma pure non posso tacere una grandezza di lodi così sfolgorate e universali), che vi sia al mondo chi gli stia a petto in probità, costanza e zelo per la Repubblica, talchè l'eloquenza sua, in cui primeggia mirabilmente, appena basterebbe a fargli un elogio. Comechè anche in cotesta più la sapienza si mostra: tanto egli s'esercita con profonda assennatezza ed arte squisita nella più retta foggia del dire: chè tanto d'industria v'adopra, e con sì forte studio vi sta lucrubando, che all'in-

mum est) gratia habenda videatur. Sed provehor amore. Non enim id propositum est huic epistolae, Messalam ut laudem, praesertim ad Brutum, cui et virtus illius non minus, quam mihi, nota est; et haec ipsa studia, quae laudo, notiora: quem quum a me dimittens, graviter ferrem; hoc levabar uno, quod ad te, tamquam ad alterum me, proficiscens, et officio fungebatur, et laudem maximam sequebatur. Sed haec hactenus.

2 Venio nunc longo sane intervallo ad quamdam epistolam, qua mihi multa tribuens, unum reprehendebas, quod in honoribus decernendis essem nimius, et tamquam prodigus. Tu hoc: alius fortasse, quod in animadversione poenaque durior; nisi fortasse utrumque tu. Quod si ita est, utriusque rei meum iudicium tibi cupio esse notissimum: neque solum, ut Solonis dictum usurpem, qui et sapientissimus fuit ex septem, et legum scriptor solus ex septem. Is rem publicam duabus rebus contineri dixit, praemio et poena. Est scilicet utriusque rei modus, sicut reliquarum, et quaedam in utroque genere mediocritas: sed non tanta de re propositum est hoc loco disputare. Quid ego autem secutus hoc bello sim in sententiis dicendis, alienum non puto aperire.

3 Post interitum Caesaris, et vestras memorabiles Idus Martias, Brute, quid ego praetermissum a vobis, quantamque impendere rei publicae

gegno, in lui però tragrande, non sembra spettare il maggior vanto. Ma l'amore mi fa prender l'abbrivo. Perocchè io non ho per iscopo in questa lettera di lodare Messala, massime a te, cui è ben conosciuta quanto a me la sua virtù, e più noti questi medesimi studi ch'io commendo; e dandomi io gran cruccio del partirlo da me, questo m'era sol di conforto, ch'egli venendo da te, come ad un altro me stesso, e facea l'ufizio suo e giva incontro ad una lode smisurata. Ma basti.

2 Or vengo, dopo aver ben menato il can per l'aia, ad una certa tua lettera [2], in cui dandomi la soia per molti capi, d'una sola tacca m'imputavi, che cioè io sia troppo corrente e quasi sciupatore nel conceder onori. Tu così dici: e talun forse che io sia troppo rigoroso nel riprendere e castigare; se non che tu potresti accagionarmi dell'uno e dell'altro [3]. Che se così è, vo' dirti netto e tondo il parer mio su entrambe le cose: nè già soltanto per farmi bello del dettato di Solone [4], che fu il più savio de' sette, e il solo legislatore de' sette; il qual disse che tutta la Repubblica ristringeasi in due cose: nel premio e nella pena. Egli v'ha certo una misura in ambedue coteste cose, come in tutto, e una certa mezzanità in ciascun genere: ma non cade ora in acconcio disputare su così grave argomento. Bensì credo opportuno aprirti la norma nel dar pareri seguita da me in questa guerra.

3 Dopo la morte di Cesare, e le vostre memorabili Idi di marzo, o Bruto, ti sovverrai di quello che io dissi aver voi mal tralasciato [5], e qual burrasca soprastava

tempestatem dixerim, non es oblitus. Magna pestis erat depulsa per vos, magna populi Romani macula deleta; vobis vero parta divina gloria; sed instrumentum regni delatum ad Lepidum et Antonium: quorum alter inconstantior, alter impurior, uterque pacem metuens, inimicus otio. His ardentibus perturbandae rei publicae cupiditate, quod opponi posset praesidium, non habebamus. Erexerat enim se civitas, in retinenda libertate consentiens. Nos tum nimis acres; vos, fortasse sapientius, excessistis urbe ea, quam liberaratis; Italiae sua vobis studia profitenti remisistis. Itaque quum teneri urbem a parricidis viderem, nec te in ea, nec Cassium tuto esse posse, eamque armis oppressam ab Antonio: mihi quoque ipsi esse excedendum putavi. Tetrum enim spectaculum, oppressa ab impiis civitas, opitulandi potestate praecisa. Sed animus idem, qui semper infixus est in patriae caritate, discessum ab eius periculis ferre non potuit. Itaque in medio Achaico cursu, quum Etesiarum diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilii, retulisset, te vidi Veliae, doluique vehementer. Cedebas enim, Brute, cedebas; quoniam Stoici nostri negant fugere sapientis. Romam, ut veni, statim me obtuli Antonii sceleri atque dementiae: quem quum in me incitavissem, consilia inire coepi, Brutina plane (vestri enim haec sunt propria sanguinis), rei publicae

alla Repubblica. Una gran pestilenza avevate voi dissipata, una gran macchia lavata del popol romano; e a voi partorita una gloria grande; ma lo stromento del regno era passato tra mani di Lepido e d'Antonio, di cui l'uno era banderuola, l'altro più marcio, entrambi timorosi della pace, nemici della quiete. A costoro avvampanti della voglia di metter a soqquadro la Repubblica, noi non avevamo argine da opporre. Chè la città s'era levata su, tutta ferma di conservar la libertà. Io forse troppo fiero allora [6]; voi, forse più savii, fuggiste da quella città che avevate liberata, e lasciaste l'Italia che vi profferiva il suo zelo [7]. Pertanto vedendo noi che i parricidi teneansi ghermita la città, e che nè tu nè Cassio vi potevate star entro sicuri, e Antonio coll'armi la opprimeva, stimai allora di dover anch'io partirmene. Chè uno spettacolo egli era da far pietà la città oppressa dagli empii, mozzata ogni via di soccorrerla. Ma quell'animo stesso che ste' sempre fitto nell'amor della patria, non potè sopportare di allontanarsi da' suoi pericoli. Epperò in mezzo alla mia corsa di Grecia, avendomi l'Austro, ne' dì degli Etesii [8], respinto verso Italia (come disapprovasse il mio disegno), io ti vidi in Velia [9], e fortemente men dolse. Perocchè tu cedevi, o Bruto, cedevi, dacchè i nostri Stoici proibiscono al savio di fuggire [10]. Giunto a Roma, feci subito fronte alla scelleraggine e follia d'Antonio [11]; il quale avendo io aizzato contro di me, andai prendendo partito alla Brutina invero (poichè cotesto è proprio del vostro sangue)

liberandae. Longa sunt, quae restant praetereunda: sunt enim de me: tantum dico, Caesarem hunc adolescentem, per quem adhuc sumus, si verum fateri volumus, fluxisse ex fonte consiliorum meorum. Huic habiti a me honores nulli quidem, Brute, nisi debiti; nulli, nisi necessarii. Vt enim primum libertatem revocare coepimus, quum se nondum ne Decimi quidem Bruti divina virtus ita commovisset, ut iam id scire possemus; atque omne praesidium esset in puero, qui a cervicibus nostris avertisset Antonium: quis honos ei non fuit decernendus? Quamquam ego illi tum verborum laudem tribui, eamque modicam. Decrevi etiam imperium: quod quamquam videbatur illi aetati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. Quid enim est sine imperio exercitus? Statuam Philippus decrevit, celeritatem petitionis primo Servius, post maiorem etiam Servilius. Nihil tum nimium videbatur. Sed nescio quomodo facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperiuntur. Ego enim, D. Bruto liberato, quum laetissimus ille civitati dies illuxisset, idemque casu Bruti natalis esset; decrevi, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur. In eoque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiae tribuerunt, cui vos pontifices ad aram in Velabro facere soletis. Quod ego quum dabam Bruto, notam esse in fa-

di liberar la Repubblica. Tralascio lunghe altre cose rimanenti, poichè risguardan me: sol dirò che questo giovinetto di Cesare, per cui siam tuttor vivi (se vogliam dire il vero), uscì da' miei consigli [12]. A costui non fec' io onori, se non meritati, o Bruto, se non necessarii. Perciocchè come pria cominciammo a richiamare la libertà, quando nè la divina virtù di Decimo Bruto avea ancor lampeggiato in modo che noi la conoscessimo [13]; ed essendo ogni aiuto nel giovine che avea slontanato dalle nostre teste Antonio, quale onore non dovevam noi tributargli? Comechè io allora gli diei lodi solo di parole, ed anche poca. Gli decretai altresì il comando [14]: il che benchè sembrasse a quell'età onorevole, pur era necessario a chi avea esercito. Perciocchè che è mai un esercito senza comando? Filippo [15] decretò una statua, Servio [16] dapprima gli abbreviò il tempo alla domanda, e più ancora Servilio dappoi. Allora non parve niente soverchio. Ma non so come e' si trovan più di leggeri de' benigni nel timore, che de' grati nella vittoria. Perciocchè io, essendo quel dì che fu liberato Decimo Bruto [17] un giorno splendidissimo per la città, ed a caso anco il natale dello stesso Bruto, decretai che ne' fasti quel dì fosse segnato col nome di Bruto. Ed in questo seguii l'orme degli antichi nostri, i quali fecer quest'onore alla donna Laurenzia [18], al cui altare voi altri pontefici solete sacrificar nel Velabro [19]. Il che io concedendo a Bruto de-

stis gratissimae victoriae sempiternam volebam. Atque illo die cognovi, paullo plures in senatu malivolos esse, quam gratos. Eos per ipsos dies, effudi (si ita vis) honores in mortuos, Hirtium et Pansam, Aquilam etiam. Quod quis reprehendit, nisi qui, deposito metu, praeteriti periculi fuerit oblitus? Accedebat ad beneficii memoriam gratam ratio illa, quae etiam posteris esset salutaris. Exstare enim volebam in crudelissimos hostes monumenta odii publici sempiterna. Suspicor illud minus tibi probari, quod ab tuis familiaribus, optimis illis quidem viris, sed in re publica rudibus, non probabatur, quod, ut ovanti introire Caesari liceret, decreverim. Ego autem (sed erro fortasse: nec tamen is sum, ut mea me maxime delectent) nihil mihi videor hoc bello sensisse prudentius. Cur autem ita sit, aperiendum non est, ne magis videar providus fuisse, quam gratus. Hoc ipsum, nimium. Quare alia videamus.

4 D. Bruto decrevi honores, decrevi L. Planco. Praeclara illa quidem ingenia, quae gloria invitantur: sed senatus etiam sapiens, qui, qua quemque re putat, modo honesta, ad rem publicam invandam posse adduci, hac utitur. At in Lepido reprehendimur: cui quum statuam in Rostris statuissemus, iidem illam evertimus. Nos illum honore studuimus a furore revocare. Vicit amentia levissimi hominis nostram prudentiam. Nec tamen

siderava che ne' fasti vi fosse una nota sempiterna di quella gratissima vittoria. A' dì medesimi ho scialacquato (se vuoi) degli onori a de' morti, Irzio, Pansa, ed anche Aquila [20]. Del che chi mi darà carico se non colui che, passata la paura, il pericolo corso si dimentica? Arrogi alla grata memoria del beneficio quella ragione che ciò era salutare altresì pei posteri. Perciocchè voleva io che rimanessero in eterno i monumenti del pubblico odio contro a' crudelissimi nemici. Temo che ti vada meno a sangue, quello che già non garbava a' tuoi famigliari, molto dabben uomini in vero, ma nelle cose pubbliche rozzi, l'aver io decretato che Cesare [21] potesse entrare trionfante. Ma egli mi sembra (forse ch' io m' inganno; nè però son tal uomo da piacermi strabocchevolmente le cose mie) di non aver in questa guerra fatto miglior pensiero che questo. E perchè sia così, non debbo io venirtel sciorinando, acciocchè non paia ch' io sia stato più provvedente che grato [22]. E questo già è anche troppo. Perciò ad altro.

4 Decretai onori a D. Bruto, decretai a P. Planco. Animi egregi veramente son quelli che dalla gloria sono istigati: ma egli è pur saggio quel senato il quale adopra qualsiasi cosa, purchè onesta, che possa conferire a pro della Repubblica. Ma circa a Lepido sono appuntato; perchè avendogli stabilita una statua ne' Rostri, io medesimo poi la gettai per terra [23]. Era mio pensiero ritrarlo con quell'onore dalla sua furia; ma la follia d' un uomo di piccolissima levatura vinse la mia prudenza. Ma pure non si è fatto tanto di male

tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in evertenda boni. Satis multa de honoribus: nunc de poena pauca sunt dicenda. Intellexi enim ex tuis saepe literis, te in iis, quos bello devicisti, clementiam tuam velle laudari. Existimo equidem nihil a te, nisi sapienter. Sed sceleris poenam praetermittere (id enim est, quod vocatur ignoscere), etiam si in ceteris rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto. Nullum enim bellum civile fuit in nostra re publica omnium, quae memoria mea fuerunt, in quo bello non, utracumque pars vicisset, tamen aliqua forma esset futura rei publicae. Hoc bello victores quam rem publicam simus habituri, non facile affirmarim: victis certe nulla unquam erit. Dixi igitur sententias in Antonium, dixi in Lepidum severas: neque tam ulciscendi causa, quam ut et in praesens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem; et in posterum, documentum statuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. Quamquam haec quidem sententia non magis mea fuit, quam omnium. In qua videtur illud esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, poena pervenit. Sed id et antiquum est, et omnium civitatum: si quidem etiam Themistocli liberi eguerunt. Et, si iudicio damnatos eadem poena sequitur cives, qui potuimus leniores esse in hostes? Quid autem queri potest quisquam de

nel decretar la statua a Lepido, quanto di bene nell' atterrarla. Circa agli onori ho detto assai: or un poco dirò delle pene; perciocchè io intesi sovente dalle tue lettere che tu vorresti ti si lodasse la tua clemenza con coloro che in guerra hai vinti [24]. Tu per certo, cred' io, niente fai se non saviamente. Ma il tralasciar la pena del delitto (che torna pur a questo quel che dicesi perdonare) comechè sia in altro soffribile, in questa guerra il reputo dannoso. Perciocchè non vi fu mai nella nostra Repubblica alcuna guerra civile [25], tra tutte quelle di cui io abbia memoria, in cui, qual si fosse la parte vincente, non fosse rimasta però qualche forma di Repubblica. Ed in cotesta se noi sarem vincitori, non veggo chiaro qual fatta Repubblica dovremci avere; se vinti, niuna al mondo per certo. Diedi adunque i miei pareri contro Antonio e contro Lepido assai forti: nè già per far vendetta, quanto a far sì che e al presente spaventassi gli scellerati cittadini dall' offender la patria, e per l' avvenir rimanesse un documento onde niun volesse mai più imitar simile mattezza. Sebbene questa opinione non fu anzi mia propria, che di tutti; dove cotesto vi ebbe aria di crudele, l' aver tôcco quella pena i figliuoli che niun merito n' aveano [26]. Ma ella è cosa antica e di tutte le città; chè anco i figliuoli di Temistocle furon tapini [27]. E se la medesima pena si usa co' cittadini condannati per causa civile, come potevam esser più indulgenti co' nemici? E che può mai lamentarsi chichessia di me, dovendo pur confessare

me, qui, si vicisset, acerbiorem se in me futurum fuisse confiteatur necesse est?

5 Habes rationem mearum sententiarum, de hoc genere dumtaxat honoris et poenae. Nam de ceteris rebus quid senserim, quidque censuerim, audisse te arbitror. Sed haec quidem non ita necessaria. Illud valde necessarium, Brute, te in Italiam cum exercitu venire quam primum. Summa est exspectatio tui. Qui si Italiam attigeris, ad te concursus fiet omnium. Sive enim vicerimus (qui quidem pulcherrime viceramus, nisi Lepidus perdere omnia, et perire ipse cum suis concupivisset), tua nobis auctoritate opus est ad collocandum aliquem civitatis statum: sive etiam nunc certamen reliquum est, maxima spes est quum in auctoritate tua, tum in exercitus tui viribus. Sed propera, per Deos. Scis enim, quantum sit in temporibus, quantum in celeritate. Sororis tuae filiis quam diligenter consulam, spero te ex matris et ex sororis literis cogniturum. Qua in causa maiorem habeo rationem tuae voluntatis, quae mihi carissima est, quam, ut quibusdam videor, constantiae meae. Sed ego nulla in re malo, quam te amando constans et esse et videri.

XXIV. (Ad Brut. I, 16)

Argumentum. Graviter reprehendit Ciceronis ad Octavium

che se colui vinceva sarebbe stato ben più crudele contro di me?

5 Eccoti la ragione de' miei pensamenti intorno solamente agli onori e alle pene. Chè del resto quel ch'io m'opinassi e statuissi, credo l'avrai udito. Ma nemmen questo era necessario gran fatto. Ben è a gran pezza necessario che tu, o Bruto, venga il più tosto che puoi coll'esercito in Italia; chè ti si aspetta a gloria; e se tu vi poni il piede, tutti trarranno a te a gran calca. Perciocchè o che noi vinciamo (e già avevam bel e vinto se a Lepido non toccava il capriccio di rovinar tutto e se stesso non manco), egli ci fa mestieri la tua autorità per dar qualche assetto alla Repubblica: o che ci resta ancor a combattere, e tutta nostra speranza sta nella tua autorità e nelle forze del tuo esercito. Ma per gli Dei t'avaccia; chè sai quanto valga il buon punto e la prestezza. La cura che io ho de' figliuoli di tua sorella, risaprai, spero, dalle lettere e dalla madre e di essa sorella. Nella qual bisogna io ho maggior riguardo al desiderio tuo (che mi sta fuormisura a petto) che alla mia costanza [28], come sembra a taluni. Chè io non amo altro meglio che esser e paver costante nel volerti bene.

XXIV.

(A Brut. I, 16)

Argomento. Biasima altamente la lettera di Cicerone ad Otta-

epistolam, qua eum rogarat, ut liberatores patriae salvos vellet.

Scr. in Asia A. V. C. DCCX, circa Id. Quintiles.

BRVTVS CICERONI S.

Particulam literarum tuarum, quas misisti Octavio, legi, missam ab Attico mihi. Studium tuum, curaque de salute mea, nulla me nova voluptate affecit. Non solum enim usitatum, sed etiam quotidianum est, aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorifice dixeris, aut feceris. At dolore, quantum animo maximum capere possum, eadem illa pars epistolae, scripta ad Octavium de nobis, affecit. Sic enim illi gratias agis de re publica, tam suppliciter ac demisse (quid scribam? pudet conditionis ac fortunae, sed tamen scribendum est) commendas nostram salutem illi: quae morte qua non perniciosior? ut prorsus prae te feras, non sublatam dominationem, sed dominum commutatum esse. Verba tua recognosce, et aude negare, servientis adversus regem istas esse preces. Vnum ais esse, quod ab eo postuletur et exspectetur: ut eos cives, de quibus viri boni populusque Romanus bene existimet, salvos velit. Quid? si nolit, non erimus? Atqui non esse, quam esse per illum, praestat. Ego, medius fidius, non existimo, tam

vio, colla quale avealo pregato che facesse sicuri della vita i liberatori della patria.

Scritta dall'Asia l'anno DCCX, circa il 15 di Luglio.

BRUTO A CICERONE S.

Lessi un branello di tua lettera che scrivesti ad Ottavio [1], mandatami da Attico. La tua premura e lo zelo per la mia salute non mi diè punto una nuova contentezza, dacchè ella è non solo usanza, ma una cosa giornaliera l'udire che tu abbi detto o fatto qualcosa che torni a bene e ad onor mio. Ma bensì mi passò l'animo fuor fuori quella medesima parte di lettera scritta ad Ottavio circa a me. Così dunque il ringrazi tu per conto della Repubblica, così supplichevole e umilmente (che scriverò io? egli è pur forza ch' io scriva, comechè mi vergogni della nostra condizione e fortuna) raccomandi tu a lui la salute nostra, che omai di qual morte non è più sciaurata? a tal che tu mostri aperto non essersi tolta la signoria, ma sol mutato signore? Rivedi le tue parole, e ardisci negare che queste non sien preghiere d'un servo ad un re. Tu dici esservi una sol cosa che da lui si chiede e s'attende, ch'egli cioè voglia salvi que' cittadini che godono la buona stima degli uomini dabbene e del popol romano [2]. Or dunque nol sarem noi se egli nol voglia? Anzi egli sarebbe meglio non essere che essere per favor suo. Io per mia fede non mi lascio ire a credere che tutti

omnes Deos aversos esse a salute populi Romani, ut Octavius orandus sit pro salute cuiusquam civis, non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Invat enim magnifice loqui: et certe decet, adversus ignorantes, quid pro quoque timendum, aut a quoque petendum sit. Hoc tu, Cicero, posse fateris Octavium, et illi amicus es? aut, si me carum habes, vis Romae videri; quum, ut ibi esse possem, commendandus puero illi fuerim? Cui quid agis gratias, si, ut nos salvos esse velit et patiatur, rogandum putas? An hoc pro beneficio est habendum, quod se, quam Antonium, esse maluerit, a quo ista petenda essent? Vindici quidem alienae dominationis, non vicario, ecquis supplicat, ut optime meritis de re publica liceat esse salvis? Ista vero imbecillitas et desperatio, cuius culpa non magis in te residet, quam in omnibus aliis, et Caesarem in cupiditatem regni impulit; et Antonio, post interitum illius, persuasit, ut interfecti locum occupare conaretur; et nunc puerum istum extulit, ut tu iudicares, precibus esse impetrandam salutem talibus viris, misericordiaque unius, vix etiam nunc viri, tutos fore nos, haud ulla alia re. Quod si Romanos nos esse meminissemus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quam id nos prohiberemus: neque magis irritatus esset Antonius regno Caesaris, quam ob eiusdem mortem deterritus. Tu

gli Dei sieno sì fattamente avversi alla salute del popol romano, che sia duopo pregar Ottavio per la salute di qualsiasi cittadino, non dico per quella dei liberatori di tutto il mondo. Perciocchè egli mi giova parlar alto: e certo s' addice in sul viso a chi non sa quello che ciascuno debba temere, e quello che si debba a qualcun domandare. Codesto, o Cicerone, confessi tu che possa far Ottavio, e gli sei amico? o, avendomi caro, mi vuoi vedere a Roma, dove a far ch' io vi possa stare, debbo esser raccomandato a quel ragazzo? Al quale che grazie rendi tu quando credi doverlo pregare a volerci e sofferirci salvi? Or questo terrem noi in conto di beneficio, ch' egli abbia voluto essere, piuttosto che Antonio, colui a cui noi dovessimo di queste cose pregare? Chi è che supplica non il vindice di altrui tirannia, ma il vicario, che sien salvi coloro che fecero servigi alla Repubblica? E questa misertà d' animo e disperazione, la qual macchia in te si trova non men che negli altri tutti, e infocò Cesare della voglia di regnare, e mise in capo, dopo la costui uccisione, ad Antonio di sforzarsi a prender il posto dell' ucciso; ed ora levò in alto questo fanciullo per forma, che tu avvisi che si debba per noi uomini della fatta che siamo, impetrar con preghiere la salute, e che noi non dobbiam esser sicuri per niun' altra via, che per la misericordia di un solo, non ancor uomo fatto. Che se noi ci sovvenissimo d' esser Romani, non avrebber maggiore audacia uomini del più basso affare di por mano alla signoria, che noi di strapparneli: nè più sarebbe stato Antonio pel regno di Cesare istigato, che per la sua morte sbigottito. E tu

quidem consularis, et tantorum scelerum vindex (quibus oppressis, vereor, ne in breve tempus dilata sit abs te pernicies), qui potes intueri, quae gesseris, simul et ista vel probare, vel ita demisse ac facile pati, ut probantis speciem habeas? Quod autem tibi cum Antonio privatum odium? nempe quia postulabat haec: salutem ab se peti, precariam nos incolumitatem habere, a quibus ipse libertatem accepisset, esse arbitrium suum de re publica. Quaerenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur: scilicet, ut, illo prohibito, rogaremus alterum, qui se in eius locum reponi pateretur, an, ut esset sui iuris ac mancipii res publica? Nisi forte, non de servitute, sed de conditione serviendi recusatum est a nobis. Atqui non solum bono domino potuimus Antonio tolerare nostram fortunam, sed etiam beneficiis atque honoribus, ut participes, frui, quantis vellemus. Quid enim negaret iis, quorum patientiam videret maximum suae dominationis praesidium esse? Sed nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram et libertatem. Hic ipse puer, quem Caesaris nomen incitare videtur in Caesaris interfectores, quanti aestimet (si sit commercio locus) posse, nobis auctoribus, tantum, quantum profecto poterit, quoniam vivere, et pecunias habere, et dici consulares volumus? Ceterum nequicquam perierit ille: cuius interitu quid gavisi sumus, si mortuo

pure uom consolare, e vendicatore di tante scelleraggini (spente le quali temo che tu per poco tempo abbi stornata la rovina), come puoi a un tratto e veder le cose che operasti, ed approvar queste cose, o così bonamente soffrirle, che tu dài mostra di approvarle? E perchè dunque con Antonio quell'odio così cordiale? se non perchè egli chiedea pur ciò, che da lui si domandasse la salute; noi aver una salvezza precaria da lui, che da noi era stato liberato; la Repubblica dover dipendere dal suo arbitrio. Fosti avviso che si desse di piglio alle armi onde vietargli la signoria: forse perchè vietandola a lui, dovessimo poi pregare un altro a soffrire d'esser posto in suo luogo? o perchè la Repubblica rimanesse libera assolutamente? se per avventura noi non abbiamo ricusata la servitù, ma la maniera del servire. Eppur non solo potevam passarcela di bel patto, sotto a un buon padrone com'era Antonio, ma eziandio godere a sazietà, come partecipi di benefici ed onori. Perocchè che cosa avrebbe egli mai negato a coloro la cui pazienza scorgeva egli essere il più saldo puntello al suo dominio? Ma non ci parve a niun patto di vendere la nostra fedeltà e libertà. E cotesto medesimo ragazzo, a cui il nome di Cesare par che dia la spinta contro gli uccisori di Cesare, qual prezzo darà (se verrassi ad un contratto) per poter tanto, consententi noi, quanto senza manco alcuno potrà, dacchè noi siam sì teneri di vivere, d'aver denari, e d'esser detti consolari? Del resto, colui sarebbe stato tolto del mondo a un bel diletto; della cui morte perchè menammo noi tanta allegrezza, quando

nihilo minus servituri eramus? Nulla cura ab aliis adhibeatur. Sed mihi prius omnia Dii Deaeque eripuerint, quam illud iudicium, quo non modo heredi eius, quem occidi, non concesserim, quod in illo non tuli, sed ne patri quidem meo, si reviviscat, ut, patiente me, plus legibus ac senatu possit. An hoc tibi persuasum est, fore ceteros ab eo liberos, quo invito nobis in ista civitate locus non sit? Qui porro id, quod petis, fieri potest, ut impetres? Rogas enim, velit nos salvos esse. Videmur ergo tibi salutem accepturi, quum vitam acceperimus? quam, si prius dimittimus dignitatem et libertatem, qui possumus accipere? An tu Romae habitare, id putas incolumem esse? Res, non locus, oportet praestet istuc mihi. Neque incolumis fui, Caesare vivo, nisi postquam illud conscivi facinus: neque usquam exsul esse possum, dum servire, et pati contumelias, peius odero malis omnibus aliis. Nonne hoc est in easdem tenebras recidisse, quum ab eo, qui tyranni nomen adscivit sibi (quum in Graecis civitatibus liberi tyrannorum, oppressis illis, eodem supplicio afficiantur), petitur, ut vindices atque oppressores dominationis salvi sint? Hanc ego civitatem videre velim, aut putem ullam, quae ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere possit? plusque timeat in puero nomen sublati regis, quam confidat sibi, quum illum ipsum,

dovevam servirgli anche morto? Ognun pure se ne stia senza pensiero: ma a me tolgan gl'Iddii e le Dee tutte cose del mondo, anzichè questo mio proposto di non voler conceder non solo all'erede di cui uccisi, quello che in lui non soffersi, ma nè eziandio al mio padre [3] se tornasse vivo, che, con mia pace, più di potere avesse delle leggi e del senato. O ti vai tu pensando forse che gli altri saran liberati da colui, senza la cui permissione noi non abbiam un luogo da stare in questa città? Ti sembrerem dunque aver ricevuta la salute, quando ricevuta la vita? della quale che ci abbiam a fare, se prima perdiamo l'onore e la libertà? O credi tu che lo stare a Roma valga lo stesso che esser salvo? Dal fatto, non dal luogo convien ci venga cotesto; nè quando vivea Cesare fui salvo giammai prima ch'io compiessi quell'impresa; nè potrò mai stare ad esilio in luogo del mondo, finch'io odierò il servire e l'essere oltraggiato, più che ogni altro male qualsiasi. Or non è egli questo un ricader nel buio medesimo, quando si prega da colui che s'è arrogato il nome di tiranno (mentre nelle greche città, uccisi i tiranni, si dà la stessa pena a' lor figliuoli [4]) la salvezza di quelli che preser vendetta e misero al niente gli oppressori? Vorrei io vedere o creder città quella che non sa tampoco ricevere la libertà che le si offre e le si raccomanda a gran pressa? e che si fa paura del nome d'un ucciso re in un ragazzo, più che non istà a buona fidanza di se stessa, benchè vegga che colui me-

qui maximas opes habuerit, paucorum virtute sublatum videat? Me vero posthac ne commendaveris Caesari tuo: ne te quidem ipsum, si me audies. Valde care aestimas tot annos, quot ista actas recipit, si propter eam causam puero isti supplicaturus es. Deinde, quod pulcherrime fecisti, ac facis in Antonio, vide ne convertatur a laude maximi animi ad opinionem formidinis. Nam si Octavius tibi placet, a quo de nostra salute petendum sit: non dominum fugisse, sed amiciorem dominum quaesisse videberis. Quem quod laudas ob ea, quae adhuc fecit, plane probo: sunt enim laudanda, si modo contra alienam potentiam, non pro sua suscepit eas actiones. Quum vero iudicas, tantum illi non modo licere, sed etiam a te ipso tribuendum esse, ut rogandus sit, ne nolit esse nos salvos; nimium magnam mercedem statuis. Id enim ipsum illi largiris, quod per illum habere videbatur res publica. Neque hoc tibi in mentem venit, si Octavius ullis dignus sit honoribus, quia cum Antonio bellum gerat: iis, qui illud malum exciderint, cuius istae reliquiae sunt, nihil, quo expleri possit eorum meritum, tributurum umquam populum Romanum, si omnia simul congesserit. At vide, quanto diligentius homines metuant, quam meminerint; quia Antonius vivat, atque in armis sit. De Caesare vero, quod fieri potuit ac debuit, transactum est: neque iam

desimo che avea le più grandi forze fu spento dal valor di pochi? Deh! quinci innanzi non mi raccomandar al tuo Cesare, e nemmen te, se mi dài retta. Tu fai soverchio pregio di quelli anni che questa tua età ancor ti può dare, se per essi tu ti lasci ire a raccomandarti a cotesto fanciullo. Inoltre bada che da quanto d'egregio operasti ed operi contro Antonio, non te ne venga, anzichè lode di animo vigoroso, opinione di timidezza. Perchè se ti garba Ottavio, e che da lui si domandi la nostra salute, si parrà che tu non abbi sfuggito un signore se non per cercartene uno più benevolo [5]. E le lodi che tu gli dài per quello ch' ei fece, per buone te le passo; poichè se le merita quando abbia fatte quelle imprese per abbattere l'altrui potenza, non per carpirsela egli. Ma quando tu mi vieni dicendo ch' egli dee poter tanto, e che tanto tu stesso gli debbi concedere da esser duopo pregarlo a non volerci rovinati, una troppo strabocchevole mercede gli assegni per certo; poichè tu gli sei largo di tutto quello che sembra alla Repubblica aver per suo mezzo ottenuto. Non t'è corso per l'animo che se Ottavio è degno di qualche onore perchè combatte con Antonio, a coloro che sradicaron quel male, di cui cotesti non son che rimasugli, niente potrebbe donar mai il popol romano, che potesse i lor meriti compensare, se anche tutto mettesse insieme. E vedi, dacchè Antonio vive e sta in armi, quanto più presto gli uomini temono, che non si ricordano. Quanto a Cesare, tutto quello che si potè e si dovette, fu fatto, e oggimai non si può disfar

revocari in integrum potest. Octavius is est, qui quid de nobis iudicaturus sit, exspectet populus Romanus? nos hi sumus, de quorum salute unus homo rogandus videatur? Ego vero, ut istuc revertar, is sum, qui non modo non supplicem, sed etiam coërceam postulantes, ut sibi supplicetur. Aut longe a servientibus abero, mihique esse iudicabo Romam, ubicumque liberum esse licebit: ac vestri miserebor, quibus nec aetas, neque honores, neque virtus aliena dulcedinem vivendi minuere potuerit. Mihi quidem ita beatus esse videbor, si modo constanter ac perpetuo placebit hoc consilium, ut relatam putem gratiam pietati meae. Quid enim est melius, quam memoria recte factorum, et libertate contentum, negligere humana? Sed certe non succumbam succumbentibus, nec vincar ab iis, qui se vinci volunt: experiarque et tentabo omnia, neque desistam abstrahere a servitio civitatem nostram. Si secuta fuerit, quae debet, fortuna, gaudebimus omnes: sin minus, ego tamen gaudebo. Quibus enim potius haec vita factis aut cogitationibus traducatur, quam iis, quae pertinuerint ad liberandos cives meos? Te, Cicero, rogo atque hortor, ne defatigere, neu diffidas: semper in praesentibus malis prohibendis, futura quoque, nisi ante sit occursum, explores, ne se insinuent. Fortem et liberum animum, quo et consul, et nunc

punto. Ed è Ottavio figura da cui stia il popol romano aspettando quello che sul nostro voglia stabilire? Siam noi uomini di tal fatta della cui salute si debban far preghiere ad un solo? Quanto a me, per ribadir pure, mi son tale che, non solo non verrò a pregare, ma eziandio sforzerò coloro che pregano, a far sì che a lor medesimi si preghi. Oppur mi trarrò lungi dai servi, e stimerò d'aver la mia Roma là ovunque potrò essere libero; e avrò pietà di voi, a' quali nè l'età, nè gli onori, nè l'altrui valore non avran potuto menomare la golosia della vita. Ed io mi terrò sì fattamente beato, se pure in questo mio diviso rimarrò fermo per sempre, ch'io stimerò aver avuta piena mercede della mia carità. Perciocchè che altro v'è di meglio, che vivendosi contento della memoria delle buone geste e dalla libertà, le umane cose porre in non cale? Ma per mia fede non mai cadrò sotto a coloro che cadono, nè sarò vinto da quelli che vincer si lasciano; e proverò e tenterò ogni cosa, nè poserò mai dal sottrarre di servaggio la nostra città. Se la fortuna sarà al giusto seconda, tutti godremo: e se no, io pure godrò io. Perciocchè in quali azioni o in quai pensieri posso meglio passar mia vita, che in quelli indirizzati a liberare i miei concittadini? Io ti prego, o mio Cicerone, e ti esorto a non ti stancare, nè a gittar via la speranza; ad aver l'occhio, mentre frastorni i mali presenti, altresì ai futuri, acciocchè non ci trapelino, se prima non vi facciam riparo. Non vi può essere quel vigoroso e liber' animo, col quale e console e or conso-

consularis, rem publicam vindicasti, sine constantia et aequabilitate nullum esse putaris. Fateor enim duriorem esse conditionem spectatae virtutis, quam incognitae. Benefacta pro debitis exigimus. Quae aliter eveniunt, ut decepti ab his, infesto animo reprehendimus. Itaque resistere Antonio Ciceronem, etsi magna laude dignum est; tamen, quia ille consul hunc consularem merito praestare videtur, nemo admiratur. Idem Cicero si flexerit adversus alios iudicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio, non modo reliqui temporis gloriam eripuerit sibi, sed etiam praeterita evanescere coget. Nihil enim per se amplum est, nisi in quo iudicii ratio exstat, quia neminem magis decet, quam te, rem publicam amare, libertatisque defensorem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio, atque efflagitatione omnium. Quare non Octavius est rogandus, ut velit nos salvos esse: magis tu te exsuscita, ut eam civitatem, in qua maxima gessisti, liberam atque honestam fore putes, si modo sint populo duces ad resistendum improborum consiliis.

XXV. (A Brut. I, 18)

Argumentum. De exercitus in Italiam adducendi necessitate; de solicitudine sua in retinendo Octavio, pro quo sponderat pop. Ro.; de rei pecuniariae difficultate, et de Lepidi filiis.

lare la Repubblica difendesti, senza fermezza ed equabilità; perciocchè ho per certo essere a più duro partito una specchiata virtù, che una sconosciuta; esigiamo i benefizi siccome debiti, e que' sinistri che incontrano, come fossimo da loro gabbati, li rinfacciamo rabbiosamente. Epperò che Cicerone s' opponga ad Antonio, benchè gran lode si meriti, pure, avvegnachè console qual fu, par che debba darci al tutto un consolare sì fatto, niuno se ne stupisce. E lo stesso Cicerone, se rimettesse punto punto riguardo ad altri di quell' animo che con tanta fermezza e vigoria mostrò nel dar addosso ad Antonio, non solo strapperebbe a se stesso di mano la gloria del tempo avvenire, ma eziandio la passata farebbe ire in dileguo; perchè niuna cosa dir si può grande in cui la saldezza del giudizio non sia: dacchè a niun altro più che a te si addice amar la Repubblica e difender la libertà, sia per l' ingegno, sia per le azioni, sia per la brama e calda richiesta di tutti. Laonde non vuolsi già pregar Ottavio che ci voglia salvi; ma bensì è duopo che tu sproni viemeglio te stesso, sicchè tu pensi che allora sarà libera e a buoni termini quella città in cui sì grandi imprese facesti, quando rimangano al popolo capitani acconci a ribattere i divisi de' malvagi [6].

XXV.

(A Brut. I, 18)

Argomento. Della necessità di condurre l' esercito in Italia; della difficoltà di maneggiare Ottavio, pel quale s' era fatto mallevadore al popolo romano; della scarsezza di pecunia; e dei figliuoli di Lepido.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, VI Kal. Sext.

CICERO BRVTO S.

Quum saepe te literis hortatus essem, ut quam primum rei publicae subvenires, in Italiamque exercitum adduceres; neque id arbitrarer dubitare tuos necessarios: rogatus sum a prudentissima et diligentissima femina, matre tua, cuius omnes curae ad te referuntur, et in te consumuntur, ut venirem ad se a. d. VIII Kal. Sext. Quod ego, ut debui, sine mora feci. Quum autem venissem, Casca aderat, et Labeo, et Scaptius. At illa retulit, quaesivitque, quidnam mihi videretur: arcesseremusne te, atque id tibi conducere putaremus; an tardare, et commorari te, melius esset. Respondi id, quod sentiebam, et dignitati, et existimationi tuae maxime conducere, te primo quoque tempore ferre praesidium labenti et inclinatae paene rei publicae. Quid enim abesse censes mali in eo bello, in quo victores exercitus fugientem hostem persequi noluerunt? et in quo incolumis imperator honoribus amplissimis, fortunisque maximis, coniuge, liberis, vobis affinibus ornatus, bellum rei publicae indixerit? Quid dicam, in tanto senatus populique consensu, quum tantum resideat intra muros mali? Maximo autem, quum haec scribebam, afficiebar dolore: quod,

Scritta a Roma l'anno DCCX, a' 27 di Agosto.

CICERONE A BRUTO S.

Avendoti sovente pregato per lettere che venissi in soccorso della Repubblica, e conducessi in Italia l'esercito [1], nè credendo che di ciò i tuoi intrinseci movesser dubbio, fui pregato da quella prudentissima e diligentissima donna che è tua madre [2], la quale tutti i suoi pensieri rivolge a te e in te li finisce, ch' io mi recassi da lei ai 25 di luglio: ed io, come dovea, di botto. Giuntovi, v' eran pure Casca [3], Labeone e Scapzio. Ed ella propose e chiese di mio parere se dovessimo chiamarti, e se ciò ti fosse vantaggioso, o se fosse meglio ritardarti e tenerti a bada. Risposi quel ch' io pensava tornar più acconcio alla tua dignità e stima, che tu porti aiuto il primo tratto che puoi alla crollante e strabocchevole Repubblica. Perciocchè qual male pensi tu che manchi in una guerra in cui gli eserciti vittoriosi [4] non vollero perseguitare il nemico che fuggiva? ed in cui il supremo capitano illeso, onorato sfoggiatamente e colmo di fortuna, fregiandosi di una moglie, di figliuoli, di affini quali voi siete [5], mosse guerra alla Repubblica? E che dirò, se in tanta concordia del Senato e del popolo pur tanto male entro le mura s' annida? E mentre scrivo cotesto, un gran do-

quum me pro adolescentulo ac paene puero res publica accepisset vadem, vix videbar, quod promiseram, praestare posse. Est autem gravior et difficilior animi et sententiae, maximis praesertim in rebus, pro altero, quam pecuniae obligatio. Haec enim solvi potest, et est rei familiaris iactura tolerabilis: rei publicae quod spoponderis, quemadmodum solvas, nisi is dependi facile patitur, pro quo spoponderis? Quamquam et hunc (ut spero) tenebo, multis repugnantibus. Videtur enim in eo esse indoles, sed flexibilis aetas, multique ad depravandum parati: qui, splendore falsi honoris obiecto, aciem boni ingenii praestringi posse confidunt. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis. Quamquam quae temeritas est? magis enim illum, pro quo spopondi, quam me obligavi. Nec vero poenitere potest rem publicam, me pro eo spopondisse, qui fuit in rebus gerendis quum suo ingenio, tum mea promissione constantior. Maximus autem (nisi me forte fallit) in re publica nodus est, inopia rei pecuniariae. Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi: quod ex centesima collatum impudenti censu locupletum, in duarum legionum praemiis omne consumitur. Impendent autem infiniti sumtus, quum in hos exercitus, quibus nunc defendimur, tum vero

lore mi cuoce, che avendomi la Repubblica accetto per mallevadore d'un giovinetto [6] e quasi fanciullo [7], appena mi pare poter serbare mia parola. Ed è più dura e più difficil cosa, massime in bisogne di sì alto rilievo, lo obbligarsi per l'animo e l'opinione altrui, che per debito di denaro; chè questo si può sciogliere, ed è un lieve gettito della masserizia: ma le promesse alla Repubblica come potrai tu sciorre, se colui pel qual promettesti non ti dà mano egli medesimo? Comechè io mel terrò bene in briglia, come spero, a dispetto di molti. Perciocchè mostra che egli abbia buona indole; ma l'età è pieghevole, e molti acconci a storcerla; i quali sperano che con un barbaglio di falso onore si possa rintuzzare l'acutezza del bell'ingegno [8]. Epperò sull'altre m'è cresciuta questa fatica, di adoprar ogni argomento a tener il giovane, onde non incontrar la taccia di temerario. Sebbene che sorta di temerità? perciocchè io obbligai più stretto quello per cui promisi, che non me; nè può tornar grave alla Repubblica la mia promessa per colui che fu nelle imprese e di sua natura e per la mia parola più fermo. Il più grande imbroglio poi (se io non erro) nella Repubblica si è la scarsezza di denaro; perchè i dabben uomini ogni dì più s'istizziscono alla parola tributo, il quale raccolto dalla centesima [9], accresciuto per un balzello strabocchevole, fu tutto sciupato ne' premii di due legioni. Abbiam poi sul capo delle spese infinite sì per questi eserciti che or ci difendono, sì

in tuum. Nam Cassius noster videtur posse satis ornatus venire. Sed et haec, et multa alia coram cupio, idque quam primum. De sororis tuae filiis non exspectavi, Brute, dum scriberes. Omnino iam tempora (bellum enim ducetur) integram tibi causam reservant. Sed ego a principio, quum divinare de belli diuturnitate non possem, ita causam egi puerorum in senatu, ut te arbitror e matris literis potuisse cognoscere. Nec vero ulla res erit umquam, in qua ego non vel vitae periculo ea dicam, eaque faciam, quae te velle, quaeque ad te pertinere arbitrer. Vale. VI Kal. Sext.

XXVI.

(Ad Brut. II, 8)

Argumentum. Gravis et vehemens invectiva in Octavium, qui, subito commutata voluntate, optimatium et senatus partes reliquerat, et se ad Antonium contulerat.

Scr. Romae A. V. C. DCCX, ante Id. Quintiles.

CICERO OCTAVIO S.

Si per tuas legiones mihi licitum fuisset, quae nomini meo populoque Romano sunt inimicissimae, venire in senatum, coramque de re publ. disputare, fecissem: neque tam libenter, quam necessario. Nulla enim remedia, quae vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quae sunt

pel tuo [10]. Perchè sembra che il nostro Cassio [11] sen possa venire ben ferrato. Ma e di ciò e d' altro desidero parlarti a bocca e quanto prima. Quanto a' figliuoli della tua sorella, non aspettai che me ne scrivessi. Oggimai i tempi (dacchè la guerra va in lungo) ti lascian la cosa intatta. Ma io sulle prime, quando non potea indovinarmi la lunghezza della guerra, trattai in senato la causa de' ragazzi in quella forma che tu, credo, avrai risaputa dalle lettere di tua madre [12]. Nè mai vi sarà cosa al mondo, in cui io non faccia e dica per conto tuo, anche a rischio della vita, ciò che stimerò essere del piacer e vantaggio tuo. A Dio. Ai 27 di luglio.

XXVI.

(Ad Brut. II, 8)

Argomento. Potente invettiva ad Ottavio, il quale, voltata casacca, avea abbandonate le parti degli ottimati e del senato, dandosi in braccio ad Antonio.

Scritta a Roma l'anno DCCX, prima del 15 di Luglio.

CICERONE A OTTAVIO S.

Se m' avesser concesso le tue legioni, accanite nemiche del nome mio e del popol romano, venire in senato e discutere a bocca intorno alla Repubblica, fatto l' avrei; nè certo della buona voglia, ma per giocoforza. Perocchè nessun rimedio che alle ferite si vien applicando, così martoria, come quello che è salutare.

salutaria. Sed quoniam cohortibus armatis circumsaeptus senatus, nihil aliud vere potest decernere, nisi timere (in Capitolio signa sunt, in urbe milites vagantur, in Campo castra ponuntur, [et] Italia tota legionibus ad libertatem nostram conscriptis, ad servitutem addictis, equitatuque exterarum nationum distinetur): cedam tibi in praesentia foro, curia, et sanctissimis Deorum immortalium templis; in quibus reviviscente iam libertate, deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur, timet multa, assentitur omnia. Post etiam paullo, temporibus ita postulantibus, cedam urbe: quam per me conservatam, ut esset libera, in servitute videre non potero. Cedam vita, quae quamquam solicita est, tamen, si profutura est rei publicae, bona spe posteritatis me consolatur: qua sublata, non dubitanter occidam, atque ita cedam, ut fortuna iudicio meo, non animus mihi defuisse videatur. Illud vero, quod et praesentis doloris est indicium, et praeteritae iniuriae testimonium, et absentium sensus significatio, non praetermittam, quin, quoniam coram id facere prohibeor, absens prosim: si quidem mea salus aut utilis rei publicae est, aut coniuncta certe publicae saluti. Nam, per Deûm immortalium fidem (nisi forte frustra eos appello, quorum aures atque animus a nobis abhorrent), perque fortunam populi Romani (quae, quamquam nobis infesta est, fuit ali-

Ma dacchè assiepato il Senato da armate coorti, non vi si può tener discorso veruno, nè far altro che temere, le bandiere son fitte nel Campidoglio, per la città ronzano soldati, nel Campo Marzio si attenda l'oste, tutta l'Italia è zeppa di quelle legioni che furon a renderci la libertà coscritte, or ligie al servaggio, e da straniera cavalleria; io ti cederò sulla faccia del foro, della curia e de' templi dei santissimi Numi immortali; nei quali ripigliato già alquanto di vita la libertà, e poi di nuovo caduta, il Senato di nulla discorre, molto teme, e tutto acconsente. Poco appresso, così chiedendo il temporale, me n'andrò dalla città; cui non potrò vedere in servaggio, mentr' io ad esser libera l'ho conservata. M'uscirò di vita, la quale, comechè rangolosa sia, pure, se a giovar avesse alla Repubblica, mi consola con una buona speranza di posterità, toltami la quale io morrò fidatamente, e passerò in guisa che si paia aver fallito al giudizio mio la fortuna, non a me il coraggio. Ma quello che è indicio del presente dolore, e testimonio dell'oltraggio passato e significazione del sentimento de' lontani, lo tralascerò, sì ch' io da lungi non faccia alcun pro, dacchè di presenza mi è vietato; chè la mia salute o è utile alla Repubblica, o certamente congiunta alla pubblica salute. Percioechè, per gl'Iddii immortali (se forse non chiamo questi indarno, che hanno svolte da noi e le orecchie e il pensiero) e per la fortuna del popol romano (la quale, sebbene ora avversa ci sia, fu tuttavia una volta,

quando propitia, et, ut spero, futura est), quis tam expers humanitatis, quis huius urbis nomini ac sedibus usque adeo est inimicus, ut ista aut dissimulare possit, aut non dolere? aut, si nulla ratione publicis incommodis mederi queat, non morte proprium periculum vitet? Nam, ut ordiar ab initio, et perducam ad extremum, et novissima conferam primis, quae non posterior dies acerbior priore? et quae non insequens hora antecedente calamitosior populo Romano illuxit? M. Antonius, vir animi maximi (utinam etiam sapientis consilii fuisset!), C. Caesare, fortissime, sed parum feliciter, a rei publicae dominatione summoto, concupierat magis regium, quam libera civitas pati poterat, principatum. Publicam dilapidabat pecuniam, aerarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat civitates: ex commentario dictaturam gerebat; leges imponebat; prohibebat dictatorem creari plebiscito; ipse regnabat in consulatu: provincias unus omnes concupiebat. Cui sordebat Macedonia provincia, quam victor sibi sumserat Caesar, quid de hoc sperare aut exspectare nos oportebat? Exstitisti tu vindex nostrae libertatis, ut tunc quidem, optimus (quod utinam neque nostra nos opinio, neque tua fides fefellisset!), et veteranis in unum conductis, et duabus legionibus a pernicie patriae ad salutem avocatis, subito prope iam affectam ac prostratam rem publicam tuis

e sarà ancora, come spero, propizia), chi è mai sì strano d'ogni umanità, chi tanto nimico di questa città e di questi luoghi, che questa cosa o possa disinfingere, o non rimmaricarsene? e che quando per niun modo possa ai pubblici mali rimediare, non iscansi colla morte il proprio pericolo? Chè, per farmi da capo sino a fondo, e confrontar le ultime cose colle prime [1], qual dimane non fu peggiore dell'ieri? e qual fu quell'ora che alla precedente ora sugli occhi del roman popolo non apparisse più miserabile? M. Antonio, personaggio di animo smisurato [2] (deh foss'egli stato anche di savio consiglio!), dalla tirannia della Repubblica spiccato Caio Cesare, di viva forza, ma con poca ventura, bramava, più che libera città soffrir lo potesse, il regio comando. Scialacquava il pubblico denaro, succiavasi tutto l'erario, sminuiva le gabelle, donava città; la facea da dittatore giusta il commentario, ingiungeva leggi, vietava si creasse per plebiscito un dittatore; egli regnava nel consolato, egli solo agognava le provincie tutte. Da tale a cui venía del cencio dalla provincia di Macedonia, cui Cesare vittorioso s'avea presa per sè, che sperarci o che aspettarci dovevam noi? [3] Tu fosti il protettore della nostra libertà; cosicchè tu allora veramente ottimo (e fosse piaciuto al cielo che nè la nostra opinione nè la tua fede ci avesse ingannato!), raccozzati insieme i veterani, e richiamate due legioni dalla rovina della patria alla salute di essa, ritornasti a vita di colpo co' tuoi aiuti la Repubblica

opibus extulisti. Quae tibi non ante, quam postulares; maiora, quam velles; plura, quam sperares, detulit senatus? Dedit fasces, ut cum auctoritate defensorem haberet, non ut imperio se adversum armaret. Appellavit imperatorem, hostium exercitu pulso, tribuens honorem, non ut sua caede caesus ille fugiens exercitus te nominaret imperatorem. Decrevit in foro statuam, locum in senatu, summum honorem ante tempus. Si quid aliud est, quod dari possit, addat. Quid aliud est maius, quod velis sumere? Sin autem supra aetatem, supra consuetudinem, supra etiam mortalitatem tuam tibi sunt omnia tributa: cur aut ingratus crudeliter, aut immemor beneficii sui scelerate circumscribis senatum? Quo te misimus? a quibus reverteris? contra quos armavimus? Quibus arma cogitas inferre? a quibus exercitum abducis? et quos adversus aciem struis? Cur hostis relinquitur? civis hostis loco ponitur? cur castra medio itinere longius adversariorum castris, et propius urbem moventur? O me nunquam sapientem, et aliquando id, quod non eram, frustra existimatum! quantum te, populc Romane, de me fefellit opinio? O meam calamitosam ac praecipitem senectutem! O turpem exacta dementique aetate canitiem! ego patres conscriptos ad parricidium induxi: ego rem publicam fefelli: ego ipse senatum sibi manus afferre coëgi, quum te,

quasi sfinita ed agli ultimi. Quali cose, e prima che le chiedessi, e maggiori di quelle che tu le bramassi, e più di quante sperar ne potevi, non ti concesse il Senato? Ti diè i fasci, onde si avesse il suo difensore d'autorità fornito, non già onde tirarsi addosso bello e armato un padrone 4. Ti chiamò imperatore, scacciato l'esercito de' nemici, quest'onore accordandoti non già perchè quell'esercito fuggitivo messo in pezzi dalla sua strage te chiamasse comandante. Ti decretò nel Foro una statua, un luogo in senato, e sommo onore prima del tempo. Arrogi qual altra cosa vi ha che dar si possa. Che altro c'è di più grande su che vuoi por le mani? Che se poi e fuori d'età e fuor d'uso, e fuori ben anche della tua mortalità, tutte cose ti furon concedute, perchè o ingrato crudelmente, o dimentico del suo beneficio, scelleratamente imbrigli il Senato? Dove ti mandammo? d'onde ritorni? contra di chi t'abbiamo armato? A chi pensi tu portar guerra? da chi levi l'esercito? e quali metti contro l'oste? Perchè il nemico si abbandona? e il cittadino si pone nel luogo del nemico? perchè si mettono gli accampamenti in mezzo alla via lungi dal campo nemico, e vicino alla città? O il mal sapiente ch'io fui sempre, e talora inutilmente avuto per tale! quanto, o popol romano, t'ingannasti sul conto mio! O mia sciaurata e crollante vecchiaia! O turpe canizie, or che compiuta è la mia vita e folleggia! Io spronai i padri coscritti al parricidio; io ingannai la Repubblica; io stesso sforzai il Senato a sbranarsi, quando dissi che

Iunonium puerum, et matris tuae partum aureum esse dixi. At te fata patriae Paridem futurum praedicabant, qui vastares urbem incendio, Italiam bello, qui castra in templis Deorum immortalium, senatum in castris habiturus esses. O miseram, et in brevi tam celerem et tam variam rei publicae commutationem! Quisnam tali futurus ingenio est, qui possit haec ita mandare literis, ut facta, non ficta videantur esse? Quis erit tanta animi facilitate, qui, quae verissime memoria propagata fuerint, non fabulae similia sit existimaturus? Cogita enim Antonium hostem iudicatum, ab eo circumsessum consulem designatum, eundemque rei publicae parentem: te profectum ad consulem liberandum et hostem opprimendum, hostemque a te fugatum, et consulem obsidione liberatum: deinde paullo post fugatum illum hostem arcessitum, tamquam coheredem mortua re publica ad bona populi Romani capienda; consulem designatum rursum inclusum eo, ubi se non moenibus, sed fluminibus et montibus tueretur. Haec quis conabitur exponere? quis credere audebit? liceat semel impune peccasse: sit erranti medicina confessio. Verum enim dicam. Vtinam te potius, Antoni, dominum non expulissemus, quam hunc reciperemus! non quod ulla sit optanda servitus, sed quia dignitate domini minus turpis est fortuna servi. In duobus autem malis quum fu-

tu eri il ragazzo di Giunone [5], e il parto aureo di tua madre. I destini della patria ti predicevano un Paride, che dovevi metter la città a foco e fiamma, l'Italia a guerra; che avevi a porre il campo ne' templi degli Dii immortali, e nel campo il Senato. O miserabile cangiamento e precipitoso e vario della Repubblica! Chi sarà mai di tanto ingegno che possa scrivere queste cose per forma che finte non sembrino anzichè accadute? Chi sarà così pieghevole d'animo che non tenga in conto di favole quelle cose che una veracissima memoria andrà propagando? Perciocchè pônti a pensare Antonio giudicato nemico, da lui attorniato il console designato, e che esegniva i comandi della Repubblica; te ito a liberare il console e opprimer l'inimico; questo messo in fuga, quello dall'assedio liberato; poco stante aver tu il console cacciato in fuga, l'inimico chiamato, siccome coerede, spenta la Repubblica, a ghermirsi i beni del popol romano; il console designato rinchiuso di nuovo là dove non già con mura, ma con fiumi e monti si tenea difeso. Queste cose chi si studierà di narrare? chi oserà crederle? si perdoni l'aver peccato una volta: sia la confessione medicina di chi errò. Ma vaglia il vero. Fosse piaciuto a Dio che te padrone, o Antonio, non avessimo scacciato, anzichè ricettare costui! non perchè servitù alcuna sia desiderabile, ma perchè dell'uffizio di padrone è meno turpe la sorte del servo. E quando di due mali hassi a scansare il

giendum maius sit, levius est eligendum. Ille tamen ea exorabat, quae volebat auferre: tu extorques. Ille consul provinciam petebat: tu privatus concupisti. Ille ad malorum salutem iudicia constituebat, et leges ferebat: tu ad perniciem optimorum. Ille a sanguine et incendio servorum Capitolium tuebatur: tu cruore et flamma cuncta delere vis. Si, qui dabat provincias Cassio, et Brutis, et illis custodibus nominis nostri, regnabat, quid faciet, qui vitam adimit? Si, qui urbe eiiciebat, tyrannus erat: quem hunc vocemus, qui ne locum quidem reliquit exsilio? Itaque si quid illae maiorum nostrorum sepultae reliquiae sapiunt, si non una cum corpore sensus omnis uno atque eodem consumtus est igni; quid illis interrogantibus, quid agat nunc populus Romanus, respondebit aliquis nostrûm, qui proximus in illam aeternam domum discesserit? aut quem accipient de suis posteris nuntium illi veteres Africani, Maximi, Paulli, Scipiones? quid de sua patria audient, quam spoliis triumphisque decorarunt? an esse quemdam annos XVII natum, cuius avus fuerit argentarius, adstipulator pater; uterque vero precarium quaestum fecerit, sed alter usque ad senectutem, ut non negaret: alter a pueritia, ut non posset non confiteri: eum agere, rapere rem publicam, cui nulla virtus, nullae bello subactae et ad imperium adiunctae provinciae, nulla dignitas maiorum

maggiore, è più lieve la scelta. Colui tuttavia domandava ciò che prender volea: e tu lo strappi di mano. Colui console chiedea la provincia: tu privato l'agognasti. Colui a salute de' malvagi tenea ragione e dava leggi: tu a rovina degli ottimi. Colui difendea il Campidoglio dal sangue e dall' incendio de' servi: tu vuoi col sangue e colle fiamme dileguar ogni cosa. Se quegli che dava provincie a Cassio, a Bruto, e a quei guardiani del nome nostro, regnava, che farà colui che a quelli rapisce la vita? Se colui che dava altrui lo sfratto dalla città era un tiranno, come chiameremo costui che non lascia nemmen un cantuccio per esilio? Pertanto se quelle sepolte reliquie de' nostri maggiori serban fiore d'intendimento, se insiem col corpo non viene altresì consumato dal fuoco medesimo ogni senso, che cosa risponderà alcuno di noi che più presto scenderà in quell'eterna magione, a questi domandanti che mai si faccia ora il popol romano? o qual novella de' lor posteri riceveranno quegli antichi Africani, Massimi, Paoli, Scipioni? che cosa udranno della lor patria, cui fregiarono di spoglie e di trionfi? forse esservi talun di diciasett' anni, il cui avo era un argentiere, il padre un sensale: ed entrambi poi faceano un precario accattare, ma l'uno sino alla vecchiezza per non negare, l'altro dalla fanciullezza per non poter non confessare: e costui attendere a metter la Repubblica a ruba, al quale niuna virtù, nessuna provincia in guerra soggiogata, niuna dignità de' maggiori diè quella po-

conciliasset eam potentiam, sed forma per dedecus, pecuniam et nomen nobile consceleratum impudicitia dedisset: veteres vulneribus et aetate confectos Iulianos gladiatores, egentes reliquias Caesaris ludi, ad rudem compulisset? quibus ille saeptus omnia misceret, nulli parceret, sibi viveret; qui tamquam in dotali matrimonio rem publicam testamento legatam sibi obtineret. Audient duo Decii servire eos cives, qui, ut hostibus imperarent, victoriae se devoverunt. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere voluit, nisi pudicum. Audiet Brutus eum populum, quem ipse primo, post progenies eius a regibus liberavit, pro turpi stupro datum in servitutem. Quae quidem, si nullo alio, me tamen internuntio ad illos celeriter deferentur. Nam si vivus ista subterfugere non potero, una cum istis vitam simul fugere decrevi.

tenza, ma una svergognata avvenenza, regalò denaro, e un nobile nome bruttato d' impudicizia; e i vecchi Giuliani gladiatori sfiniti per ferite e per età, miserabili reliquie dei giochi di Cesare, aver cacciati alla bacchetta? da' quali egli assiepato messe tutto a soqquadro, a niuno perdonò, fece buon tempone; che si scroccò la Repubblica come in dotale matrimonio lasciatagli per testamento. Udranno i due Decii che servono quei cittadini i quali a far che comandassero a' nemici, essi si sacrificarono alla vittoria. Udrà C. Mario che noi serviamo ad un signore impudico, egli che non tollerò nemmeno un soldato impudico. Udrà Bruto quel popolo ch' egli il primo, e quindi la schiatta di lui dai re liberò, posto per una sozza bagasceria in servaggio. Delle quali cose, se non alcun altro, certo io di corto sarò loro ambasciatore. Perciocchè se vivo non potrò a queste cose sottrarmi, ho fermo di fuggirmene come da esse altresì dalla vita.

ANNOTATIONES

IN EPISTOLAS

QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

DCCXC.

1 Schütz de I. F. Gronovii coniectura: *n. m. ornandi tui, sed ne laudandi quidem.*

2 Amb. 15 et ed. Lambini: *hoc ingenii.*

3 Missi ad Antonium a senatu, ut Mutinae obsidionem omitteret. Confer Phil. V, 10 et 11; VI, 2 et 6; VIII, 10 et XII, 5. Missi sunt Ser. Sulpicius, L. Piso et L. Philippus.

4 Supple, Antonius.

5 Ernestius coniecit et Schützius edidit *defendendi.*

6 Amb. 15 et ed. Asc. 1 addunt *cognoscere:* nimirum ex interpolatione.

7 Opinor esse, qui nominatur ep. CXLII, 9. *Manut.*

8 Amb. 6 *Eam.*

9 Ambb. plures *Facias:* minus recte, etiamsi non desunt exempla.

DCCXCI.

1 Idest Valeria Paulla, uxore tua. *Polla* autem et *Paulla* dicebant veteres ἀδιαφόρως (promiscue), ut *Caupo* et *Copo*, *aula* et *olla*, *plaustrum* et *plostrum*, *Claudia* et *Clodia*, *Plautius* et *Plotius*. Vidit Lambinus. Mox mss. aliquot cum edd. pr. et eiusdem Lamb. *misit ad me.*

2 Lamb. et Ernestius *quod*, ut supra semper; e. c. ep. CCII, 2. Tu vide ep. DCCXVII, n. 3.

3 Edd. pr. *denuntiabatur.*

4 In nostris omnibus plene, *senatum populumque Rom.*

5 Rectius edd. pr. cum Lamb. *A. est enim.*

6 C. Iulio Caesare interfecto. *Regno*, scilicet dominatu Antonii. Amb. 15 et edd. pr. *ante rege.*

7 Ed. Ro. et tres nostri *an. hom. occupavit;* at 7 *occ. omnium an. hominum.*

8 Octavianus, quem iam profectum ad Mutinam obsidione Antonii liberandam coniicere licet. Suum vocat, quod, ut animadvertit Ernestius, ipse eum amabat et iuverat maxime.

DCCXCII.

1 Ad caedem Caesaris, quam *epulas* appellat ep. seq. *Reliquiarum nihil fuisset*, hoc est, neque Antonio pepercissem.

2 Tuae scilicet, et M. Bruti. Lamb. *nunc reliquiae nos exercent;* fortasse ob seqq. *et quidem praeter ceteros me:* Vulgatum explanari potest: Nunc Antonius, quem conservastis, me exagitat; me, inquam, prae ceteris.

3 Sic qui minores gerunt magistratus, hi sunt fortissimi. Innuit quaestores et aediles. Pal. pr. Grut. Herv. et duo Ambb. *in infimo — honore*, quod placebat Graevio provocanti ad Flor. III, 20, 8: *In honore virium gladiator.*

4 *L. Philippo*, vitrico Octaviani; *Pisone*, C. Caesaris socero. *Legatis*, ad ep. DCCXC, n. 3.

5 Sic Schützius ex coniectura I. F. Gronovii. Vulgo *nuntiarent.* Nempe iuberent, eum abstinere Mutina, et dimittere exercitum, ut legitur Phil. VIII, 8 et XII, 5.

6 Philipp. VIII, 8, 9, 10. *Schütz.*

7 Sic cod. Rec. aliique, edd. Med. Benedicti, Ios. V. Clerici et Orellii; et sic ep. DCCCXLIII, 4 *ire in Syriam.* At Graevius, Ernestius et Schützius non sine libb. *esse in Syriam:* quod recte dictum defendit Ernestius ex locis ep. DCCX, 1: *quo die in Tusculanum essem futurus;* et Svet. in Aug. c. 16: *in conspectum fuisse:* ubi vide Burmann. Lambinus aliique *esse in Syria,* ut in ep. DCCXCIV.

8 In Macedonia.

9 Iocus est elegans in his verbis. Nam senatus ademtam Dolabellae Syriam Cassio dederat; Dolabella vero ita in Syriam iverat, quasi Cassio legitime successurus. Qua de re non insulsi nec infaceti homines nimium cito Dolabellam Cassio succedere cavillabantur: itaque recipiendum omnino non esse, quoniam legitimum tempus, quo Cassius decedere deberet, exspectare noluisset. *Manut.*

10 Certum erat apud omnes.

11 Decem et septem legiones, dicit Vell. II, 65: qui etiam, quomodo comparassent, his verbis narrat, c. 62: « Quippe « M. Brutus et C. Cassius profecti urbe atque Italia, in- « tento ac pari animo, sine auctoritate publica, provin- « cias exercitusque occupaverant, et ubicumque ipsi es- « sent, praetexentes esse rem publ., pecunias etiam, « quae ex transmarinis provinciis Romam ab quaestori- « bus deportabantur, a volentibus acceperant. »

DCCXCIII.

1 Ep. DCCXII. Ed. Med. *C. Trebonio.*

2 H. e. reliquiis; scilicet Antonio; ep. sup.

3 Amb. 6 *Ut unum illud.* Mox *beneficium*, intelligit mortem Caesari illatam.

4 Sic ep. DCCVI: *Idus Martiae magnum mendum continent:* quod scilicet una cum Caesare Antonius quoque sublatus e medio non fuerit.

5 Seorsum ab Caesare ductus est, ut ep. CCL, 8 a med. *seducit me Scaptius;* et *seductus* intelligitur *Antonius* Quod si coniungere malis *seductus est haec pestis:* quum *haec pestis* sit Antonius, ut ep. CXLVIII, n. 74 de Clodio *illa furia muliebrium religionum, qui* etc., per me licet. Eodem modo Fr. Petrarca de Laura, son. 172:

Ivi è quel nostro vivo e dolce sole;
Forse . . . Oh che spero! il mio tardar le duole.

6 Antonius, senatu coacto, quum de re publica relaturus esset, allato nuntio de defectione legionis IV, mente concidit, et repente e senatu evasit; Philipp. III, 9 extr.

7 Amb. 13 *cocassent.* Mox *deque alia re*, de praesidio consulibus designatis, Hirtio et Pansa, concedendo; ep. DCCLXXVII. Vidit Corradus.

8 Servius Sulpicius in legatione ad Antonium (ad epist. DCCXC) Mutinam obsidentem periit; Phil. IX, 1 et ep. seq.

9 Marci Antonii; ep. DCC, n. 10.

10 Octavianus; ep. DCCLXXVIII. *Egregius puer C.* nostri omnes et edd. pr. cum Lambino. Notat Graevius, indignissime tulisse Octavium, se puerum appellari, et inter praecipuos praetextus bellorum civilium hunc fuisse, teste Dione, lib. XLVI, 41. Hinc senatum decrevisse, ne Octavius vocaretur *puer*, ut notavit Servius ad Virg. Ecl. I, v. 43. Annum XIX agebat Octavius.

11 Ambb. 2 et 13 *habeo.*

12 Ad. ep. DCCLXVI. n. 5. *Ad eius*, nimirum Octavii.

DCCXCIV.

1 Dicebant omnes, *te esse in Syria*, te habere copias, quia cupiebant, rem ita esse.

2 Macedoniam (ad ep. DCCXCII), Illyricum, Graeciam, legiones, exercitus, equitatum in consulum, senatus, populique Rom. potestate retinuit; lege Phil. X, 4 sqq. *Corrad.* Mox ed. Vict. Fior. 1558 apud Orellium *tum gratiores:* fortasse ex coniectura.

3 Amb. 6 *nisi quid me fallebat;* qui cum edd. pr. et Lambino infra habet *res sic se h.* Tum idem Lamb. et noster 12 *ut omne totius belli*, et 13 infra *in D. Bruto esse positum.*

4 Correctionem Lambini, Ernestii, Benedicti, Schützii et Orellii expressi. Ceteri libri *nihil belli reliqui:* quo modo nemo loquitur

5 Ambb. quinque et edd. pr. *compararat:* Lamb. et Graev. *comparat*, quod etiam Orellius tuetur, exponens: D. Brutus obsidebatur, Hirtius erat Claternae tum, quum postremas ab iis literas accepimus: nunc hic Pansa magnas copias comparat. Ernestius e coniectura *comparabat;* quod Schützio probavit.

6 Quonam beneficio Transpadani se in clientelam Cassii contulerint, non vidi scriptum.

7 Turpissimos consulares dixit epist. DCCXCII; cf. epist. DCCLXII. n. 22. Mox eadem laus firmi hominis data est Caesari in ep. DCCLXII.

8 Intellige senatores, qui consulatum non gesserant.

9 Quae flumine Rubicone et Macra terminabatur. Itaque Transpadani, quos paullo supra nominavit, extra Italiam erant.

DCCXCV.

1 Non eum, qui ep. CCCVI Terentiam et Tulliolam salvere iubet, neque Sempronium, neque Mescinium; sed alium quemdam, puto, ignotum ferme Ciceroni.

2 Quia consilia de opprimendo Cicerone inita Rufus ad Paetum detulit, Paetus ad Ciceronem scripsit. *Manut.*

3 Scilicet, tuas literas primum, de consiliis de me opprimendo initis, suspicionem dedisse; ex quo mihi cavere, et diligentiam adhibere coepi.

4 Ab Antonio. *De me, de* exponit Passeratius (Praelect. ad Propert. lib. IV, p. 614) per *in*, pro contra; firmatque loco e Philipp. XIII, 16: *De quibus lata* lex *est*, pro *in quos;* et illo Virg. Aen. VI, 502: *Cui tantum de te licuit.* Verburg.

5 Acerbissimis in Antonium Philippicis.

6 Orellius, auctoritate edit. Vict., Flor. 1558, *commendatione non eget;* sic et edd. pr. habent.

7 Confer ep. CDLVI. Mox De Franciscis *ire desisse.*

8 Amicos invitare ad cenam.

9 Hirtium et Dolabellam splendide cenantes. Mox Dresd. 3 *nunc te futurum*, ut volebat Ernestius.

10 Augur. *Corrad.* Qui Caesarem monuerat, ut caveret Idus Martias, quibus interfectus est. *Lallem.*

11 Festive.

12 Frigus nocturnum, quod revertenti a cena subeundum erat. *I. Fr. Gronov.* locus omnino subest occultus de fastu et insolentia tyrannorum satellitum, ut vidit Gronovius, quos optimus quisque non ferebat. *Cort.*

13 Orellius ex multis codd. *nihil est aptius;* edd. pr. *nihil enim aptius;* Lamb. aliique *nihil enim est a.*

14 Vulgo additur *idest compotationes aut concenationes:* ineptissimum emblema, quod recte Ruhnkenius (ad Vell. Paterc. p. 144) eiiciendum esse censuit. *Schütz.* Abest ab Amb. 15, qui contra addit *appellaverunt.*

DCCXCVI.

1 Intelligitur ep. DCCLXXXIX. *Schütz.* Tum *eodem exemplo*, eadem forma, iisdem verbis, vel eodem conceptu.

2 Amb. 15 *argumentum.*

3 Lamb. cum Palat. sext. *ad me tuae exspectatissimae literae.* At Amb. 13 *ad me mihi exspectatissimae literae tuae.*

4 Insolentiam locutionis indicavit Ernest. Alibi semper *in me contulisses*, vel *erga me habuisses.*

5 Amb. 12 *ad meam sent.*, sed *ad eam sententiam* est ad eum necessitudinis et benivolentiae sensum, de quo paullo supra.

6 Sic nostri ad unum omnes et alior. cum vulg., respicientes non ad *commemoratio* tantum, sed ad omnia, quae vocem illam comitantur. At Lamb. et Oliv. *attulerat.*

7 Ambb. quatt. aliique et ed. Iens. *eoque maior — quo.*

8 Supra, Amb. 15 *non te hortor;* et hic loci Amb. 7 *sed etiam atque etiam oro.* Mox Lamb. *iis literis.*

9 Quinque nostr. Amst. Ment. Gracv. sec. Stewech. et edd. pr. *maioris fructus.*

10 Distinxi cum Victorio et Madvig. I, pag. 170. Ceteri perverse: *Adhuc enim patitur — dicere. Fortuna.* Orellius.

11 Erat enim consul designatus.

12 Sic primi ediderunt Lamb. et Ernest., corrigentes ex epp. CDLXXIII, 1 et DCCCLIV extr. vulgatam lectionem *id erit totum et proprium tuum.* Saltem deberet esse

totum tuum et proprium, ut pro Marcello 2 extr. Ed. Rom. et tres nostri cum Rec. *totum et proprium et tuum*. Perverse, ut vidit ipse Ernest. Debebat esse *et tuum et proprium*.

13 Abest vox *civium* a 15, sed male. Sermo est proprie de civibus, qui Romae Antonium vident. *Latronibus*, cf. ep. DCCXCIX.

14 Nostri omnes, praeter sec., et edd. pr., *ut et proprium et a.*, quo modo edidit Benedictus.

DCCXCVII.

1 Amb. 7 *Cassius*, sine praenomine, ut alibi; et ed. Med. *C. Cassius imp.* Dicitur *Procos.*, non quia ex consulatu in provinciam exisset, sed quia consularis erat provincia, quam administrabat. Ita Corrad. et Manutius.

2 L. Statium Murcum (ep. CDXLII), et Q. Martium Crispum, viros praetorios, tunc in Syria procoss. et impp.; etsi Crispus Bithyniae praefectus fuerat. *Corrad.*

3 Contra Antonium et Dolabellam, et pro ipso Cassio, tradita illi Syria SCto; Epitome Liviana lib. CXXI. *Manut.*

4 Ad ep. DCLXXXVI.

5 Legatus Dolabellae; Phil. XI, 12 et 13. Verba omnia *quatuorque leg. — traditas — esse scito* absunt a tribus Ambb. Equidem vox *scito* melius hic et paullo superius abesset; nam manifeste inculcata est a supp. *profectum esse scito*. Hic loci omisit Lambinus, paullo supra tacite Orellius. Alienum legiones quatuor ab Aegypto reduxisse, auctor est etiam Appianus Bell. Civ. III, 78 et IV, 59.

6 Amb. 6 *cohortatore*; 12 *hortatione*.

7 Hoc, quod habent recentiores edd., fluxit a codd. Vat. Hitt. et ed. Vict. In nostris omnibus, in edd. pr. et Lamb. *quantum opus est*.

8 Nostri quatt. *nobis non deesse:* at Rec. et ed. Med. *nobis senatuique n. d.*

DCCXCVIII.

1 Caesar, Parthicum bellum cogitans, et magistratus per triennium creavit, et provinciis rectores dedit; et aliis quidem alios, Hispaniis vero duabus duos, Lepidum citeriori, Asinium ulteriori. Asinius, vivo adhuc Caesare, in provinciam ivit; Lepidus ad urbem mansit. Post Caesaris necem, ubi Antonium, Lepidum, Octavianum coniunctos vidit, ad eorum partes cum duabus legionibus se contulit, primum fortunam secutus, deinde amicitia quoque permotus Antonii. *Manut.* Is est et orator et *omnium horarum homo* dictus, qui patavinitatem in Livio, vitia orationis in Cicerone notavit, et qui primus bibliothecam Romae publicavit. Vidit idem Manutius.

2 Hitt. et Pal. sex. *mirum debet;* Lamb. *mir. d. tibi.*

3 Supple, tabellariis. Nequaquam tantam moram affert literis et detinet tabellarios; ut Ter. And. III, 1, 9: *Sed sequere me intro, ne in mora illi sis.*

4 Antonianorum scilicet et rei publicae.

5 Sic Lamb. Graevius, Ern. et Orellius. *Moveare* Schütz et I. V. Clericus cum edd. vett. Sed obstant seqq. *adeo est enim invisus mihi,* ut recte iam Ern. vidit. Mox *eius* rectius puto de Antonio intelligi debere cum Manutio, quam de Lepido, aut Balbo cum Ern. aliisque.

6 Weiskius coniiciebat legendum *vivere.* Mox Amb. 3 *proinde ut;* 13 *perinde ut;* quod malim.

7 Ambr. 15 *invisus, nihil ut mihi.*

8 Inter Iul. Caes. et Pompeium. Rem Pollio paullo altius

repetit, ut se a suspicione consensionis cum rei publ. inimicis purget.

9 Ambb. 7 et 13 *ullius partis esse;* male. Mox Io. Fr. Gronovius corrigebat *qui utrobique.* Sensus est: Quum necessario alterutrius partis esse deberem, scilicet, vel Pompeii, vel Caesaris; quumque magnos in utraque parte inimicos haberem; fugi ea castra potius, in quibus maximos habebam. Notat castra Pompeii.

10 Explanant vel M. Catonem, quem Asinius annos natus XIX accusaverat (Tac. in Dial. de Orat. 34, ubi corrigenda est vitiosa lectio *C. Catonem*), vel Labienum, a quo Pollio fuerat accusatus, ut testatur Quint. I, 5, 8, et IV, 1, 11.

11 In C. Caesaris castra, sive partes. *Ne in extremis*, scil. abiectissimis militibus adnumeratus. *Pericula — adii*, callide dictum, pro pugnavi in castris Caesaris; ergo contra rem publicam.

12 Cod. Zel. B et ed. Ro. *probaret.*

13 Explano: *Quod iussus sum* gerere, id eo tempore atque ita gessi, ut etc. Loco τοῦ *atque* alii alia reponunt: Lambinus *id;* Gron. ad Liv. XXVI, 39 et ad Tac. Hist. III, 17 *statim*, vel *continuo;* cod. Hitt. *atqui;* de Franciscis vero delet.

14 Odium adversus me iniuste concitatum. *Graev.* Iniuste autem, quia invitus feci et sub potestate constitutus.

15 Lamb. sine necessitate *defugiam.*

16 Antonium et Dolabellam significari putat Manutius, anno praeterito consules; Hirtium et Pansam, altero iam mense consulatum administrantes, Ernestius. Nos Manutio accedimus: hinc *post Idus Martias* intelligimus cum Corrado, post mortem Caesaris. Mox omnes nostri, Zel. B cum edd. pr. et Lamb. *neque literis suis.*

17 Scribere, *me et exercitum in senatus potestate futurum*,

ut volebat Pansa. Sed potius tegendum fuit consilium, ut Antonium et Lepidum fallerem. *Corrad.*

18 Hispaniam citeriorem, et (ut scribit Dio lib. XLIII extr., et XLVI, 55) Narbonensem Galliam; quod etiam confirmatur ep. DCCCXXXIII.

19 Sic Amb. 13, Lamb. et vulgo. Cet. Ambb. cum Vict. aliisque vett. *ne vocabit.*

20 Cum Lepido et Antonio. Est correctio Manutii, quam secuti sunt Lamb. Ernest. et recentiores. Reiecerunt tamen Graevius et Cortius, qui antiquum induxerunt *conciones.* Assentior primis; quod et coniectura Manutii confirmatur a nostro 15 aliisque aliquot, et sensus illud postulat.

21 Mss. Stew. et Amb. 6 *existimare:* numerosius certe. Olim *putare esse;* sed *esse* deleverunt Graevius ex cod. Amstel., cui noster 15 adhaeret, et postea Ernest. ceterique. Veterem lectionem revocavit Orellius.

22 Cornelium Gallum; ep. DCCCXLVIII, extr. *Corrad.* Mox *tuorum numero habes* legunt omnes libri scripti, et passim occurrunt exempla, ut ep. CCCXCVIII, 3; Verr. II, c. 54; Varr. R. R. I, 17, 6. Lamb. *in tuor. num. h.:* aeque bene.

23 Hanc lectionem multi bonae notae codd. tuentur apud Schützium, et nostri duo. Vulgo *quaeres;* cuius exempla vides in ep. ad Catonem CCXXXVIII, 2: *Quaeres — quid sit, quod tanti aestimem.*

24 Sic recepi ex Rec., ex nostris mss. et aliorum fere omnibus cum edd. vett. Lamb. et Orellio. Alii *recessurus,* quibus favet Pal. sext.

25 Lambinus *miror;* et infra *manendo in provinciane:* cui suffragari videntur nostri aliquot legentes *in provinciam;* utrumque tamen sine necessitate.

26 Edd. pr. *quas Pansa mihi misit.*

27 Codices aliquot *exemplum*. Mox cod. Hitt. *XI Kal.* Tum *Corduba* edidi cum Lambino, Graevio et Orellio, quemadmodum editur in ep. DCCCXLVIII, extr. Vulgo *Cordubae*.

DCCXCIX.

1 Deest *que* in pluribus mstis tum nostris, tum alior., ex quo Graevius coniectabat legendum *populo plebique Rom.*

2 Ep. DCCCI. Tres nostri cum ed. Ro. *recitatae sunt lit.*

3 Te pacem suadere in iis literis dicebas. Cod. Rec. *amator e.* Mox *collega tuus*, D. Brutus cum Planco consul designatus, Mutina a M. Antonio eiusque foedissimis asseclis obsessus; epp. DCCXCIV et DCCCXVII.

4 C. Plancio, de quo vide epp. DCCXXXVIII, DCCLI, DCCCXVII circa fin., DCCCXX, DCCCXXXIV, 3. *C. Furnio*, illo ipso Planci legato, qui supra dicitur *Furnius noster*. Mox Lambinus *et C. Furnio*.

5 Vulgatum retinuimus, etsi nostrorum aliquot aliorumque et edd. pr. legunt *mi Plance*. Lamb. utrumque *mihi, mi Plance*.

6 Caesarianis. Nostri omnes *ab his*, et infra codd. aliquot et edd. pr. cum Lamb. *vincula*.

7 Amb. 6 et aliorum aliquot *exstiterit*. Tum Olivetus et Lamb. *animo — in r. p. consulari;* quibus etiam codd. aliquot favent; itaque recepi cum Orellio. Vulgo *a. — in r. p. consularis*.

8 Amb. 7, Zel. B et Rec. *diiungas:* et mox Lamb. et Orell. *deinde te senatui;* sed *te* ad satietatem inculcatum supra est: *te esse, te seiungas*.

9 Sic bene Lamb. Vulgo *etiam et consul:* sed *et* abest ab omnibus nostris, et est ineptum, quia deest etiam phrasi

superiori, *non modo consul.* At Amb. 6 *magnus et consul.*

10 Pal. sex. Lamb. Oliv. et nuper Orell. potissimum ex ed. Vict. 1558 *tum.*

11 Ernestius *quae tu experiendo;* quia praepositionem non agnoscebat eius mstus et ed. Med., et Cicero in hac forma non addit. Tum ipse Ern. *in ea rat.;* sed *in* hoc loco non agnoscunt tres nostri aliique, et omiserunt Lamb. et Orellius. *Ea ratione* est, eas res agendo.

12 Amb. 14 *Dat. XIII;* 6 *D. III;* et 15 *D. XIIII.*

DCCC.

1 Ed. Med. *M. Lepido.*

2 Lamb. *pro mea summa.*

3 Duo Guilielm. Rec. Zel. B et tres nostri cum ed. Med. *quum esses quotidie ab eo ord.* Mox *summis honoribus*, h. e. supplicatione ei decreta (Philipp. III, 9), post etiam triumpho (Phil. XIII, 4, 5) et statua equestri inaurata; de qua Phil. V, c. 14, 15, ut Manutius iam vidit.

4 Sic Victor. codd. Hitt. et Pal. sex. At nostri omnes, Rec. Zel. B et edd. pr. cum Lamb. *Pacem eam si.* Mox Ernest. *seiunges*, e coniectura: ei tamen favet Stewech. Ex nostris unus 7 *seiungas.* Literae Lepidi de pace memorantur in ep. DCCXIX, et Phil. XIII, 4.

5 Vnde proelio Mutinensi deiectus erat. *Manut. Hominem*, intellige Antonium. *Impotentissimi*, scil. effrenati dominatus, verbo ab homine ad rem translato. Vide epist. CDLXVIII, not. 16.

6 Sic Ernest. ex mstо suo, item Gu. 2 et ed. Med., quibus adde ed. Ro. In aliis omnibus, tum mss., tum edd. abest *esse.*

7 Hitt. et Pal. sex. Stewech. et nostri quinque *faceres* —

interponeres: quod utrumque probavit Graevius, notatus ab Ernestio, qui *feceris* esse dicendum monuit. At *feceris* bene cohaeret cum *seiunges*, quod volebat idem Ernestius; *faceres*, *interponeres*, cum *seiungis*, ut vulgo editur. Infra Graevius *nec populo*, *neque cuiquam b.*

DCCCI.

1 Sane annus iam a morte Caesaris praecesserat, et Antonius Brutum Mutinae obsidebat, quum Plancus adhuc exercitum suum ad subveniendum patriae periclitanti non movebat; ideo apud omnes male audire coeperat. De eo ait Velleius Pat. II, 63: *Plancus dubia, idest, sua fide, diu, quarum esset partium, secum luctatus, ac sibi difficile consentiens, et nunc adiutor D. Bruti designati cos. collegae sui, senatuique se literis venditans, mox eiusdem proditor* fuit.

2 Amb. 15 *sequenti:* Tum Amb. 6 et Zel. A *illi pollicendum.*

3 Suspensionem quidem admittit, sed in ea culpam esse negat. *Optimae mentis cogitata*, etc., sed optimum propositum, quod semper habui, volui opportuno et commodo tempore manifestare.

4 Significat Cn. Pompeium Magnum, qui adolescens magnos honores habuit, quod pro re publ. contra Sullam stetit, ceterosque, qui Phil. V, 16 et seqq. nominantur; sed praecipue Caesarem Octavianum, de quo plura loco cit. et Phil. XI, 8.

5 Sic, praeeunte et corrigente Lambino, recentiores omnes, praeter Graevium. Mss. omnes corrupte *magna in spe.*

6 Ambb. duo *temperassem.*

7 Quasi dicat, qui perdita fortuna sunt, qui flagitiose vi-

vunt, qui spe vel honoris vel commodi nulla tenentur, ii novas res quaerere consueverunt. Vidit Manutius.

8 Puta, servitutem ab Antonio. *Perniciosum*, libertati rei publ.

9 Codd. *aliquantum nobis temporis, et magni laboris, et multae impensae opus fuit*, vel *opus fuerunt*. I. Fr. Gronovius correxit ex ingenio *labores*, et sic nunc editur. At Schützius ex Weiskii coniectura *aliquantum nobis temporis opus fuit*, ceteris deletis.

10 M. Antonium significat.

11 Antonio consule. *Manut.* Tum *concessionibusque*, scil. ab Antonio cons.; confer ep. DCCXI circa med.

12 Sic cum edd. vett. Lambinus et recentiores, praeter Graevium. Codices multi cum Graev. et Victorio *eliciendae;* quod Ernestius improbat hoc pacto, quod *elicere* est educere id, quod iam inest: inesse vero provinciarum Galliae finitimarum administratoribus bonas voluntates, dicere non audemus. *Reliquorum*, significat Asinium Pollionem Hispaniae, et Lepidum Galliae Narbonensis administratores.

13 Malui, inquit, plures socios habere, indeque minorem laudem adipisci eius victoriae, quam cum paucis (loquitur de Antonianis), ut maiorem gloriam, si recte res cessisset, consequerer, partiri et dividere victoriam. *Victor.* Infra idem Victorius ex corrupta voce *patiremur* in vetustis exemplaribus reperta correxit *partiremur*. Hanc coniecturam confirmant Palat. sext. et Hittorp., teste Gebhardo. Guilielmus coniiciebat *potiremur*. Rec. *paraeremus;* edd. pr. *pateremur:* aliqui etiam *pareremus*, ex coniectura, teste Lambino.

14 Intellige sociorum, non populi Rom. Mox Amb. 15 *proferremus*.

15 Lamb. et nostri duo *Itaque*, cum edd. Ro. et Iens.

16 Quod non erat: *dissimulasse*, quod erat. Vide Sall. Cat. 5.

17 Decimi Bruti; ad ep. DCCXCIX.

18 Tres codd. *rectius*, facili in mss. mutatione.

19 Substantive capiendum (ut ad ep. CCLXXX, 2) monuit Ernestius, qui tamen *summe* cum Gebhardo et Guelf. 1, 2 praeferebat. Hoc summa contentione recepit Schütz. Vid. epp. DCCCXII, 2; DCCCXL, et ipsum Plancum in epp. DCCCXXXIV post init. et DCCCLIV ante med. Lamb. *rei summae:* Amb. 2 *rei familiaris summae.* Tum multi codd. scripti et edd. pr. *defendendae* cum I. V. Clerico.

20 Lamb. *simus:* non ita bene: sermo enim esse potest de tempore, ut monuit Ernestius. *Ab omni re paratiores*, elegans locutio, quae occurrit etiam in ep. DCCCXVIII *ab equitatu firmus:* Sallustii Iug. 48 *vastus ab natura*, et Caelii ep. CCXXV sub init. Supra, Ambb. fere omnes *Deorum benignitate*, scil. ex interpretatione.

21 Volumus, ut de nobis tuto iudicent. Vid. ep. CCCXIII med. et Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 18, qui etiam *explorato* defendit.

22 Idest, ut suo erga rem publ. officio satisfaciat. Mox *hae gentes*, Galli Cisalpini. *Quarter.*

23 Delet *ita* Schütz ex coniectura; sed cf. ad epistolas CXXXIII ante fin.; CLXI, CLXIII et CCCXXXIV init. Mox Rec. et edd. Med. Lamb. et Graevii *ut vel provinciam.* Ego cum edd. Iens. Ro. et recentioribus vocem *ut* reieci infra: *ut vel omnem.* Codd. aliquot et edd. utrobique habent.

24 Bruto obsidione liberato.

25 Milites, scilicet.

DCCCII.

1 Epistola sup. De publicis literis v. ep. CCXII, n. 4. Mox nostri quatuor cum ed. Med. *prosecutus.*

2 Lamb., inverso ordine, *ad te ipsum*, contra codd. et, ut videtur, sententiam: sc. *ipsum* ad Varisidium refero, ut sit, Varisidium ipsum, h. e. cum prae ceteris.

3 *Medius Fidius*, vel *me dius Fidius*, vel *medius-Fidius* scribitur; cf. ep. CDXXXVIII ante med.

4 Qui ante me bonam voluntatem in rem publ. sunt professi. *Corrad.* Mox Lambinus coniiciebat *usque eo mihi t.;* non necessario. Melius coniunge *usque dum*, ut Plaut. Men. V, 1, 28, et Cicero ipse Verr. I, 5. Separatim est etiam ep. DCLVI. Tum pro *temperavi*, noster 7 *imperavi*, ut epp. CCXI, 3 et CCLXXIX sub init. Nolui explicare consilium meum, donec etc. *In consulatu*, quem gesturus erat anno seq.

5 Idem ac *in posterum*, et subauditur *tempus:* ut Sall. Iug. 42: *Plusque in reliquum sibi timoris, quam potentiae addidit.* At Caesar, Bell. Gall. III, 16, et Cic. de Leg. Agr. I, 4, plene *in reliquum tempus.*

6 Amb. 15 et edd. pr. *Fac ut valeas.*

DCCCIII.

1 Quum habuit Philipp. XI. *Ad populum*, quae concio non exstat. *Manut.* Amb. 6 *apud populum*, ut alias. Infra, duo Ambb. *ex meis te malo.*

2 Vt tu Syriam obtineres (ep. DCCXCII) ad Dolabellam persequendum. Vide Phil. XI, -, 11. *Ernest.*

3 Quum illam sententiam valere mallet, ut consules, idest ipse et Hirtius, persequendi Dolabellae causa, Asiam et Syriam sortirentur. Philipp. XI, 7, 11. *Manut.*

4 Quantam capere poterat forum. Caes. Bell. Gall. II, 11. *Rutil.*

5 Servilia, sorore Catonis Vticensis, et matre M. Bruti, ac Tertullae uxoris Cassii. *Quart.*

6 L. Cassium. *Idem.*

7 Grut. Ern. et Schütz omiserunt *me:* vitio operarum?

8 Nempe in senatu (h. e. ad patres) subtilior et tranquillior est oratio; in concione (h. e. ad populum) vehementior et ornatior. Illud est disserentis, hoc dicentis. *Ernest.*

9 Quod tuo nomine promisi, perficias; ut pro Flac. c. 20.

10 Edd. pr. *exspectaturum esse.*

11 Lamb. et noster 7 *copiasque:* quae est tralaticia dicendi forma. Sed aliae lectioni vulgatae similes occurrunt dicendi formulae, ut ep. CV: *Mitte duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus:* et DLVII, n. 5, quam vide.

12 Sic cum vulgo Amb. 2. Ceteri *recuperatam.* Confer ep. DXXVII, 1, not. 3.

13 Malim cum Ern. *te ipse:* nisi dicas, locutionem integram fuisse *tu fac ne dum alios, te ipsum vincas.*

DCCCIV.

1 Edd. pr. Lamb. et Amb. 3 *cognoveram*, et infra Amb. 15 *quod tuum consilium.*

2 Man. et Lamb. *lectis tuis literis;* sine libris.

3 Ad Mutinam. *Omnis fortuna rei publ. disceptat*, hoc est, decertat, experitur se ipsam: insolens locutio.

4 Depugnatum; scil. proelium. Aliquot codd. scripti habent *quum haec leges:* quod tamen male iungitur cum *arbitrabar fore.*

5 Victorius et nuper Orellius *percrebuit;* non sine libris.

6 Nam aberat uterque consul, Hirtius et Pansa, ad Mutinam obsidione liberandam profecti. *Manut.* Infra. ed. Med. *d. ab senatu esset.*

7 Lamb. *etiamnum.* Hoc dicit: Adhuc tempus non est, ut te senatus honoribus cumulet. Nam verus honos decernitur recte factis; tu vero solum voluntatem recte faciendi, iuvandaeque rei publ. ostendisti.

8 Non, *ut breviter dicam*, ut intelligit Graevius, sed *demum*, ut et alibi dicitur. *Ernest.*

9 D. Bruto Mutinae obsesso.

10 Quatuor Ambb. cum edd. pr. *efficit.* Tum Lamb. et tres nostri *IIII Kal.* cum iisdem edd. pr.

DCCCV.

1 Sic Victorius ex cod. Medic. et vulgo. Codd. scripti multi cum edd. pr. et Ernestii *afferat:* quasi pendeat a sup. *ita ut.* Sed est quasi iurandi forma: ita mihi detur, te complecti victorem recuperata re publ., ut mihi nulla res plus laetitiae attulit, quam dignitas tua. Aliud eiusdem constructionis exemplum subiicit Quarterius: Ita me servet Iupiter, ut propior illi, quam ego sum ac tu, nemo est.

2 Duas recitat causas, cur gratiores senatui fuerint literae Planci, magnitudine scilicet beneficiorum eius in rem publ., et gravitate verborum et sententiarum. Recentiores omnes, praeter Schütz et Orellium, *graviores:* sed ineptum est dicere, literas *graves* fuisse verborum sen-

tentiarumque *gravitate*, ut recte etiam Orellius vidit. Lectionem nostram confirmat ep. DCCCXXXI. Sic dederat iam Lambinus. Mox mss. nonnulli apud Garat. non habent *quam tuas.*

3 Duo Ambb. Rec. et edd. pr. cum Lamb. et Oliv. *non quod.* Cf. ep. DCXLI, n. 2.

4 Idest, quo exercitum ducturus esses; ep. DCCCX. Vidit Manutius. Vict. Gebh. Ernest. et recentiores *quoad. pr.*

5 Mos fuit, ut principes viri quoties prodibant, a clientibus deducerentur, reducerenturque; etiam ab amicis et familiaribus. *Cellar.* Omnes ad unum Ambb. Rec. Zel. B et edd. pr. *de domo deduceret.*

6 Planci eius, ad quem Cicero scribit, cognatus. *Schütz.* Infra est praenomine *Titus.* Itaque et hoc loco Schützius tacite edidit *T. Mun. noster.* Mox Ambb. fere omnes cum edd. pr. et Lamb. *consueverat.*

7 Codd. aliquot cum edd. pr. *literas tuas dedi:* sc. hic iterarunt, quod Cic. infra statim scripsit *legendas dedit.* Manutius vero et Lamb. *literas tuas ostendi:* fere ut Amb. 15 *literas ostendi tuas;* at Ambb. 3 et 13, Rec. et ed. Med. *literas tuas* (*nihil dum enim sciebat — mandatum esse dicebat*) *legendas tradidi. Paullo* etc. Haec varietas indicat esse additam vocem ab interpolatore.

8 Ita Amb. 13; vulgo sine *venerat.*

9 Male Gebhardus verba *et eas* omisit; notatus ideirco a Graevio. Mox *publice,* est sermo de epist. ad senatum etc., quam vide ep. DCCCI.

10 In libris nonnullis desideratur *nobis.*

11 Nam in prima re publ. iidem erant consules et praetores; cf. de Legg. III, 3; Varr. apud Non. I, 91. Confer dicta ad ep. CCL, n. 41.

12 Hoc est, metus Deorum, qui inhibet facere, quae ve-

lis, ut Graevius explanat. Christiani dicerent *scrupulum conscientiae habuit Cornutus.*

13 Pullarius, *augure de' polli.* Vide Divin. II, 33, 34.

14 Scilicet augurum, ex quo erat Cicero; ad ep. CXCIV, 2.

15 Isaurici (ep. XCII, 2) filio, consule cum C. Caesare an. DCCV, et Ciceronis collega in auguratu; ep. DX. Sic Zel. B, Rec. et tres Ambb. Vnus 15 *contentio fuit cum Servilio:* at Lamb. *magna mihi fuit pro t. d. c. cum Servilio.* Vulgo omittitur *fuit.* Contentionem vide Ciceronis ad M. Brutum ep. VII, med.

16 Vt in ep. XCIII, 1.

17 Mss. multi cum ed. Med. Man. Lamb. et Oliveti *frequens. Titius*, tribunus plebis.

18 Edd. pr. *dilata est.*

19 Non solum tibi, sed Iovi ipsi, cuius in templo senatus habebatur, iniustus.

20 Duo mss. apud Garat. *Hunc quidem quemadm.*

21 Iidem mss. apud eumdem Garat. *gratior.*

22 Sunt partes *populi universi.* Nam civium sunt et *genera*, hoc est conditiones, status; et *ordines*, ut senatorius, etc.

23 Lamb. *ut facis.*

24 Variant hic libri. Aliqui *collecta, inanissimis*, ut Victor. Graev. Gebh. et nuper Orellius; et referunt ad *haec omnia.* Eos recte notat Ernestius, qui *collectam* cum Manut. et Lamb. ex suo ms. et edd. pr. (cui adde Ambb. duo) edidit, referens ad *speciem gloriae*, quae ex rebus externis aliquid splendoris habentibus apud imperitos colligitur. *Inanibus* et *inanissimis* editur, utrumque ex mss. Nec displicet praepositio, quam addidit Lamb. *collectam ex inanissimis.* Mox Gebhardus et Grut. ex Pal. sex. et Hitt. *fucata:* male. Iam enim huius verbi vis inest in sup. *habent speciem gloriae.* Ceterum et hoc et vulgatum *fugacia* est e coniectura: nam Med. *fugato.*

25 Codd. aliqui *quoniam;* Vict. *quum*, ut alias. Mox *tene et perfice* habet Amb. 15; at Vict. Man. Lamb. *et tenes, perfice.*

26 Mss. apud Garat. et Ambb. quinque *mihi est mea vita carior.*

DCCCVI.

1 Vulgo hic et ep. seq. *Q. Cornificio;* cf. ad epp. DCXLVI init. et DCCLXXXV n. 1.

2 Vel Siculos, vel Romanos, qui bello civili turbare in Sicilia studebant. Eos captos vel ad Siciliae praetorem, vel Romam puniendos misit, quum tamen melius in Africa poena affecisset.

3 Si genuinum est *tibi mecum*, ad *societatem* referendum est. *Ernest.* Sunt, qui explanant: societatem tibi a patre relictam renovas mecum.

4 Variant mss. et edd. antiq. Medicaeus et edd. pr. *appellaret*, quod Victorius et Graevius probabant, et ille putabat dictum esse pro *flagitare*, ut in ep. CCCI, 3: *Nobis — senatus — flagitavit triumphum;* hic vero subintelligebat *consules.* Malim subaudiri *me*, hoc est Ciceronem. Praefero tamen *appellaretur*, quod est in nostris tribus, in Rec., in uno Manutii et ed. Med. cum recentioribus, praeter Benedictum. *Appellatur* senatus, ait Ernestius, quum sententiam dicentes de aliqua re egrediuntur relationem, senatumque, quid decernendum sit, monent.

5 Hoc est *vicies centena millia*, et *septingenties centena millia* sestertium. Nam si interpretaris *viginti millia*, et *septingenta millia*, exigua nimis summa esset, ut iam visum Manutio. Hanc pecuniam postulaverat ad stipendia militum Cornificius; vid. ep. DCCCXXII med.

6 Quoniam tibi SCto imperium est datum, potes accepta potestate uti, et mutuam sumere pecuniam motu proprio.

7 Omnes Ambb. et edd. pr. *facillima.* Mox *a quibusdam*, videtur Cicero notare eos, qui in senatu causam Antonii defendebant.

DCCCVII.

1 Man. Lamb. *Non modo te*, quod constructione quidem convenit sequenti *neminem*, sed nimis languet. Sensus facile intelligitur: non modo tibi non ignota est ea familiaritas; sed etc., ut iam Ernestio visum.

2 Hoc est, in oculis omnium declarata est. Ep. XXIX, 12: *Theatrum tuis virtutibus est datum celebritate refertissimum* etc.

3 Confer ep. DCCLXXXVI. *Corrad.*

4 Quod, nimirum, me defenderit.

5 Sic bene Ernestius primum restituit ex edd. pr., habetque Amb. 14 a manu 1, et ed. Lambini: immo cod. Rec. *Non enim arbitror te exs. q. e. t. v. commendem.* Bene, inquam, quia praecedit praesens *puto.* Graev. *commendarem.* Nuperrime Benedictus ex codd. *commendarim.* Mox in nostris omnibus est *causa*, vel *causam*, quod ultimum ex multis mstis recepit Benedictus. Vulgo *causas*, quod tamen non bene cohaeret cum seq. *desideret;* nisi τῷ *desideret* subaudias *is*, nimirum *Lamia*, quum revera sic interpungatur: *Causas enim t. a. intelligis: quae verba desideret* etc.

6 Edd. pr. codd. Rec. et quinque Ambb. *liberos:* sed *libertos* tralaticium est in re negotiosa. *Familiam*, h. e. servos.

7 Humanitas, benignitas: ut epp. DCCLXXXIV et DCCLXXXVIII, n. 3, aliisque.

8 Id est, pro iudicio, quo polles; ut ep. CLXXXI, 1, aliisque multis.

9 Antonio et Dolabella, anno sup. et statim post Caesaris mortem. Mox Man. et Lamb. *numquam affuit scribendo:* nimirum ut in ep. CCXXIII, 3 *scribendo affuerunt.* Vide not. 17 ad. ep. CDLXXIII. Qui nullum umquam SC. scripto et praesentia confirmavit.

10 Confer ep. DCCXI circa med.

11 Sempronii causa facto. Confer ep. DCCCXII, 2. *Schütz.*

12 Haec est lectio omnium fere codd. et edd. pr. cum Lambino. Vulgo *quidem tum fui, deque eo.* Ne Romae quidem fuit Cicero, Graeciam cogitans; vide epistolam DCCCXII, 2.

13 Cod. Rec. *hanc meam.*

DCCCVIII.

1 Schützius ex coniectura Manutii *Titio;* melius fortasse, quoniam ep. CDLXXXIV init. *Titius Strabo* nominatur; Tidius autem nullo alio, quod sciam, memoratur loco.

2 Duo Ambb. *profectus est.*

3 Edd. Ro. et Iens. *et in Bruto.*

4 Duo Ambb. et edd. pr. *deducta.*

5 Gu. 1, tres Ambb. et edd. pr. *Sin (q. d. o. a.) oppressus ibi erit:* quod est a glossatore.

6 Graevius tacite omisit *est.* Ernestius corrigebat *erit:* vulgatum *est* rem sub oculis ponit, et praesentiorem facit.

7 Nostri omnes et edd. pr. *recuperandam.* Confer epist. DCCCIII fin.

DCCCIX.

1 Servius Sulpicius Galba, C. Caesaris legatus, qui in eum postea conspiravit; Phil. XIII, 16. Lamb. *Ser. Galba M. Ciceroni.*

2 Lamb. et nostri tres *Decimo septimo Kal. M.*, quod Graev. commutari volebat cum *septimo decimo Kal. M.*, ut in ep. DCCXXIX in. Orellius ex ed. Vict. Flor. 1558: *A. d. XVII Kal. Maias.* At Ambb. 3 et 7, his omissis, exordiuntur *Quo die.* Mox *in castris Hirtii*, nimirum ad Mutinam. Nostri omnes et aliorum plerique *in castris et Hirtii*, vel *in castris et Hirtius.*

3 Lamb. *tricesimam quintam.* Mox *praetorias*, quae scilicet circum praetorem, sive imperatorem pugnant.

4 Man. Lamb. et Ern. ex codd. vestigiis *et evocatorum.* Amb. 7 *alt. scilicet illam ev.*, 15 *alter. scilicet ev.*, tres alii *alteram s. illam ev.;* Graevii sec. *alt. Sillam et ev.;* Stew. *alt. S. illam et ev.* Schütz *evocatorumque*, ex cod. Dresd. 3. *Silani;* cf. cum ep. DCCCXXV.

5 Vnam ipsius Hirtii, alteram Caesaris Octaviani.

6 Amb. 15 non habet *quas.* Mox, *quando* cum mstis pluribus et edd. pr.; ad ep. CLXXXI, not. 4. Vict. et Graev. *quum;* Orellius *quoniam.* Tum idem Orell. *retinere eas*, ex ed. Vict. Flor. 1558. Mox Ment. et tres nostri *potueramus*, quod recepimus cum Orellio. Vulgo *poteramus.*

7 Sc. prope Forum Gallorum. Oppidum in via Aemilia, a Mutina VIII m. p. Bononiam versus (Tab. Peuting., seg. III, C.), hodie *Castelfranco.* De hac celeberrima pugna ad hunc vicum pugnata, pauca ad epistolae intelligentiam habeto. Hirtius consul iam ad Mutinam

cum Caesare Octaviano castra habebat: Pansa, alter consul, Romae delectum habendi causa aliquantum moratus, nunc tantum cum Carsuleio et Galba tyronibusque militibus Bononia per Aemiliam viam ad castra Hirtii procedebat. Antonius vero, quum Pansam ad se Mutinam adventare intelligeret, haberetque in animo, eum a iungendis castris cum Hirtio prohibere, relicta contra Hirtium et Caesarem suarum copiarum parte, cum reliquis profectus est obviam Pansae ad Forum Gallorum. Ibi, duabus robustissimis legionibus per arundineta paludesque Aemiliae viae dispositis, illum excepit, proeliumque commisit XVII Kal. Maias, primo mane. In eo Praetoriani Caesaris ad unum deleti, reliqui consularis exercitus fugati intra vallum, ipseque consul sauciatus elatus Bononiam. Iamque vesper appetebat, et victores Antoniani vitulantes revertebantur Mutinam, quum eos Hirtius obviam progressus inordinatos ex improviso nactus et fessos itinere pugnaque fudit. Non tamen est persecutus, ingruentem noctem et palustria loca veritus. Sic Antonius profligatus in oppidum Forum Gallorum campo proximum devertit, suosque fusos iussit per totam noctem (Galba tamen ait per quatuor horas) recolligi. Vid. Appian. Bell. Civ. III, 70; Dion. Cass. XLVI, c. 37; Cic. Philipp. XIV, 10.

8 Legionem Martiam (ep. DCCLXV) contra Antonianos procedere.

9 Schütz, e cod. Dresd. 3, *postea vero quam*. Tum nostri *transimus*, vel *transiimus* cum Orell., praeter sext., qui *transmisimus*. Mox *duodecim cohortium*, nimirum decem, quae legionem faciebant, et duarum, quae erant Praetoriae.

10 Man. Lamb. *quum repente*. Infra *concurrit*, proprium verbum de militibus in hostem ruentibus. Liv. XXVI,

c. 39: *Raro alias tantis animis iustae concurrerunt classes.* Minus recte codd. aliqui et ed. Iens. *cucurrit.*

11 Lamb. *sed:* quod certe praetulerim, si codd. suffragarentur; De Franciscis *et sic.* Mox codd. aliqui cum edd. Ro. Iens. et Lamb. *in quo ego eram.*

12 Duo Manutiani et Mentellianus *passus quingentos;* Ambb. 13 et 14. Rec. ed. Med. et De Franc. *passus centum,* vel *C.*; sed posterior Amb. a 2 m. et ed. Ro. *CC passus;* Amb. 15 *passus mille.* In aliis tum nostris, tum aliorum numerus abest. Varietas facile indicat, numerum fuisse a librariis pro arbitrio suppletum. Mox idem quintusdec. *a quo loco;* non ita male.

13 Tres Ambb. cum ed. Med. *circumire*, et infra quinque *circumibantur;* sonantius et rectius, si Dausquium et Papirianum apud Cassiodorum (de Ort.) audiamus. Sic semper Oudend. ad Caesar., Burnouf ad Sallust.

14 Tria genera militum erant in exercitu Rom., equites, pedites legionarii cum suis signis, et pedites levis armaturae sine signis. Hi *velites* vocabantur; et, ubi confligendum erat, inter utramque aciem excurrentes, levibus armis instructi, rotundo et levi scuto, quae parma dicebatur, gladio, pilo, ut ait Polybius, proelium committebant: mox recedentes, locum certandi legionariis dabant. *Manut.* Tum *Maurorum equitibus,* quia multo superior equitatu Antonius erat. Ad eum paullo ante hoc proelium equites Celtae a Caesare defecerunt (Dio XLVI, 37). Mauri et Numidae aequites maxime formidandi; Herodian. I, 15.

15 De Franc. *aliquantum.*

16 In humerum, ut ita pectore non munito intelligerent tirones, me amicum et suarum partium esse, et ab illis nihil mali metuere. *Io. Fr. Gronov.*

17 Hoc non bene additum esse, visum est Ernestio, quum,

quare servatus sit, postea addatur; scil. quod fuerit cognitus a suis. Amb. 12 et ed. Med. *nescio quo facto.* Significare videtur, se Diis iuvantibus servatum esse, quum et ab Antonianis et a suis simul petitus, nonnisi miraculo quodam evadere posset. Mox Lamb. *cito sum.*

18 In ipsa via Aemilia.

19 Tres Ambb. Rec. Zel. B et edd. Ro. et Med. *sinistrius.*

20 Castra Pansae.

21 Sic. Zel. B et edd. Ro. et Iens. cum Lamb. Vulgo *fugavit, eodemque loco, ubi erat pugnatum ad Forum Gallorum. Antonius — se — ad Mutinam recepit;* sine sensu, ut vidit etiam Orellius. At hic distinxit *fugavit: eodemque loco, ubi e. p. ad Forum Gallorum, Antonius — se — ad Mutinam recepit;* in qua distinctione verba *eodemque loco* coniunguntur cum seq. *se ad Mutinam recepit Antonius.* Ego vero non dispicio, quid intersit dicere, a quo loco se Mutinam receperit Antonius.

22 *Rediit* dixit, opinor, pro *ivit.* Nam Antonius, teste ipso Galba, Pansae castra non expugnavit, nec Hirtius ex castris Pansae movit contra Antonium, sed ex suis ad Mutinam. Mox *reliquerat,* scil. idem Pansa.

23 Sic quinque nostri, edd. Ro. Iens. Man. Lamb. et Orell., et sic semper *praetorius, a, um,* in hac epistola et alibi. Vulgo *praetorianarum.*

24 Legionum insignia. *Signa sexaginta;* vides hic, passimque apud scriptores alios, aquilas distingui a ceteris militaribus signis, quae esse poterant vexilla, atque alia, de quibus fuse Manutius ad hunc locum et Plin. III, 3.

25 Schützius, ex coniectura Manutii, *XVI Kal. Mai;* ut postridie, quam gesta res est, scripserit Galba. Nam si *XII* scripsisset, h. e. quatriduo post proelium, aliquid de Pansae vulneribus dixisset.

DCCCX.

1 Codd. aliquot et edd. pr. *temere scripsisse:* at Zel. A *temere cupisse, aut te prae ceteris:* utrique ex interpolatione. *Recepisse*, me temere promisisse tibi, te aliis de mea voluntate in rem publ., laetor.

2 Sic post Lambinum Orellius ex Vict. et Man. At Amb. 6 *providere:* vulgo inepte *praevidere.*

3 Duo Ambb. Rec. Zel. B et ed. Ro. *sicut.*

4 Quid si: *Contraque me ipse pugno*, vel *contraque ipse pugno?* Atque his verbis verecunde praemia postulat. *Bern. Rutilius.* Alterum et ego cum Orellio recepi auctoritate Andreae De Franciscis, aliorum, quos nominat Orellius, codicis reg. et edd. Vict. 1558, Manutii, Lamb. Lall. Alii codd. *contra quam*, vel *contra quod*, vel etiam *contra quem ipse p.* Equidem, ait Plancus, procul sum ab ambitione, quam in aliis ipse soleo reprehendere: itaque non posco praemia, sed quietus exspecto; ut explanat Schützius. Mox *et temporis et rei*, de tempore scilicet petendi et re petenda. Manut. ex lib. vet., Lamb. et Schützius *sed et temporis et r.*

5 Edd. Ro. et Iens. *nihil autem sero;* et infra, *videri potest*, et inferius cum Lamb. *et genere et numero.*

6 Libri aliquot *Viennam:* male. Nam praemittendi erant Mutinam (ep. DCCCXVII), ut D. Brutum ab obsidione liberarent; quod ipse Manutius vidit.

7 Qui Galliam Narbonensem Alpesque tenebat, de cuiusque animo nondum constabat; epp. DCCCXXXIII, DCCCXXXIV et seqq. Lamb. et nostror. plures *a Lepido.*

8 Sic primus Victor. ex Vat. Nostri omnes cum Lambino *in itinere meo.*

9 H. e. Si scis, te id non facturum gratis, sed mutuo, sed ita, ut etiam diligaris. Ita legunt nostri multi et aliorum: at edd. pr., Aldus. Graev. aliique: *Si mut. me fact. scis:* Lamb. *si m. te f. id scis.*

DCCCXI.

1 Sic edd. pr. hac et seqq. epp., nisi quod ed. Iens. omittit *cos.* Cf. ep. DCCLXI. Vulgo omittitur *Imp. Cos. Des.*

2 Amb. 15 *quant. resp. detrimenti ceperit.* De laudibus Pansae v. Phil. VII, 2.

3 Pansa post paucos dies ex vulneribus Bononiae, Hirtius in ipsa victoria circa hostium castra ad Mutinam saucius obiit; vide Appian. B. Civ. III, 71, 76; Plut. in M. Antonio, p. 923; Dion. XLVI, 39. Insignem hunc annum fecerunt initium crudelissimi belli civilis, et duorum coss. interitus ita, ut Ovidius eum sine consulibus annum notarit, Trist. IV, 10, 5:

> Editus hic ego sum: nec non, ut tempora noris,
> Quum cecidit fato consul uterque pari;

et fortasse etiam Tibullus, III, 5, 18, quem vide. Mox Lamb. *posse convalescere*, nimirum ut clausulam hexametri sustolleret. Cf. ad ep. DCCCXXV, not. 14.

4 Hoc quidem perfecit; alterum vero, h. e. ne Ventidius elaberetur, non obtinuit; vide ep. DCCCXIII.

5 Ambb. 7 et 15 cum ed. Med. *reintegrare;* sed melius inserto *d*, ut in *redeo*. Ernest. volebat *redintegrari;* alioqui verbum *possit* habebat suspectum.

6 Propter amicitiam. Non dubito, quin ille tibi suum sensum patefaciat; ep. DCCXCVIII. Vulgo olim *prospicere.* Mox Lamb. *sit facturus.*

7 Sic codd. plerique cum edd. pr. Lamb. et Orell. Vulgo *adverteres*. Mox Amb. 15 *persuasum est*. Vett. quidam cod. *persuasi*, *Asinium et*.

8 Ern. ex cod. suo, Guel. 1 et 2 et ed. Med. (quibus addendi nostri duo, Rec. et Zel. B) *vobis de hoc*.

9 Amb. 7 *si ipse Alpes A. t.*: vitiose. Traiicere exercitum, copias Rhodanum, h. e. trans Rhodanum, occurrit epp. sup., DCCCVII, 2, et alibi.

10 Vulgo olim *Quarto*, vel *IIII Kal.* Mox *Rhegii* et *Regii* habent hoc loco mss., sed *Regium* sine adspiratione in ep. DCCXCIV a med. *Rhegium* vero cum adspiratione in ep. seq. 2 innuit Rhegium Calabriae oppidum, idque a Regio Lepidi distinguit, ut monet Orellius.

DCCCXII.

1 Idest XVI Kal. Apr.; ep. CCLII, 9. *Schütz*.

2 Idest vicesimo secundo post, quam scriptae fuerant. Nam *alter* secundum obtinet locum. Sic interpretantur Mönutius et Cortius, locis ad rem adductis; quamquam Castalius apud Verburgium vicesimum primum intelligit. Instar omnium exemplorum sint illa Svet. in Ner. c. 57: *obiit secundo et tricesimo aetatis anno*: Eutrop. autem, VII, 5: *Obiit tricesimo et altero aetatis anno*.

3 Idest XIV Kal. Apr.; epp. CCLXIII, 1, CCCLII, not. 5 et CCCLIV, not. 8. Minervae sacer dies, *quinquatrus* dictus, quod quinto ab Idibus Martiis die celebraretur: et *atrus* nihil significat, teste Gellio II, 21. Hae *maiores* dicebantur; Ovid. Fastor. III, 809. *Minores* quinquatrus, quae Idibus Iuniis celebrabantur, meminit idem Ovid. Fast. VI, 651. *Non invita Minervâ*, feliciter. Iocatur autem in nomine Minervae, cui *Quinquatrus*, ut diximus, sacrae erant.

4 Nullus est, ut existimo, qui nesciat, Ciceronem ante, quam Roma exiret expulsus a Clodio, simulacrum Minervae, quod domi suae longo tempore religiosissime coluerat, in Capitolium detulisse, ibique dedicasse, quum in basi inscripsisset MINERVAE CVSTODI VRBIS. Vid. Dion. Cass. XLV, 17. *Victor.* Mox *Pansa*, consul, qui altero et tricesimo circiter die obiit, postquam haec acta sunt.

5 Cuius? Nam ad Minotaurum hoc pertinere non potest. Manutius intelligit *bonorum;* bene; sed id addendum potius erat. *Ernest.* Itaque Schützius edidit e coniectura *cum summo odio.*

6 Vt *Minotaurus* ex homine et bove constat, sic ista coniunctio ex *Calvisio* et *Tauro,* qui provinciam Africam petebant. *Corradus.* Cf. ad ep. DCCLXXIX, n. 10. Significat, ut monet I. F. Gronovius, hos duos non minus malum et portentum esse in re publ. quam Minotaurus in Creta insula. Verba *idest Calvisii et Tauri,* sunt e correctione antiqua Germanorum, quam omnes semper editores secuti sunt. Nam libri scripti *clavis et Tauri* habent, praeter Pal. sextum, qui *Calvisii* scribit. Pro glossema habent Manutius et Bengelius.

7 Lamb. *Factum de te est SC.*

8 Codd. aliqui cum Ern. Sch. et I. V. Cler. *postulabatur autem.* Mox *illi*, C. Calvisius et Taurus. *Notarentur,* ignominia, ut Phil. VII, 9. *Clementior,* fuit; h. e. obstitit.

9 Sic Rec. omnes Ambb. et edd. pr. cum Lamb. Vulgo *ieci rei publ.*

10 Calvisium. *Schütz.*

11 Per legatos; quum ipse ad urbem esset cum imperio. Revertit autem in urbem, deposito imperio; vide ep. DCCCXXII. *Manut.*

12 Ep. XIX, 6: *Cato advolat, convicium Pisoni consuli*

mirificum facit; si id est convicium, vox plena gravitatis. I. F. Gronov. Sic Graevius distinguit: *deturbatus est. Meo — convicio te* etc. *Seque in urbem recepit*, idem est, ac si dixisset: imperium provinciae dimisit.

13 Quod meis literis non obtemperaveris; ep. DCCLXXIX. *Manut.*

14 Libri omnes *graecum tempus;* nimirum, quum graecum verbum hic describere nescirent operae, vacuum locum reliquerunt, iniecta tamen voce *graecum*, ad significandum, scribendum esse in lacuna literis graecis verbum omissum. Hinc inepte faciam, si verbum latinum scribam, ut aliquos fecisse video, *gratum*, *grave*, *egregium*, vel *necessarium.* Lacuna est in cod. Rec. *Caecum*, ut vulgo editur, est a Germanis.

15 Epp. DCCLX, DCCLIX et DCCLVIII. *Etesiae*, venti; ep. CCLXX, n. 9.

16 Cum Lamb. nostri omnes, Rec. Zel. B et edd. pr. *ventis remisque.*

17 Ex vino, quo se Antonius ingurgitabat; Phil. II, 25. Male edd. Ro. et Iens. *violentum.*

18 Scilicet, elicere a me vellet aliqua, per quae causam me interficiendi haberet. Cf. ep. DCCLXIII. Alii *tum elicere vellet.* Mox pro *tentaret* tres Ambb. cum edd. Ro. et Iens. *tentare*, quod Bened. et Schützio placuit.

19 In laqueos scilicet Octaviani, ut tanto facilius capi posset, et a quo oppressum iri sperabat Cicero. *Conieci* est ex emendatione: nam libri omnes *confeci*, quod Victorius et Cortius defendunt, contradicente Ernestio.

20 Lamb. *summae rei comparavit.* Cf. ad ep. DCCCI n. 19. *Praesidium — comparavit:* vide ad ep. DCCLXIV in not.

21 Ambb. duo, Zel. B et edd. Ro. Iens. *acta sunt.*

22 Sic melius nostri omnes, Zel. B, Rec. cum Vict. Lamb. Benedicto et Orell. Vulgo *redeamus ad illud.* Mox *decertimus*, ut alias cum mss. dedimus; vulgo *divertimus.*

23 Andr. I, 2, 18. Sed ibi legitur *affert*, ut hoc loco habent edd. Ro. et Lamb. non *defert*. Infra *conscende*, scil. in navim, ut diximus ad ep. CCLXXXI, 3. *Ad puppim*, ad quam nimirum gubernator sedet. Metaphorice, pro navi rei publ.

24 Sic codd. plerique et edd. Ro. Med. cum Vict. Lamb. Orell. Vulgo abest *ut*.

25 Rec. omisit *tuam*.

26 Quis non videt initium esse alterius epistolae, quum infra de Pansa mortuo, supra de vivo fiat mentio? De eodem Lucceio ep. DCCCXXII a med. *Manut.* Consentiunt Benedictus, Schützius et nuper Orell.

27 In auguratu; Phil. VII, 4. *Manut.* Mox *alieno — tempore*, quum eorum consilio et virtute res publ. maxime indigeret, ut monet Quarterius; Phil. VII, 3.

28 Rec. *more nostro vetusto*.

DCCCXIII.

1 De iis in ep. XXIII, 3 ad M. Brutum (ut vulgo feruntur): *Quo die decrevi, ut in fastis — Bruti nomen adscriberetur, — cognovi, paullo plures in senatu malivolos esse, quam gratos*. Corrad.

2 Corruptus certe locus, quem ut a Victorio profectus est, et editur vulgo, damus, hoc sensu: Si tamen hoc, quod dico, putant dici a me causa temporis, hoc est, ut tempori serviam, gratiamque a te incam, exploratum habes, malle me tuum iudicium, h. e. me tui unius iudicium et approbationem, omnium iudicio et approbationi anteponere. Quot libri, tot fere lectiones; quae tamen huc reduci possunt: *Si tamen hoc tempore ab his videatur diei causa, mallem mehercule tuum iudicium:*

vel *si autem hoc tempore ab his videatur dici causa simulationis, mallem mehercule tuum iudicium:* vel *si tamen haec temporis videantur dici causa, mallem in me t. i.*, vel *malle me t. i.*, cui proxime Lambinus: *Si tamen haec temporis causa dici videantur, malim mehercule t. i.*

3 Nihil curo, utrum impediant, quominus honores in re publ. assequar, modo non impediant, quominus rem publ. liberem.

4 Ad ep. DCCCXI. not. 3.

5 Sic fere vett. codd., teste Victorio, et intelligitur vacuitas a consulibus. Alii codd. sive nostri, sive alior. vel legunt, vel legendum suadent ex vestigiis *vacivitas*. Vox tamen utraque suspecta. Alii *novitas*, ut Graev. sec. *tua rerum novitas*. Corradus volebat *tua caritas*, scilicet erga Octavium petentem consulatum: et Madvig. *vacua civitas*.

6 Est, literis mandari, credi. Suspicionem autem de Octaviano significat, qui consulatum petiit, quem adeptus, patriae bellum intulit. *Graev.*

7 Amb. 6 *parvam man.* Tum *militum* edidimus cum Graevio et seqq., quia milites per excellentiam dictos invenimus ipsos *pedites*, si cum *equites* iungitur, ut ep. DCCCXXV ante med. *complures milites, et equites*; et DCCCXLVII ante med. *non miles ullus, non eques:* quod iam Graevius monuit. Olivetus aliique, pariter ex codd., *peditum*.

8 Ventidius excurrens in deductas a Caesare colonias, quia ob virtutem notus veteranis erat, tres conscripsit legiones, cum iisque ad Antonium venit; ep. DCCCXXV; App. Bell. Civ. III, 66, 80.

9 Codd. aliquot *recipiatur*. Mox Lamb. coniiciebat *et excursionibus:* et inferius Amb. 14 *ea vastet loca*.

10 Noster 12 *impulissem;* 13 cum edd. Ro. et Iens. *compulisset*.

11 Qui ius imperii habeat ipse, et nullum sit imperium maius, quia consules non sunt. *Nec Caesar exercitui suo*, quia non iusto delectu scriptus est, sed tumultuarie collectus, et sine disciplina. *I. F. Gronov.* τῷ *nec Caesar* subaudi *imperare*, pro sup. *imperari;* quod absonum. Aliud ergo vides ἀνακόλουθον.

12 Videntur prohibuisse, ne pecunia in stipendium militum ex aerario decerneretur; ep. DCCCXLIV. *I. F. Gronov.*

13 Haec, quae modo dicturus sum de summa rerum inopia. *Quarter.*

14 Gu. sec. et ed. Ven. 1469 non agnoscunt *H-S.:* non male, ut vidit Ernest. Tum *pecuniae* deleverunt Ernestius, auctoritate edit. 1471, et Schützius, quod addi in hac forma non solet. Restituerunt Weiske, Benedictus et Orell. Graevius *pecuniae cccc.*

15 Recentiores post Victorium: *Septenum numerum nunc legionum alo;* Hitt., teste Graevio, *septem nunc numerum l. a.* Sed *nunc* est expungendum, quia abest a multis mss. et edd. pr., et assumtum est ab ultima syllaba τοῦ *numerum.* Restat igitur *septem numerum legionum;* quae forma quum latina non sit, Graevius corrigit *septem numeros legionum*, ut *numeri* sint cohortes. Verum dicendum saltem erat *septem numeros legionis;* ut Tac. Hist. I, 87, et sic nimis paucos habuisset milites, ut observat Orell., cuius etiam correctionem sane probabilem exhibui ex eiusdem edit. omnium opp. Cic. Turici 1829.

16 Novum hoc omnino. Crassi quidem thesauros cognovimus (Parad. VI, 1); non item Varronis. Itaque vel intelligendus locus cum allusione ad librum, quem Varro inscripsit περὶ πλούτου, ut monet Corradus, vel corrigendum *varonis*, sive *baronis* (ep. CXCVIII, n. 17), et intelligendus Antonius (Phil. II, 14, 27, 37), ut vult Manutius. Mox edd. pr. et codd. aliquot cum Lamb. *susti-*

nere sumtum, quod recte a glossa profectum putavit Gebhardus. Amb. 2 *subsistere sumtu:* pro *sumtui*, ut *usu* pro *usui* in ep. DCCCXXXIII, n. 8. *Subsistere sumtui* est durare; quo sensu etiam Tibull. IV, 1, v. 195; Virg. Aen. IX, 806; Liv. XXVII, 7.

17 Msti aliquot *Derthona*, ut Strabo lib. V, p. 306 ed. Falc. Δέρϑων. At Stephan. Δέρτων; Plinius III, 5 et in Grut. Ind. Inscr. *Dertona.*

DCCCXIV.

1 Man. Lamb. *atqui;* bene. Mox nostri tres *est in te.*

2 Male Grut. et Gebh. *spectabam.*

3 Vulgo *rei publ. temporibus;* sed *rei publicae* hic superfluum est, ut iam vidit Schütz; nec mihi vim quamdam singularem habere videtur, ut visum est Orellio. Abest a quat. Ambb., a Vict. Lambino, Bened. Tum vulgo *tecum et rei p.;* sed *et* melius omittunt Lamb. Ern. Schütz et Orellius. Sperabamque Lepidum satisfacturum rei publ. tecum, h. e. consensurum tibi in tuenda re publ. Orell. in 2 ed. correxit *tecum et cum re publ.*

4 Nostri fere omnes et aliorum plerique cum edd. pr. et Lamb. *III Id.*

DCCCXV.

1 Sic codd. nostri ad unum omnes, Rec. et ed. Iens. Vulgo *a te mi literae redditae.* Videtur Cicero binas dedisse literas, quarum alterae a nescio quo, alterae a pueris Bruti redditae fuerint, utraeque tamen eodem exemplo.

2 Non desperat, posse sibi Plancum adiungere. *Quarter.* De hoc et duobus seqq. sic Appianus: « In Hispania Lepi-

« dus cum quatuor legionibus, et Asinius Pollio (ep. « DCCXCVIII) cum duabus, et Plancus in ulteriori « Gallia (ep. DCCCX) cum tribus videbantur secuturi « partes Antonii. » Bell. Civ. III, 46. Mox *libellis eius* habent duo Guel., teste Ernestio, et tres Ambb.; alii libri scripti et impressi *libellis suis*. Etiamsi *suis* et *eius* promiscue poni docent Graevius, Sanctius et Cortius, si ambiguitas non obstet (confer Ter. Hecyr. IV, 4, 38: *Mater suasit sua* pro *eius*); tamen quum usti aliquot faveant, id cum Ernestio libentissime recepimus. Infra *quos — mitteret*, intellige nuncios.

3 Insolens loquendi modus: hinc De Franc. et Lamb. *Ab Allob. et totius Galliae populis legatos;* et Cortius *Allobrogum et totius Galliae legatos*. Intelligitur Gallia Cisalpina.

4 In urbe Cicero per consulum absentiam populum regebat (App. Bell. Civ. III, 66); quod et post eorum mortem fecisse dicendus est.

5 Ernest. et Schütz ex duobus Guel. (quibus adde nostr. quinque) *potueris*, quod consolatio, ut Ernestius inquit, fiat, quum res fieri non potuit. Haec severa ratiocinatio, an potuerit in mentem venire auctoris currente calamo scribentis, dubito. Mox Lamb. *hoc te consolabere:* sine necessitate: cfr. Doederlein, Synonymen I, p. 153. Respexit fortasse ad loc. ep. XXII, 1: *Hoc me ipse consolabar.*

DCCCXVI.

1 Verba *Si vales — valeo* absunt a cod. Rec. et ed. Med.

2 Sic nostri 7 et 13 cum Lamb. et Orell. tres alii, ut vulgo, *et nostri;* quod tamen non consonat aliis locis, ut ep. CXLVIII, 1 med. *tua causa — lactor*. Alii tres cum

Dresdd. 1 et 2 et Pal. 1 *et nostrae rei publ. causa:* quod Benedictus recepit.

3 Apparare, conari aliquid pro re publ. Lamb. *Aliquid moliri* praeter necessitatem. *Moliri* absolute dictum est apud Terent. Heaut. II, 2, 11: *Dum moliuntur, dum comuntur, annus est;* et ipsum Cic. Verr. V, 34: *Evolarat iam — quadriremis, quum etiam tunc ceterae naves suo in loco moliebantur;* et ep. DXXVII, not. 11: *Agam per me ipse et moliar.*

4 Hoc alterum *putabam* videtur abundare. Explanat Quarterius: Itaque scripsi ad te; primum, quia te existimare putabam, nos etc.; deinde, quia putabam, te solicitum esse de salute nostra, et de rerum eventu, quum suspicareris, nos moliri aliquid pro re publ.

5 Nempe Cassii familia non satis favebat Ciceroni, propter coniunctionem cum Antonio et Lepido; de qua supra. *Ernest.* Lamb. *voluerunt;* errore operarum, puto.

6 Hoc etiam Weiskius uncis inclusit, in cod. Magd. omissum et in nostro 14.

7 Confer epp. DCCXCII et DCCCIII extr. De Trebonio occiso plura App. Bell. Civ. III, 26; Philipp. XI, 2 seqq. Mox *deprehenderit*, eleganter, inquit Ern., pro oppresserit et ceperit; ut navis deprehenditur a tempestate.

8 Distuli paullum bellum gerere. Sic, praeter edd. pr., Asconius, Medicaeus, Manutii codd. et Ambb. omnes aliique multi; quod recte respondet sequenti *nunc iam sum expeditus.* Graevius aliique *habeo,* decepti a praesenti *persolvo,* quod hic stare posse non putabant.

9 Antonium et Dolabellam. *Corrad.*

10 Nostri ad unum omnes, edd. Ro. Iens. et Lamb. *exercitum;* minus recte; nam et infra est *quos* (a Lamb. mutatum in *quem*), et supra *exercitus omnes;* quibus exemplis adde ep. DCCCXLIII, 4: *Exercitusque, qui*

ibi erant, ut iam Orell. monuit. Tum Zel. B *libertatemque tuendam.*

11 Scil., ut infra dicit, *commoda militum meorum cura.*

12 Ad ep. DCCXCVII, init. *Tuere*, quod sequitur, videtur a sup. inculcatum.

13 *Vehementer*, explanat Schützius, ut garrulus ille apud Horatium, Sat. I, 9, 14:

Misere cupis, inquit, abire.

Recte; ita enim anxie vehementerque suo malo negasse Bassus videtur, ut miserationis sensum in Cassio elicuerit. Sic Terent. Heaut. I, 2, 16: *Eam misere amat.* De Basso et legione eius vide ad ep. DCCXCVII. Mox quatt. codd. *legiones;* quod Corradus defendit.

14 Edd. Ro. Iens. *sed et amicitiae meae.*

15 Sic quatt. Ambb. Rec. et edd. pr. cum Lambino; vulgo *audii.*

DCCCXVII.

1 Agimus gratias *verbis*, habemus *animo*, referimus *re*, hoc est factis. Vid. etiam ep. DCCCXLI, init.

2 Haec Ciceronis epistola desideratur. *Manut.* V. not. seq.

3 Coniunctae sunt, et notae mihi; h. e. novi primas tuas sententias, quibus amplissima munera mihi decernebas. *Muneribus*, honoribus. *Ad tempus — compositae*, scilicet Cicero censuit in senatu, rationem habendam esse excusationum Planci in ep. ad senatum DCCCI allatarum, ipsumque Plancum defendit contra obtrectatores, qui fidem eius acrioribus verbis perstringebant. Cfer epist. DCCCV, cui haec respondet. In ea re Tullius desiderio amicorum Planci, et tempori se accommodavit.

4 Ernestius, illumque secutus Schützius *oratio de me as-*

sidua, et perpetua iurgia, quod eius mstus τὸ *de me* utrobique habet. Falsum, ut Benedictus et Orell. collatione facta evincunt. Vulg. sequimur, et *oratio assidua et perpetua de me* exponimus, orationem diligentem, constantem vel frequentem, et continuam, h. e. sine intermissione habitam de laudibus meis. Haec duo simul iunxit etiam ep. CDLXIV: *Assidua et perpetua cura salutis.* Ad explanationem facere possunt loci post Red. in sen. 12: *Constans, perpetua — defensio salutis;* et de Or. II, 4: *Longior ac perpetua disputatio audiendi.* Certe discrimen aliquod inter *assidua* et *perpetua* statuit locus Divin. I, 34: *Gallos gallinaceos — sic assidue cantare coepisse, ut nihil intermitterent*, h. e. ut *perpetuo* canerent.

5 Amb. 13 et Lamb.: *Quare non mediocr.* Tum Stew. et Amb. 6 *adhibita mihi cura est.*

6 Partes, quas suscepisti, sive sententiam, quam de me ornando dixisti. *Exitu rebusque*, h. e. re ipsa, ipsis factis. Mox msti aliquot et edd. Ro. Iens. *cognosces.*

7 Altero scilicet ab illis, quae Galba narravit ep. DCCCIX.

8 In finibus scilicet Allobrogum circa Viennam. Vide ad ep. DCCCXV, et statim infra.

9 Ipsius Lepidi; ep. DCCCXL. At, quae sequitur, *quaedam pars exercitus* intelligi debet Planci, quaeque olim sub Caesare militaverat.

10 Ita habent mss. omnes et edd. pr. Vulgo omittitur *me*, revocatum ab Orellio.

11 Nostri duo cum Vict. *confert.* Tum *mihi videor* habent edd. pr. et Lamb. Mox Amb. 6 et ed. Ro. *suscipere posse.*

12 Quae olim ab Antonio regi solita, tunc erat in exercitu Lepidi. *Corrad.*

13 Nempe ex Italia. *Schütz.* Mox Ernestius malebat *coniuncteque*, ut habent Ambb. quatt.

14 Cod. Stew. *defuturum*, quod ad ep. DCCCXXXIV 2 a med. in loco simili Gebhardus et Graevius defendunt, provocantes ad Gellium I, 7 et Sanctii Minervam III, 11. Ego utrobique mutavi auctoritate librorum.

15 M. Iuvencio Laterense, Lepidi legato. Confer epp. seq., DCCCXXXIV et DCCCXLVII. *Schütz.* Interpretes dicuntur etiam conciliatores pacis, ut apud Liv. XXI, 12.

16 Lepido; epp. seq. init., DCCCXXVII med. et DCCCXXXIX. *Manut.*

17 Quia socium et participem eiusdem gloriae Lepidum non habebo. *Idem.*

DCCCXVIII.

1 Ex his verbis intelligitur, hanc epistolam appendicem fuisse superioris, vel saltem alterius, quae interciderit. Vidit Schützius.

2 Erant enim Plancus et Lepidus inimicissimi; ep. sup. extr. Mox ed. Ro. *seque et liberos*, et mox Lamb. *urbem.*

3 Pro lubito, h. e. large et plene uteretur. Mox Ernestius coniiciebat, et Schützius tacite dedit *profecique per Laterensem.*

4 Gallia Narbonensi; ep. DCCCXXXIII ante et post med.

5 *Possem* hoc loco omisit Lamb.: alterum tamen, quod est in fine seq. membri, omittere malebat Ernestius.

6 A M. Antonio eius fratre; ep. DCCCXXV, init.

7 Ita Amb. 13, Rec. et ed. Med. At Iens. *II Idus.* Vulgo *V Idus;* quod esse non potest, propter diem *quartum* iam supra relatum. Id vidit etiam Lambinus, qui edidit *ad prid. Id.*

8 Lamb. *Italiamque.*

DCCCXIX.

1 Lamb. *Clodio.* Mox Amb. 6 *summa necessitudo mihi est.*

2 Ne hostis cum Antonio iudicetur. *Manut.*

3 Videtur pater eius, quum exsularet, ab Antonio consule in patriam restitutus. *Idem.*

4 Idest, quae probetur omnibus. *Inducere*, h. e. ponere, producere.

5 *Nutus* abest ab Amb. 6, interiecta lacuna. Quatt. alii *mitius potes*, vel *mitius. Potes.* Ed. Iens. *Amor tuus potest;* quorum alterum ignorantiam, alterum interpretationem librarii arguit.

6 Ne scilicet hostis iudicatus civitatem Romanam amittat.

DCCCXX.

1 Ernestius *Lucium* intellexit: at hic iam quarto die ante ad Forum Iulii venerat (ep. DCCCXVIII). Itaque verius est de Marco accipere; quod Strothius ad hunc locum monuit. *Schütz.* Tum *Ventidius*, ad ep. DCCCXIII, not. 8.

2 Schützius, auctore Strothio, *ad For. Vocontium*, fortasse quod *Vocontium* edebatur vulgo in ep. DCCCXXV sub init. *Voconii* tamen est in Tab. Peuting., Itiner. Antonini, et apud Plin. III, 5. *Viginti M. P.*, consentit Itiner. Antonini. Tabula vero Peuting. *XVII*, sed nota *V* fortasse mendum continet, et in *X* mutanda. Omnes nostri *passus.*

3 Quod si nihil ab ipso peccatum sit. *Graev.* Edd. Iens. Ro. Lamb. *servaverit.*

4 Simpliciter *incedere;* cf. ad ep. XLIX, n. 2.

5 Ernestius e mss. suo, Guel. 1 et ed. Mediol. (quibus addendi nostr. tres et Rec.) *recusavit;* quod Schützius et I. V. Clericus admiserunt.

6 Scil. ad urbem (ep. DCCCXXXIV, 2), et opponitur τῷ *in castris.* Mox Lamb. et Amb. 15 *quod illa valitudine.*

7 Ita primus Victor. ex ant. cod. At edd. vett. *me tueri*, quod Ernestius et Bened. receperunt, quodque est in omnibus nostris. Mox *interitu consulum*, vide ad epist. DCCCXI, not. 3.

8 Nostri et edd. pr. *si quis;* tum septimus cum Rec. et ed. Med. *vestrum improbabit.*

9 Man. Lamb. *Lepidus tandem.* Mox *fecit*, *ut — mitteret*, h. est, misit; ep. CCXXII init.; Cat. M. seu de Sen. 12 ad fin.; et ep. CCCLVI, A, ubi vide Graevium.

10 Sic Pal. 6 et Hittorp. cum Lamb., scil. obses et quasi pignus fidei et societatis Lepidi. Vulgo *fide illius et societatis:* et *fide* antiquo generandi casu accipiunt pro *fidei.* Sed facile extrema litera τοῦ *fidei* absorberi potuit a prima sequentis *illius.* Immo Gellius (lib. IX, 14), ad quem provocat Victorius, non per *e*, ut *fide*, *die*, quemadmodum ipse putabat, sed per *s*, *dies*, *facies*, vel geminos *ii*, *dii*, *facii*, veteres genitivum scripsisse dicit. Exemplum vero Sallustii (Iug. 97): *Vix decima parte die reliqua*, quod affertur, in quo *die* casu genitivo scriptum dicitur, non est sine aliqua dubitatione, an *die* pro *ex die* ibi dictum sit. Locus autem Virg. Georg. I, 208 mutat, *die*, *dies* et *dii.* Vide Burnouf. ad Sall. Iug. 52.

11 Edd. Ro. Iens. *Studium in ea re mihi suum;* Lamb. *s. in ea re suum mihi.* Mox *de tribus fratribus*, scilicet Antoniis. Tum *se Gaviano* habent quatt. nostri distinctis vocibus, quarum secunda grandiori etiam litera *G* scribitur; quod receperunt nuperrime Bengelius, Stro-

thius, Schützius et Orell. Nimirum se ipsum, h. e. suam benivolentiam probavit Gellius Gaviano in negotio trium fratrum (quod quale sit, ignoro), postquam studium suum probavit Planco, quod dederit operam, ut Appella ad me mitteretur. Manutius correxit *sex. Gaviano*, ut sit ille, de quo Tullius pro Sext. 34 loquitur. Gebhardus ex mss. *Segaviano* cum Victorio. Sed totus locus obscurus.

12 Nostri, praeter unum, Zel. B Rec. et edd. pr. cum Lamb. *cognoscere;* h. e. mihi ille videtur esse amicus rei publ.

13 Amb. 14 in marg. *bene de re p. merentur.*

DCCCXXI.

1 Praetori urbano, consulum personam sustinenti in senatu; ad ep. DCCCV, n. 11. *Frigidas*, quia pacem cum Antonio suadebant; *inconstantes*, quia modo rei publ. partibus, modo Antonii favere videbantur; epp. DCCC et DCCCXL; ut explanant Man. et Quart.

2 Sic cum Lamb. tres Ambb. Vulgo *Quum rebus enim ipsis*, contra latinitatem.

3 Duo nostri et aliorum multi *sententiis plenae*, sed *plenae* delevit Victorius; bene: subauditur enim *gratissimae*. Lamb. *sententiis perscriptae.* Vtrumque ex interpolatione, inquit Orell., qui *ac sententiis* edidit cum Victorio.

4 Hoc est, coepit flagitare; Liv. XXIV, 26: *puellis ut saltem parcerent, orare institit.* Immo, ut monuit Graevius, sicut *coepi hoc facere* Graecis Latinisque dicitur, pro *feci* (ut apud Phaedrum I, 2, 8 et ibid. 3, 10, et iterum 8, 5 *coepissent queri* pro *quererentur*), sic hic *flagitare institit* est pro *flagitavit.* Sic vero omnes nostri: at Lamb.

post edd. Ro. et Iens. *instituit.* Vtrumque defendit I. F. Gronov. ad Liv. XXVIII, 46.

5 Edd. Ro. et Lamb. *considerare ait velle;* cod. Rec. et ed. Med. *considerare velle dixit;* utrumque ex interpretatione.

6 Quum magno clamore eum insecuti essent senatores: *Convicium* quasi *convocium*, hoc est coniunctis vocibus. Sic pro Arch. 6: *Aures convicio defessae,* h. e. clamore; et Phaedr. de cantu cicadae III, Fab. 16, 3:

> Cicada acerbum noctuae convicium
> Faciebat;

idemque I, 6, 5. Vide, quae diximus ad ep. DCCCXII, not. 12. *Plebei* antique; cf. ep. CDLXVII. Codd. plerique *plebis. Retulerunt;* fecerunt ergo id, quod Cornutus facere recusavit. Ex quo colligi potest, tribunis etiam pl. fuisse ius referendi in senatu, ut iam Manutius ad verba *Lupo referente — decernit*, ep. XCII, 2 affirmavit. Sed quid tandem retulerunt? Scil., ut de literis Planci, quid sentiendum esset, ageretur eo ipso die. Brevi, ut literae Planci senatorum suffragiis committerentur.

7 Vir consularis; ep. DCCCV a med. *Rogatus*, sententiam de literis Planci. Videtur in hac epistola Cicero ea breviter perstringere, quae verbosius ep. cit. narraverat.

8 Amb. 15 et Zel. A *assensi omnes ad unum:* quod placet, et est proprium Ciceronis, ut Amic. 23: *omnes ad unum idem sentiunt*; et Lentulus ep. DCCCXLIII, 1. Nihil mutavi tamen; quod etiam sine τῷ *omnes* usurpatur Virg. Aen. V, 687.

9 Amb. 6 *Tu quidem.*

10 Zel. A *et cures.* Quae statim sequuntur, sana non putabat Ernestius, et scribi volebat *factum aliquod tuum egregium*, vel *factum aliquid a te egregie*, et *aliquid* re-

perit in ed. Rom. At Schützius coniungit *a te* cum *audiamus*. In nostro 13 *factum aliquod egregium*. Mox mss. apud Garat. *putaverimus*.

11 Nostri plures, Rec. et ed. Med. *erit a te fi*

DCCCXXII.

1 Ed. Ro. *literas defert?* Cod. Rec. *literas detulit?* Scripserat fortasse Cornificius, litigatores tantum sibi a Cicerone commendari. *Multae istae quidem*, supple *fuerunt ad te datae*. Sic et infra *eodem exemplo*, supple *literas dedisti*.

2 Pal. 6 sine *mihi;* Graevius *mi*. Mox edd. Ro. Iens. et Ambb. 2 et 6 *non possum*.

3 Volumen epistolarum est hoc loco longior epistola, ut in ep. CCXLIV, 2 init.: *Legati Appiani mihi volumen a te plenum querelae iniquissimae reddiderunt*. Contra, συναγωγὴ *epistolarum* significatur ad Tiron. ep. DCLXI: *Tuas quoque epistolas vis referri in volumina*, h. e. cupis, ut epistolae a te scriptae simul in unum corpus colligantur. Cf. ep. DCCXLVIII, 5. Sic etiam ep. CCCLI a med.: *Evolvi volumen epistolarum;* de quo iam suo loco. Mox Rec. Zel. B, nostri omnes et edd. pr. *te a me*, vel *a me te*.

4 Man. Lamb. *raras*.

5 Amb. 3 *detinebar* — *detineor*.

6 Ernestius et Schützius *viderentur;* ex coniectura: sed hic τὸ *quum* tempori inservit.

7 Lepidi scelere, qui Antonium pugna Mutinensi fractum, inermem, fugientem recepit, et auxilio exercitus sui confirmavit; epp. DCCCXLIX et DCCCLIII. *Manut.* Idem Man. coniecit *gerere cogamur*.

8 Quinque nostri *Cerippus*, vel *Corippus*. De eo vid. ep. DCCLXXIX extr.

9 Accommodatum naturae, h. e. ingenio meo. Mox inepte, puto, Amb. 7 et Rec. *nunc video*. Tum *vultus — tuos* est idem, ac vultum tuum; nam plurali numero alias adhiberi vidi pro singulari, ut pro Cluent. c. 26, et pro Planc. 18 a med. Quamquam melius acciperem pro frontis et totius oris contractiones.

10 Ed. Med. *succenseam*.

11 Tres Ambb. cum Lamb. *ad me unum a te literas*.

12 Ad ep. DCCCVI.

13 Lamb. *orbus est senatus*.

14 Quod impositum populo non erat post devictam ab Aemilio Paullo Macedoniam. Off. II, 22, Plutar. in Paulli vita, p. 275. *Manut.*

15 Alii *Atteio*, alii *Accio*, alii *Attico*, et ita legendum censeo: ut is Dionysius significetur, qui, quum Ciceronis servus esset, factus liber, ex Cicerone et Attico iunctus est, et (in ep. CXLII, 1) appellatus *M. Pomponius Atticus Dionysius*. Corrad. Msti habent etiam *Actio* et *Ateio* et *Attico;* sed in *Attico* multo plures consentiunt. Si est idem, de quo in ep. DCCXC, 3, Manutius praeferebat *Attico*, ut a patrono suo et cognomen et nomen acceperit. De hoc multa in epp. CXI, CXXII aliisque.

16 Omnes nostri, Rec. et edd. pr. *Tratorius*, ut supra ep. DCCLXIV init.; itaque sic dedimus. Vulgo *Stratorius*.

17 Ep. DCCCXII, 3. Codd. aliquot *de P. Lutio;* Vict. *de P. Luccio;* Amb. 13 *de Publio*, omisso *Lucceio*. Infra Amb. 6 et edd. pr. *quam ego sim*. Bis peccasse videtur librarius, hic quidem inculcando *sum*, supra vero, n. 13, omittendo *est*.

18 Propinquus.

19 Auctionum. *De proferendo die*, ut prorogarent, differ-

rent diem auctionis. Infra in tribus Ambb. et Rec. *probarunt*, et *veniendum* intellige Romam.

20 In nostrorum quatt. *obtemperaverit*.

21 Legatis C. Calvisii (ep. DCCCXII, 1), per quos Africam provinciam absens regi volebat, traditam sibi ab Antonio. *Lallem.* Tum *valde laudo*, quod lictores illis ademeris. *Manut.*

22 Primus addidit Manutius *digni* sic: *honore enim digni*, cum Lamb.; nec delere sustinuerunt Ernestius, Olivetus et Schütz: facile subaudiri potest. Mox omnes fere Ambb. Rec. et ed. Med. *eos*.

23 Cod. Rec. *eodem ipso die;* ed. Med. *eodem tempore*.

DCCCXXIII.

1 De Lepidi fide.

2 Ad Mutinam. Sic et infra *te incluso*, intellige Mutina; epp. DCCCIX, DCCCXIV.

3 Id ipsum iam in ep. DCCLXXXII. In verbis *fortes duces* Ciceronem se ipsum occulte significari viderunt Man. et Quarterius.

4 Quam ego dicere, aut consulere possim.

5 Gratiarum actione, scil. de victoria Mutinensi.

6 Ern. *XIII.*

DCCCXXIV.

1 Rem sane miram et a moribus praesentibus abhorrentem, imperatorem, quum gravissimis de rebus ad senatum scribat, epistolam alteri commutandam tradere; nisi constaret, quanta in aestimatione Cicero apud omnes esset Ceterum intelligo, mutatis verbis, sententia conservata.

2 Vid. Phil. V, 11 et XI, 8. *Mecum futuras*, post utriusque consulis mortem. Equidem Cicero exercitum consulum D. Bruto dandum censuit, et imperium soli Decimo committendum contra fugientem Antonium. App. B. Civ. III, 74. Sed illae duae legiones ad Caesaris Octaviani exercitum pertinebant, et, ut dicit Cicero in epistola DCCCXXXVI, negabant, ulla conditione ad D. Brutum perduci posse. Mox *Druso*, ex gente Livia, senatori; *Paulloque*, L. Aemilio Paullo, viro consulari (epist. CCXVIII et CCXL).

3 Omnes Ambb. Rec. et edd. pr. *Vicentini*, vel *Vincentini*.

4 Hoc non intelligitur, quia historia rei ignoratur. *Ernest.* Cod. Amb. 6 *a senatu v. c.*

5 Hoc loco est id genus hominum, quod in bonarum artium inopia prave agit et perverse. *Orell.* Graev. e duobus mss. Pall. pr. et Hitt. (quibus addendus Amb. 3) *incertissimum:* 6 cum Pal. tert. *ineptissimum.* Mox Ambb. 6 et 14 *XIIII Kal.*

DCCCXXV.

1 Sic Victor. ex vix conservata scriptura cod. Medicaei; et sic póst eum ceteri. Aperte *Imperator iterum* dicitur Lepidus in Phil. XIII, 4: etsi nec quando, nec quos hostes vicerit, tradunt interpp.; nec scimus, solitos fuisse veteres his titulis *imper. iter., imp. ter.* uti ante oppressam ab Augusto rem publ. Tres Ambb. Rec. Zel. B *imp. item.* Tum *M.* praenomen habent edd. fere omnes; sine praenomine paullo familiarius, quam hoc loco deceat, scribebatur, ep. CCXXIX init. Deest praenomen in omnibus Ambb.

2 Desunt hae literae capitales in aliquibus codd.

3 Vbi Araris (vulgo *la Saône*) incidit in Rhodanum. Ad illum confluentem sita Lugdunum, nunc *Lion.* Graev.

4 Ex ep. DCCCXX. Sic Orellius corrigit. Ambb. omnes et vulgo *Forum Vocontium*, h. e. Forum Vocontiorum. Mox *contra Antonios*, scil. Lucium et Marcum fratres. Hanc Victorii, Lamb. de Franc. aliorumq. lectionem, Ambb. omnibus confirmatam, recepi. Gebhard. ex excerptis Vatic. *Antoninos*, quemadmodum dicitur *Hirtino proelio* in ep. DCCCXXXIII a med. Graev. ex Ment. et alii *Antonianos*, quos sequuntur Ernest. Sch. et Ios. V. Clericus.

5 Epp. DCCCXX et DCCCXXXIII. Se autem coniunxit ad Vada; ep. DCCCXIII. *Et ultra me*, sc. in eodem flumine, sed supra me.

6 Ante adventum Ventidii. Victor. *habebat ante*: Amst. *habebat autem antea.* Mox *legionem quintam* dedit Orell. ex Vict., cui Hitt. apud Graevium suffragatur. Vulgo *secundam.* Inferius *inermorum*, pro *inermium*, quod ipsum habent edd. pr. Ad ep. DCCCXXXIII a med. legi in quibusdam codd. *inermos bene multos* pro *inermes*, testis est Graevius. Conf. ep. DCCCXXXII.

7 Zel. B *omnis equitatus.* Infra *discessit* habent omnes ad unum Ambb. Rec. ed. Lamb. et sic semper *discedere*, non *decedere a proelio.* Caes. Bell. Civ. I, 9: *ab exercitibus discederent*, et *discedant ab armis;* Sall. Cat. 36 et Iug. 21; Nepos, Them. 3: *Pari proelio discesserant:* Cic. Tusc. II, 23: *Discedunt superiores;* et pro Quint. 18. Vulgo tamen *decessit;* quod iam Iac. Gronovius ridebat.

8 In nullis mss. paullo antiquioribus numerus additur, testibus Vict. et Corrado; itaque lacunam quisque editor ponit, praeter Lamb. qui *eq.* XXCIↃ, hoc est viginti millia edidit. Riccii et Maff. libri $\overline{XXX}$, hoc est, triginta millia, teste Manutio; cui tamen tantus numerus parum

verisimilis videtur. Manutio consentiunt tres nostri et ed. Iens. scribentes *XXXM* vel *triginta millia.* Duo alii lacunam habent; quintusdec. vero *IX.* Aliqui legunt *tria millia.* Schützius coniiciebat legendum *XXX centuriae*, vel, ut ep. DCCCXXXIII a med., *V M*, cui Madvig. 1, p. 134 consentit, coniiciens, latere in perverso illo *itaque*, quod sequitur, numerum *quinque*, sic: *Equitum millia quinque. Ad me* etc. Τὸ *itaque* delevit Schütz. Mox duo Ambb. *et in dies eius copiae minuuntur.*

9 Immo ex ipsius voluntate. Occulte enim favebat Antonio. Vide Dionem XLVI, 38, 42 seqq. *Manut.*

10 Amb. 15 *eorum copia.*

11 Summae contentiones in officiis mutuo reddendis. Lamb. *studia officiaque mutua.* Sane *studia officii* insolenter dicitur, nisi accipias eo modo, quo Virgil. Georg. IV, 564 scripsit, *studiis otii florentem.* Zel. B et edd. pr. *summa studia, officia mutuo.* Tum et illa insolenter dicta sunt *mutuo inter nos certatim;* quo in loco Cortius provocat ad Virg. Ecl. III, v. 28:

> Vis ergo inter nos, quid possit uterque,
> Vicissim experiamur?

Ego tamen *mutuo* ad superiora retraxerim. Revera in Amb. 14 legitur *studia summa inter nos.* Infra Manutius *proinde diligenter* explanat *aeque diligenter*, quod *proinde* interdum valet *perinde.*

12 Sic codd. omnes cum Lamb. et Orell., *motu* interposito, ut concursum *re — re* evitetur. Vulgo *repentino rei publ. motu.* Nostri infra *magnopere;* praeter 13. Tum Graevius et seqq., Orellio excepto, *moverunt.*

13 Quum ei statuam equestrem inauratam in Rostris ponendam censuit. Philipp. V, 14, 15. *Manut.* Alia vide ad ep. DCCC. Man. et Lamb. *Memini autem et illa,*

cui consentit cod. Riccii, teste Manutio. Mox Ambb. numero plures *ab tua vol.*

14 Lamb. *fixa animo meo manebunt:* quia, ut monet Ernest., clausula hexametri non bene se habet. Sed in Lepido ferenda, quando Tullio ipsi inconcinnum aliquid prae aestu scribendi excidit. Cfer epp. CXLVIII, 5: *Laudantur et laudabuntur iidem;* et CCLXXXVIII extr. *Lepta tibi salutem dicit et omnes.* Adde DCCCXI sub init. et CCXCIII, 1.

15 Lamb. *si meam vitam, studium, diligentiam;* Ambb. 3, 7, 13 *si m. vitam studium diligentissime,* ut Orell.

16 Idest, quae vita, et quod studium vere Lepido digna sunt. Emphasim hic agnoscit Manutius propter antiquam familiae dignitatem; Phil. XIII, 4. Tum Amb. 3 *spectata habes.* Mox *eo* abundare monet Manutius. Fortasse scriptum fuit *aut etiam ampliora.*

DCCCXXVI.

1 Planci (ep. DCCCI) legato. *Manut.* Ed. Ro. *C. Furnio;* ed. Iens. *Furnio suo.*

2 Idem Lamb. *operam navare.*

3 Lamb. *neque melius.*

4 Ambr. 2 cum aliquot aliis *anteponendum.* Graevius volebat *anteponenda.* Furnius decreverat petere praeturam, quum nondum tempus eius petendae legitimum advenisset. Hinc censet Cicero, operam, quam rei publ. foris navabat Furnius in exstinguendis belli reliquiis, esse anteponendam eius festinationi in petenda praetura.

5 Corradus et de Franciscis volebant *sententiaque;* quod invenimus in tribus nostris, in Rec. et ed. Med. At Orell. coniiciebat *conscientiaque.*

6 Ed. Iens. *honestius est.*

7 Nostri quatt. *Si autem.* Tum Hitt. et Pal. 6. *satisfactum officio, rei publ. satisfactum putas.* Mox *comitia*, nimirum praetoria. Nam consules iam erant designati in annum proximum, nimirum Plancus et Brutus, ut explanat Manutius. Mox nostri duo *quoniam mature*: et *ne quid — imminuat* cum Ernestio, Amb. 13, Zel. B, Rec. et edd. pr.; nisi quod Ro. et Iens. *ne quid haec festinatio aliquid imminuat;* inepte. At Hittorp. et Pal. 6. *Ne haec f. aliquid im.;* quod probavit Graevius.

8 Quam consecutus es. Coniungit utriusque laudem, ut ostendat amorem suum. Amicorum enim omnia communia. *Manut.*

9 Non venerunt ad petendum. *Idem.*

10 Visum est Ernestio excidisse *ita;* sic: *tibi ita destinatus.* Multa tamen exempla contra eum faciunt.

11 Si manebis in provincia, et ad comitia praetoria non venies. *Manut.*

12 Etsi posses sine Planco (qui futurus est consul in annum sequentem) facile praeturam adipisci. Mox Dresdd. tres *tuam fore* cum Lamb.

13 Ambr. 2 cum Lamb. *Non ita necesse arbitrabar.*

14 Scil. in consilium; quod vide ad ep. DCCLXXVIII init.

DCCCXXVII.

1 Ambb. aliquot *Leernus*, *Levius*. *Laevum Cispium* vide in ep. DCCCXXXIV, 2. Tum male nostri quatt. Stewech. et Grut. *ei dedi;* et Zel. B *ego ei dedi.*

2 Quem pudet infamiae supervenientis. Cf. ep. DCCCXLVII sub init. Duo Ambb. Zel. B et ed. Ro. *prudenti.* Infra *periculosum*, ob dubiam Lepidi fidem; ep. DCCCXVII, not. 9.

3 Laevi Cispii et Nervae. *Corrad.* Mox *continuis*, de proxime se consequentibus, ita ut nihil fere spatii inter utramque intercedat.

4 Lamb. *nullam rem.* Mox Amb. 6 *fecit timorem.*

5 Quod scilicet rei publ. universae ortum esset ex defectione exercitus Lepidi. Cf. ep. DCCCXVII, 2.

6 Hoc est, sciebam utique, multo esse cautius consilium, et erat revera cautius, si ego exspectassem apud Isaram fluvium, donec collega meus (in consulatu) D. Brutus traiiceret per Alpes exercitum, mecumque se coniungeret; tamen videbam, mihi assignatum iri quicquid damni ex hoc meo consilio Lepidus pateretur. Ambr. 6 *ut cautius* etc.; vulgo *etsi cautius*, ex emendatione H. Steph. et Lamb. Illos secuti sunt interpp. ad unum omnes, praeter nuperrimum Orellium.

7 Et cum Decimo Bruto, qui mecum in re publ. defendenda consentit, sicut milites faciunt, h. e. sicut et milites ipsius et mei consentiunt, obviam ire duobus fratribus Antoniis et Ventidio, hostibus; ut explanant Quart. et Orellius. Expressimus lectionem omnium fere codd. et edd. pr. At Amb. 12 *et cum coll. cons. sicut milites faciunt exercitu concordi et bene de re p. sentiente hostibus obv. i*, cum Lambino e suis mss. et Schütz; qui tamen verba *ut milites faciunt* aliena esse et insititia opinati deleverunt cum Graevio. Ea etiam Amb. 15 nescit; uncis incluserunt Ernestius et I. V. Clericus.

8 *Videbam* supervacaneum visum est Ernestio, quum verbum *sciebam* satis superque sit; tamen, quia multa sunt interposita inter utrumque, retinuimus cum vulgatis libris.

9 Nostri fere omnes cum Graevianis *si posset;* quod Graevius recepit. At Plancus in ep. DCCCXVIII med. *quod equitatu meo persequi — possem;* quem locum etiam Orellius laudat.

10 Nulla sua culpa, ex iis, quae ipse non contraxit. Et sic ad Q. fratrem ep. XXIX, 1: *Ea molestissime ferre homines debent, quae ipsorum culpa contracta sunt.* Graev. Lamb. *copiis suis nondum contractis.*

11 Schützius *abesset*, ut superiori *habebat* conveniret. Contra Ernestius *habeat — absit*, plane ut Amb. quintusdec. Mox *affert difficultatem*, ne scilicet Antonius recipiatur ab exercitu Lepidi; quod evenit. Sic I. F. Gronovius exponit. Amb. quintusdec. *habet diff.* Tum *magnumque habet casum*, scilicet multa accidere possunt, v. c. ut pars exercitus Lepidi ad hostem deficiat, quod factum vide in ep. DCCCXLVII init.

12 Et adeo perculsas. Ernestius delevit *sic*, putans esse a glossatore, qui sup. *tantum* explanaret. Sed *tantum* refertur ad *confido* et *despicio*, et *sic* ad *perculsas*. Ernestium tacite sequitur Schütz.

13 Ernestius, Schützius et Orell., de Puteani coniectura, *ulceris;* quod vulnus sub cute non est. Aliud pro alio commutavit procul dubio Plancus.

14 Nisi eodem loco ego et Lepidus haberemus castra. *Quart.* H. e. nisi me cum Lepido coniungerem, non possem exercitum Lepidi in fide rei publ. retinere. Schützius correctionem Manutii et Weiskii *si uno loco me t.* expressit; de quo vid. ad ep. DCCCXLVII sub init. Amb. 3 *nisi uno in loco;* Lamb. *nisi uno loco metaremur.*

15 Zel. A *Quos si a. m. oppresserit.* Mox Manut. Lamb. et Graevius *quae me — excitavit;* ut in Amb. quartodec., sed a 2 manu.

DCCCXXVIII.

1 Pal. sex. *et collega.* Tum Amb. quartusdec. *et collega spes omnis sita est.*

2 Ad epist. DCCCXXXV init. Tum *literis vestris;* hae literae Planci et Bruti ad senatum non exstant.

3 De agris militibus rei publ. dividendis: quam sibi curam demandari, non modo Plancus, sed Brutus etiam, eius collega, cupiebat; epp. DCCCXXXVII et DCCCXLV extr. *Manut.* Duo Ambb. et Zel. B *de lege agraria.* Tum infra Lamb. *de te honorificentissimam.*

4 Ernestius corrigebat *ita eam secutus essem;* cetera, ut spuria, omittens. Schützius correctionem Graevii maluit exprimere: *sententiam dixisset, qui eam secutus esset, certe ego fuissem.* Assensus essem ei, qui sententiam de te honorificentissimam dixisset: sed qui eam dixisset, is certe ego fuissem.

5 Vel deest, vel certe subauditur *SCto*, ut infra patet. *Manut.* De Franc. revera emendavit ex mss. *eo SC. quod factum est.* Mox Stew. et nostri duo *vestro arbitratu.*

DCCCXXIX.

1 Quod literas ipse non mitteret.

2 Amb. 7 *et off. tuo.*

3 Animi, an castrorum est hic sermo? Si secundum, quod praetulit Manutius, ergo iam Alpes transgressus est Brutus, et epistola DCCCXXXVII est hic retrahenda. Sed praestat de primo accipere, ut ep. sup. et CDLXVI extr. et pro Cluent. 55: *equites ordini senatorio concordia coniunctissimos.*

4 Schützius *tecum ipso*, propter vim oppositionis.

5 Brevitatem in scribendo amabat Decimus; epp. DCCCXLVI et DCCCLII. *Manut.*

DCCCXXX.

1 *Mihi* cum Benedicto et Schützio addidi, quod est in Dred. V, Asc. I et edd. pr.

2 Sic primus Lamb. deinde Ernest. ex mss. et ed. Med., quibus adde ms. Rec. At Graevius *positum est.* Mox *in praemio virtutis*, in extollenda tua fide.

3 Ipsam sententiam in tabella perscriptam habebant, unde recitabant, postquam oratione late eam persecuti essent. Vid. Lipsii Sat. c. 18; et Senec. de morte Claud. c. 13. *Cortius.*

4 Ep. DCCCI, exponit Corradus; quamquam illae publice, h. e. ad senatum missae sunt, non ad unum Ciceronem, ut hic innuere locus videtur.

5 Sic Ambb. omnes, Rec. Zel. A et edd. pr. cum Vict. Lamb. Bened. Schützio et Orell. At Graev. Ern. et I. V. Cler. omiserunt *nobis.*

6 Nimirum rem ad exitum perduces, ut coepisti, et Antonium conficies. Conf. ep. DCCCXIV et seq.

7 *Vastatorem;* nimirum Troiae. Verissime enim neque Aiaces, neque Achilles, quamquam Troiae obsidendae interfuerint, eius tamen capiendae auctores fuerunt; sed Vlysses astutia sua Troiano bello, et simul Troianae urbi finem fecit. Nota est Virgilii narratio Aen. II.

DCCCXXXI.

1 Abest *ea* a tribus nostris et ed. Iens.

2 Videmus animo, cernimus oculis; quamquam et *cerno* transtulit ad animum in ep. CVIII, 1 a med. *Cerno iam animo.*

3 Nostri omnes cum edd. pr. *Semper quidem.* Plerumque *equidem* ponitur in capite sententiae. Numquid non antea vidisti, te a me amari? Equidem vidi semper.

4 Ep. DCCCI. Correxit Ernestius *fuerunt,* quia sequitur *erant;* probarunt Schütz et I. V. Clericus.

5 Zel. A cum Guiliel. *conficias. In hoc erit summa — gratia,* h. e. gratia summa valebis, gratiosus eris apud omnes.

6 Nimirum, cuius gloriae consequendae occasionem maximam dii dedere, quam facultatem, ut complectaris, obsecro. Cfer epp. DCCCV extr. et DCCXCVI extr. *Gratiae gloriaeque cave tempus amittas.*

DCCCXXXII.

1 Nostri quinque *ut ex.* Mox Ambb. 12 et 15 *non modo restinctum;* minus recte. Cf. ep. LXXXVIII, not. 1.

2 Caesaris necem, et victoriam Mutinensem. Nostri sex cum Lamb. *omnia illa tua p.;* 6 *omnia illa praeclara tua:* at 3 brevius *illa praeclara.*

3 Ambb. 3, 7 et 15, Zel. B *Romae;* non ita bene. Tum praetulit Ernestius ex cod. Gu. 1 (cui addendi Amb. tertiusdec. Rec.) et edd. pr., *inermibus,* ut similiter desinentia vitarentur. Vulgo *inermis.* Cfer epp. seq. a med. et DCCCXXV.

4 Ex proelio Mutinensi; ep. DCCCXVII, 2 et infra.

5 A Graeceio; vel, ut supra, ex oratione Graeceii.

6 Non iidem sunt erga te, qui erant; paullulum Romae a te sunt alienatae mentes hominum. Plaut. Trin. I, 2, 123: *Verbis paucis quam cito alium fecisti me.* Vidit Manutius. Ambb. 3, 7, 13, Zel. B Rec. et edd. Ro. Med. cum Manut. et Lamb. *fracti sunt.* Haec lectio facit, ut locus explanari fortasse rectius possit: Qui sperabant, iam non amplius sperant, per te profligatum iri Antonium.

7 Ambb. 2 et 15 *existimatur;* et mox idem 15 *maxime.*

8 Frequentius *in eum.* Sed illo modo est etiam in ep. CXIII, 5: *in te — homine — nobilissimo similia invidorum vitia perspexi.* Cf. Draken ad Liv. XXVIII, 43. Significat vero Brutum, qui, Caesare interfecto, urbem a servitute liberavit. In eum prae ceteris nimis libere loqui, per quem etc.

9 Sic Vict. Lamb. Ernest. et Amb. 13, aliique. At Graevius aliique *providendum sit.* Mox *ne qua* cum edd. Ro. Med. Lamb. et Ernest. et Ambb. omnibus aliisque. Cf. ad epp. LXIII, 2 *si qua — dimicatio;* LXXXVIII, not. 18, CLXXVIII, not. 6. Orell. *ne quae;* quod constanter retinet. *Querela*, nimirum contra te.

10 Amb. 6 *sese;* et septimus infra *Antonium compresserit;* minus recte. Cfer epp. DCCCXXX extr. et DCCCXXXI extr.

11 Lamb. et Amb. 7 *quam habeat vim.* Mox *apertius* etc., ne forte alios offendat rei publ. defensores, quum uni Decimo laudem opprimendi Antonii suggerat.

DCCCXXXIII.

1 Duo Ambb. *C. Asinius* (vel *Assinius*) *Pollio sal. plur. dicit Ciceroni.* At 13 *C. Asin. Ciceroni.*

2 Omiserunt has literas capitales cod. Rec. edd. pr. et Lamb. Tum duo Ambb. *Quod tardius. Proeliis apud Mutinam factis*, tria commissa sunt, quorum duo vide in ep. DCCCIX, tertium ad ep. DCCCXVII, 2.

3 Quasi dicat, optandum est non quidem mihi, qui mederi possum, sed illis, qui etc. Calamitatem vero rei publ. vocat, quod in iis proeliis uterque consul cecidit. Sic et infra vocat *vulnus.*

4 Edd. vett. *accersistis*, cum codd. aliquot.

5 Vel quia rei publ. copiis novum addidisset robur, vel quia conciliandae pacis auctor exstitisset. *Quart.*

6 Lamb. *in praesenti.* Mox Ambb. quatt. Zel. B Rec. et edd. pr. *veterani milites:* aeque bene, ut colligitur ex ep. DCCXIII, not. 6, si vera lectio est. Tum Ambb. sext. et quartusdec. *tamen postea n.*

7 Sic Lamb. et Vict. ex quinque mss., quod Cortius confirmat. Nostri et edd. pr. vitiose *soboles. Suboles* a *subolescendo,* quae scilicet succrescit, h. e. sub patre crescit. Liv. XXIX, 3 *Iuventutem subolescentem.*

8 Ambb. 3 et 13 et Rec. *quanto usu:* diversa terminatione, sed eodem casu, ut supra diximus; vide Gellium IV, 16, et Prop. Eleg. I, 11, v. 12. *Cunctationem — discussissem;* cf. ep. DCCCXXVII.

9 Delent *et* Ern. et Schützius; quod male cum *videlicet* componi potest. Mox Manutius *palmarer plane*, et *palmarer,* quod est in fere omnibus codd., defendit pro *adulari*, *blandiri,* quia *palma* blandimur. Victorius primus correxit ex coniectura *palparer,* aitque *palpare,* vel *palpari* indifferenter dici apud grammaticos quosque diligentissimos. *Plane* a melioribus libb. abest. Duo Ambb. *simularem plane;* De Franc. et Amb. 7 *et concionibus similis parere;* ed. Ro. *et conc. — simul proeliarer plane.*

10 Amb. 6 Zel. B et Lamb. *commeatum;* at ep. DCCXCVIII a med. *quibus commeatibus*, ut iam vidit Orell.

11 Sic Vict. et Orell., concinnius. Vulgo *pium meum consilium.* Mox *raperent in contrariam partem,* dicerent, me in Italiam venisse, ut succurrerem Antonio, non rei publ.

12 *Planco* opponitur superiori *mihi:* h. e. quam Planci amicitia cum Antonio fuit. Itaque male duo Ambb. *quam cum Planco.* Indignatur Pollio, quod, quum non magis dilexerit Antonium, quam Plancus, Planco tamen magis,

quam sibi, senatus confidat, eumque simul cum Lepido arcessat in Italiam, ut Antonium persequatur; ut exponit Quarterius.

13 Nostri omnes, tres apud Garat. Zel. B Rec. et edd. pr. *binos tabellarios — imposui.*

14 Hittorp. *Ego mehercules;* Lamb. et nostri fere omnes *et hercule.*

15 Lego *uterque cos.* Nam *cos.* videtur absumtum a seq. *con.* At *festinavit* est inique dictum: ad extremum enim casum adductus erat Mutinae D. Brutus.

16 Ambb. fere omnes *componerent.*

17 Male edd. Ro. et Lamb. *Nam haec.* Mox *ex Gallia Lepidi*, hoc est, Gallia Narbonensi; ut eam distinguat ab altera Gallia, nova populi Rom. provincia, a Planco administrata.

18 Eadem causa mortuum Pansam narrat Pseudo Cicero ad Brutum ep. XI circa fin. Veneno tamen per Glycona medicum vulneribus indito, suadente Octaviano, necatum, scribunt Pseudo Brutus ad Ciceronem ep. XV; Tacit. Ann. I, 10; Sveton. in Aug. 11, et Dio XLVI, 39. Sed si vera sunt, inquit Casaub. ad locum Svetonii, quae de moriente Pansa apud Appianum legimus, difficile creditu est, causam mortis ei attulisse Octavianum. Hirtii et Pansae laudes vid. Phil. I, 15; XI, 9.

19 Edd. Ro. et Ern. *Hirtiano;* quod est etiam in ep. CDLI, not. 11, consentientibus omnibus ad illum locum mss. Tum pro *quartam legionem* Manutius legendum suspicatus erat *secundam l.*, quod quarta legio non cum Antonio, sed cum Hirtio fuerit inter XX cohortes veteraranas, quas ei Galba tribuit ep. DCCCIX. Garatonius tamen ad Phil. XIV, 10 concedens, Pollionem parum dilucide locutum, nihil tamen mutandum censet, et sic interpretatur: Hirtino autem proelio et quartam legio-

nem (*quae sola virtutis et celebritatis causa priorque nominatur, eratque sub Hirtio*), et omnes peraeque Antonii caesas: item Hirtii (*non solum quartam, sed etiam reliquas*): quartam vero (*eandem, quae supra*), quum castra quoque Antonii cepisset, a quinta legione (*Antoniana*) concisam esse. Eadem illa celebritas distinctiores de quarta rumores attulerat.

20 Lamb. et nostri quatt. *item Hirtii quartam, quum castra q. A. cepisset, a. q. l. concisam esse.*

21 Falsum, et falsitati locum praebere potuit, quod scribit Sveton. (Aug. 10), priore proelio Octavianum fugisse, ac sine paludamento equoque post biduum demum apparuisse.

22 Iampridem Manutius in uno ms. minime recenti invenit *EQVITVM VM*, h. e. *equitum V m.* (quinque millia). Vrsinus et Lallem. *equitum XV*, hoc est, quindecim millia. Ed. Ro. *equitatum ac legiones.* Varietas est orta ex eo, quod numerus excidit in antiquissimo ms. Medicaeo, teste Victorio. Mox *legiones armatas tres*, falsum; lege epp. DCCCXXV et DCCCXIII. Tum msti quam plurimi *pupilli Bagienni*: Maffeorum liber *P. Vagieni*, ut Man. et Lamb. ediderunt.

23 Tres utique legiones secum habebat Ventidius (epist. DCCCXXV); sed non videtur septimam, quae cum Hirtio fuit. Philipp. XIV, 10. Vidit Manutius. Ergo et hoc falsum.

24 Gentes et populos etiam non Rom. imperio subiectos. Sall. Iug. c. 14 a med., idem Cat. c. 20. *Cort.* Mox *servitia*, de Antonio dixit etiam Brutus, eum ergastula solvisse, ut milites conscriberet: epp. DCCCXIII et DCCCXLI. Infra. Amb. 13 *Parma direpta.*

25 Lamb. *esse volunt.*

26 Non plenas. Ep. DCCCXIII med. *numerus veteranorum*

et armatorum satis frequens. Edd. Ro. et Lamb. *decem et septem cohortes* etc.

27 Ad D. Brutum. *In dèlectu non multum spei*, quia tarde nomen dabunt et aegre milites novi.

28 Rec. *propterea quod.* Mox *frumenta*, ut triticum, hordeum, avena, siligo et similia. *In villis*, hoc est domibus in agro positis. Ergo facilem commeatum habere poterat.

29 Ex literis, quae ad me proxime perferentur, statuam quid sit mihi consilii capiendum. *Quart.*

30 Abest *etiam* a Rec.

DCCCXXXIV.

1 Quia quum scripsisset, se de Lepidi fide bene sperare, nunc eius perfidiam nuntiare cogebatur; epp. DCCCXXVII et DCCCXVIII. *Quarter.* Mox Ambb. tres cum Lamb. *si non ex aliena.* Aliena, nimirum Lepidi.

2 Graev. post Iens. *omnia petenti.* Scil. Lepido.

3 Idest, bene sentiente Lepido; ep. DCCCXXVII. Amb. 3 et Zel. B *bene Lepido.*

4 Literis eius manu scriptis, quod est argumentum ad fidem faciendam maximum. Mox *praesentis* abest ab Amb. quartodec.

5 Legerim *dum apud me erat;* alioquin non video, quomodo hoc componi possit cum sup. *praesentis.*

6 Lamb. *res summa*, et I. F. Gronovius corrigi volebat *res p. summa*, quod Gruterus recepit: sed sic non dicitur, Ernestio iudice; esset *summa res p.*, ut in epp. CCLXXX, 2; XXI, 5 et DCCCI, not. 19, aliisque, quas illic laudavimus.

7 Graevius, Lall. *Quum in Isara flumine*, ex correctione

Corradi, cuius cod. *Sin cum Isara flumine.* Noster 6 *Sin Isara flumine. Flumine* pro glossa habet Graevius. Mox Lamb. *ponte confecto.*

8 Scilicet Lepidus.

9 Antonium per se vincere. Nostri omnes *conficere per se negotium* cum Lamb.

10 Est a Victor. Nostri omnes aliorumque et edd. pr. cum Lamb. *decreveram.* Mox *eum* etc., scil. Lepidum voluisse vitare me socium gloriae suae in Antonio opprimendo.

11 Hoc est deminuere, decerpere. Sic lib. IV, 55 ad Her. *delibans insitam virtutem. Delibare membrum*, pro atterere aut violare, dixit Varro R. R. II, 2, 16: *Ne toto die cursantes* agni *inter se teneri delibent aliquid membrorum.* Contra *illibatum robur* pro *integro*, illaeso et inviolato dixit Columella R. R. XII, 1, 1. Quibus exemplis a I. Fr. Gronovio laudatis adde Cic. pro Sext. 56 *flosculos orationis — delibare:* de Inv. II, 39 *delibare de gloria alterius;* et alia. *Ieiuni hominis* autem potes accipere et de homine gloriae avidissimo, eo modo, quo Plin. H. N. X, 3 dixit *aviditas ieiuna*, hoc est maxima, et qualis ieiuni esse solet; vel de homine inani et gloria carente, a quo propterea nihil gloriae delibes; eo sensu, quo ieiunus accipitur in epp. CCLXI, 3 et CCXXXVIII, n. 40; quod adhuc ad primum sensum recidit; vel etiam, ut explanant Ernestius et Graevius, de homine maligno, invido, ac propterea parciore, quam quod iustum est, in honore tribuendo. Sic Phil. XIV, 6: *Haec interposui, — ut quosdam nimis ieiuno animo et angusto monerem, — uti excellentem civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent.* Adde ep. CCLXXI 2 extr. Cod. Amst. *deliberarem;* Graev. et duo Ambb. *deliberare;* ex quo Lamb. correxit ediditque *delibrare*, pro *detrahere, deminuere*, improbans lectionem *delibare;* sed est *delibare* quoque

Ciceronianum. Quod sequitur *ut, si durius aliquid*, exponit Quarterius, ut, si periculum adiret Lepidus.

12 Sic codd. multis partibus plures cum Man. et Lamb. At Graev. Ern. Sch. *in eisque, — querensque se destitutum, aperte denuntiat;* nisi quod Graev. retinuit verba *in quibus.*

13 Pro *persolutam*, liberatam; nam et *solvere fidem* pro *praestare* dicitur. Vide Burmann. ad Ovid. Metam. XI, 135. *Ernest.*

14 Man. Lamb. *dedi.*

15 Concinnius ex ingenio Lambinus *et ea quibus credidi.* Pal. pr. et tres nostri *ex quibus cr.*

16 Ironia satis manifesta. *Manut.*

17 Hirtio et Pansa; ep. DCCCXI, not. 3. Vocem *singularibus* Schützius omisit, quod et abest a msto Hitt. et deleri volebat Ernestius. Noster 14 *consulibus occisis singularibus;* Lamb. *consulibus, singularibus viris, occisis.* Tum idem Ern. loco adiectivis permutato malebat *cons. amissis, civibus pro patria occisis;* quia *amitti pro patria* non dicitur. Acute; Schützius recepit. *Hostibus omnibus iudicatis* nimium est; Orellius sic locutionem coërcebat: *hostibus omnibus bonis* (h. e. optimatibus) *iud.* Verba *bonisque publicatis* absunt ab Amb. 6.

18 Neque insolentiam hanc militum punierat, neque eos correxerat. Mox Ambb. aliquot et ed. Ro. *hoc me ven.;* Zel. B *nunc me v.*

19 Tres Ambb. cum Iens. Lamb. *maxima auxilia.*

20 Sic Lamb. et nostri quinque, ut in ep. CCLII, 4: *civitatem — funditus perdidissem.* Vulgo *prodidissem*, ex Victorio; quod tamen, quo valeat, non video. Tum *defuturam*, ante Schützium Lambinus et Ernest., codd. fere omnium auctoritate et edd. pr. dederunt. Conf. epist. DCCCXVII, not. 14. Vict. Graev. Orell. *defuturum*

21 Nec patiar a sceleratis hominibus tanta percipi commoda, qualia sunt, exercitum fidelissimum, maxima auxilia etc. aut perdere, aut ad suas partes allicere. *Quarter.*

22 Fluxit hoc a Victorio, et est in Hittorp.; nam ante eum edd. et mss. nostri *Exercitum — habebo —, provinciam tuear — omniaque integra ut servem, dabo operam;* vel mutato *habebo* in *habeo*, ut Amb. 12, vel omisso *ut*, ut tres alii. In qua tamen lectione extr. *tuear* esse non potest. Lamb. *exercitum locis ut habeam.* Tum idem Lamb. *desciverit. Ille exercitus*, scilicet Lepidi.

23 Vt ad Mutinam, sic in Gallia.

24 Lamb. *fuerit.*

25 Amb. 15 *meque mutuo diligas;* ut alias. Verisimilis est Weiskii coniectura, quae sequuntur, fragmentum esse epistolae inter DCCCXVIII et DCCCXX scriptae. *Schütz.*

26 Et hoc a Victorio; procul dubio ex coniectura; nam libri omnes *excuses;* quod Cortius male defendebat, explanans: excusatum tibi habeas.

27 Scilicet Romam, ut praeturam ineat, ut est in epist. DCCCXX. Sic ed. Ro.; at libri cet. *istoc;* sordes antiquae, ut et supra *hoc submittatis, hoc traiiciendum,* quae in multis libris reperiuntur.

28 Confer ep. DCCCX. In seq. membro Lamb. *te amantissimum.*

29 Quam magnum, et quo tempore beneficium in me tuum conferre volueris; scil. quando et quomodo me ornare vis. Ep. prox. cit. *temporis et rei te moderatorem facile patior esse.*

30 Vt consul in Hirtii locum sufficeretur, consulatumque gereret usque ad exitum anni; quod etiam petiit Octavius. *Manut. Ad tuum amorem* etc. scil. rogo, ut me ames, ut Hirtium amasti, et me observantem, aeque ac Hirtius fuit, tui putes.

DCCCXXXV.

1 Furnius enim Planci legatus trans Rhodanum circa Narbonam adversus hostes rei publ. onus sustinebat. *Func.* Narbonenses autem quum audissent Lepidum descivisse, videntur concessisse ad partes Antonianas. Amb. 6 *dimittendos;* 15 *amittendos*, quod placet. *Illud*, scil. omitteres Narbonenses, quod non fecisse te, laetor, ut exponit I. F. Gronov. Minus recte Corradus et Quarterius explanant *ne cum periculo dimicares.* Tum Rostius (Spec. 14, p. 9) coniicit *hoc vitatum.*

2 In rem publ. Confer ep. DCCCI med. *Confirmandae complures civitates* etc.

3 Tua opera excitatum. *Corrad.*

4 Cf. epp. CXLVII init., CCCXXXIV init. et DCCLXXXVI circa fin. At duo Ambb. cum Lamb. *in extremis;* quod pariter recte dictum ostendit ep. DCLXXXVIII.

5 Indicta sint. *Cito te*, Romam venturum. Confer epist. DCCCXXVI. Tres Ambb. et Rec. *Si in Sext., ad comitia cito te; sed si iam;* sed a duobus abest *te:* in altero deletum est *ad.* Ed. Ro. *si in Sext. differantur comitia, cito te; sin si iam sint confecta.* Sc. si nulla praeturae obtinendae spes reliqua sit. *Ne diutius cum periculo fatuus sis*, ne diutius cum periculo pro re publ. dimices nullo tuo emolumento; quod existimas dementis esse; ut exponit Quart.

6 Plerique Ambb. Rec. et edd. Med. Vict. sic habent; concinnius; ceteri *tu causam tuam*, praeter Orell. *Discas*, solemne verbum patronis et ICtis causas defensuris; Quint. Inst. Orat. XII, 8, 4.

7 Zel. B et ed. Ro. *confecta sint.* Mox *domi tuae sis, ne*

Victor. et noster 15. Ceteri mss. *domi tuae sis, scilicet ne* (quod maluit Graevius, qui ad intelligendam ironiam necessarium *scilicet* putabat), vel *domi tuae scilicet, ne.*

8 Qui nullo in rem publ. merito praecedente adepti sunt, sed tempore ducti.

9 Quinque Ambb. Zel. B Rec. et edd. pr. *Verum, nescis.*

10 Quia errore tantum, non malitia peccas. *Nos in culpa sumus,* peccavi ego, qui nondum id tibi significavi. *Quart.*

11 Exquisite, pro exspectas, desideras. Sic fere nostri et alior. Graev. *quum — pendes;* Orell. *quoniam ex iis p.*

12 Hittorp. *producimus;* Zel. B et edd. Ro. Iens. *protendimus.* Mox *vince* potest et *te* et *hostes* subaudiri.

DCCCXXXVI.

1 Amb. 3 *meas sententias.* Mox *de Decemviris*, qui rationes exigerent consulatus gesti ab Antonio, ut clarum est ex ep. seq., ait Ernestius. Narrat Appianus (B. Civ. III, 82), Pompeianos, cognita D. Bruti coniunctione cum Planco, exclamasse, *nunc demum se pristinam libertatem recepisse*, et creasse decemviros, qui rationes ab Antonio reposcerent; qui gradus erat ad antiquanda Caesaris acta. Sed et decemviros pecuniae exercitui distribuendae a senatu creatos memorat idem Appian. c. 86, de quibus locum intelligi malebat Graevius. *De ornando adolescente,* Octaviano; ep. DCCXCIII, n. 10. Quomodo autem ornando? an ut inter decemviros crearetur? Id suadet ep. seq. Plures apud Garat. et tres nostri *adorn. adol.* At *ornare* solemne verbum, puto, in re tali; vide ep. DCCCXXX sub init.

2 Non ostentatori, ut Tusc. III, 21 extr. *gloriose loqui desinant;* et de Amic. c. 26 *milites gloriosi.*

3 Instrumentum ad rem publ. restituendam, per quod adhuc egeram, et ubi vires intendere poteram. Aptissima metaphora, inquit Quart. Alibi comparat oratorem cum tibicine: sicut tibicen sine tibiis canere, sic orator absque senatu loqui non potest. *Id iam est dissolutum*, senatus iam multum remisit de sua in Antonium indignatione, postquam illum ad Mutinam victum audivit. Lamb. *Id est iam d.*

4 Edd. Ro. Iens. *explorata tua victoria*, *tua praeclara Mutinae eruptio.* Rem vide ad ep. DCCCIX.

5 Vt omnium animi metu iam soluti sint et liberi, meaeque illae vehementes in Antonium contentiones, tamquam umbratiles pugnae, idest pugnae sine periculo ullo, et animi tantum causa susceptae iam videantur. *Quart.* Metaphora sumta ab arcu. Σκιαμαχίαι est correctio Politiani ex corrupto verbo *Sciamachalaae*, quod invenit in duobus codd. Medic. Acute certe. Mitto ceteras correctiones.

6 Quia Caesarem, sub quo diu militaverunt, et quem adhuc colunt, occidisti. *Quarter.*

7 Ep. DCCCXIII, paullo ante fin.

8 A Macedonia (ad ep. DCCCXLII init. et Phil. XI, 11 et 12) in Italiam.

9 Vide ep. DCCCLIV ante med.

10 Sic Ambb. omnes cum Guil. duob., totidem Palatt. Graev. sec. et edd. pr. Sc. bellum, quod in istis partibus, ubi tu es, geritur. Vulgo *istic.* Tum Lamb. *homines mirantur.*

11 Scil. *accidit.* Mox *die tuo natali;* cf. pseudo-Ciceronis ad M. Brutum ep. XXIII, 3 a med.

12 Irrita reddunt: quasi qui telam prope detextam retexunt; Cic. de Orat. II, 38; Acad. IV, 29; ep. DCCXVI med. *Cort. Superiora*, scil. victoriam Mutinensem, de qua ep. DCCCIX. Hitt. et Stew. *Hi nov. tim. ret.*

13 Ed. Med. *iis literis;* ms. Hitt. *literis his;* et infra codd. plerique *Antonium a Lepido.*

14 V. c. *magnum negotium restat.* Mox ed. Ro. cum Lamb. *cuius exitum ne extimescam* (Lamb. *extimescamus*) *tuae partes sunt.*

15 Omiserunt *id* Amb. 15 et Lamb. *Omnium*, qui Antonium pessime oderunt.

DCCCXXXVII.

1 Sic Ambb. omnes, Rec. cum Vict. Vulgo *meus in te amor.*

2 Idem, qui solet esse. Accipiendum in malam partem. *Manut.* Cfer ep. DCCCXLV init. Edd. pr. cum nonnullis codd. *sui simillimus.* Mox *narrat* est in plerisque Ambb. et edd. pr. cum Graevio; *narravit* in Rec. aliisque.

3 Sic mss. ad unum omnes. *Dictum* e seqq. huc tractum putavit Ernestius, uncisque inclusit, Schützius delevit. At substantive esse capiendum monent Quart. et Orell. pro *dicterium;* ep. DCCXIV, 2, pro Plane. 34 et Phil. II, 17; quae loca iam Orell. laudavit. Nisi quod diceret, te dixisse hoc dicterium: *Tollendum esse* etc.

4 Ambiguum verbum; nam et ad honorem, et ad necem pertinet. Velleius II, 62: *Hoc est illud tempus, quo Cicero, insito amore Pompeianarum partium, Caesarem laudandum et tollendum censebat; quum aliüd diceret, aliud intelligi vellet.* Id ipsum Svetonius in Augusto c. 12. *Manut.* Hinc illud distichon apud eundem Svet. in Neron. 39:

Quis neget Aeneae magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

5 Puto ego, Octavianum Caesarem de te id questum non esse, sed Labeonem finxisse hanc voculam, *quasi a te pronuntiata esset*, et Caesari retulisse, h. e. narrasse. *Quart.*

6 Accipe de illis, qui ob pecuniam distribuendam creati fuerunt (ep. sup.). Nam de his agens Appianus addidit B. Civ. III, 86: *Quibus Decemviris ne undecimum quidem adiecerunt Caesarem.* Infra *ad vestrum*, h. e. ad senatorum arbitrium.

7 Fugatum Antonium persecuturus. Mox *nondum* est in plerisq. mss. edd. pr. et Graevii: at Ern. *non putavi.*

8 Quod ad tuum periculum attinet. Verba a *iactatione* ad *periculi* insititia visa sunt Weiskio; nescio quare.

9 Caesare irritato.

10 Parum elegans hoc visum est Ernestio, qui corrigebat *vitare.*

11 Me et Octavium inter decemviros referas, vel referri cures; ep. DCCCXLV sub init. Hinc illa, quae sequuntur, *ab utrisque nobis* intelligenda sunt de Bruto et Octavio. *De praemiis*, quod ad praemia veteranis danda attinet; et sic infra *de numis.* Infra Lamb. *militum eorum.*

12 Man. *ab utrisque nostrum;* Lamb. *ab utroque nostrum;* optime, si Cicero scriptor esset; sed cf. epp. DCCCXLV circa fin. et DCCXV init.

13 Video, scilicet, posse nos ex agris, quos Sulla publicavit (epp. XXIV, 4 et DCXLII), quosque Sullani milites, h. e. a Sulla constituti, possideant, et ex agro Campano (epp. XLII, 1, CXLVIII, 3) satisfacere quattuor legionibus; quarum tres Mutinensi proelio pugnarunt contra Antonium (ep. DCCCIX), unam secum habebat Brutus. Sic vero edd. pr., teste Ernestio, et codd. nostri quinque. At Victorius ex codd. Medic. et Vatic. *Silani*, et intelligit Silanum illum, Lepidi legatum (ep. DCCCXXV), quem, quum a re publ. defecisset, verisimile est bonis

mulctatum fuisse. At cogitari vix potest, inquit Ernest., Silanum unum tam locupletem fuisse, ut ex eius agris aliquid tribui multis potuisset; et contra scimus, de Sullanis agris saepe in senatu actum fuisse, eorumque possessores publica invidia laborasse; ut innuit ipse Victorius.

14 Amb. 6 *L. armo, spero:* Hitt. *legiones paro s.* De re confer ep. DCCCXIII circa fin.

15 Lamb. *fuerit.* Mox *opus esse* habent omnes nostri cum Graev. At Ernest. sine *esse.* Tum Lamb. *esse putaveris.*

16 Sic Corrad. et Schützius e codd. nonnullis, et sic temporis ratio postulat. Vide diem in seq. epist. Lamb. *VII Kal.* Alii codd. *VI Kal.*, quod Benedictus praetulit. Tum Graev. *Ian.*, errore, puto, operarum.

DCCCXXXVIII.

1 Recte de re publ. nunc sentire videtur, quum antea dubium maxime se praebuerit; epp. DCCCXI et DCCCXV. *De nobis* pro *de re publ.* dixit, ut Manutius animadvertit; nisi scripserit utrumque *commode de re publ. nobis sentire videtur.*

2 Apud Lepidum. *Tribus — exerc.*, Caesaris, Planci et et meo. *Corrad.* Aliter Graevius, qui *aliena* exponit apud Caesarem et Veteranos, et *tribus exerc.* interpretatur meo, Planci et Lepidi: quod minus probo. *Propriis*, nimirum constantibus et perpetuo cum re publ. facientibus: opponitur *alienis.* Et *proprium* esse *constans perpetuum* docuit Donatus ad Terent. And. IV, 3, 1, et noster pro Leg. Man., c. 16. Ita Cortius.

3 Post victoriam Mutinensem.

4 Vt Labeo Segulius; ep. sup. *Corrad.*

5 Tres Ambb. Rec. Zel. B cum aliis et De Franc. *quotquot s.* Mox *conantem loqui*, videtur Brutus respexisse ad σκιαμαχίαι, quae sunt in ep. DCCCXXXVI.

6 Haec epistola procul dubio posterior est superiore. Verba enim *quae tibi superioribus literis* etc. respiciunt superiora illa de Caesare et veteranis Ciceroni maledicentibus; et haec: *ut antea scripsi — in Italia morabor* respondent superioribus: *ex Italia non excedam.* Igitur si haec data est *VIII Kal.*, illa esse debet *VIIII;* quum verisimile non sit, eodem die utramque fuisse scriptam.

DCCCXXXIX.

1 H. e. modo Lepidum non esse coniunctum cum Antonio, modo esse coniunctum. In seq. sententia Lamb. *constans fama.*

2 Scilicet, *nec vinci.* Corrad.

3 Quae non exstant, sed quibus respondetur epistola DCCCXXXVI. *A collega tuo*, in consulatu, D. Bruto. Infra, Lamb. *in quibus erat scriptum.* Tum *te ad se scripsisse* exstat in nullo msto, praeter quam in uno vet. apud Manut. Omnes alii *te scripsisse*, vel *te adscripsisse;* sed, de sententia Graevii, omissum *se* a sequenti syllaba *scri* facile potuit absorberi.

4 Inanis Planci laetitia fuit, quam significavit ep. DCCCXVIII init., quum dixit: *sedulitas mea rei publ. tulit fructum;* quod tamen re ipsa comprobatum postea non est, Lepido neutram in partem inclinante. *Manut.* Mox *errare, mi Plance, potuisti,* expressi correctionem Lambini et Ernestii, consentiente Graevio et seqq. omnibus. Mss. *ut errarem id, Plance, voluisti;* vel cum Man. *ut errare id, Plance, voluisti:* et *errare id* explicat dictum, ut

peccare multa pro *in multis*. Amb. 13 *ut errarem id, Plance, noluisti;* et Zel. B *ut errarem, Plance, voluisti.* Tum codd. aliquot legunt *decipi te potuisse.*

5 Iam vero, quoniam semel errasti, ne errare quidem tibi licet deinceps, nisi velis vulgari proverbio reprehendi: *Bis ad eundem lapidem offendit;* quod incauti hominis vitium est. *Quart.* Lambinus *etiam erroris;* et in seq. membro *culpa illa*, cum Amb. quintodec.

6 A Lepido non recipi Antonium. *Corrad.*

DCCCXL.

1 Ad ep. DCCCXXV. Addidi praen. *M.* ex Lamb. tribus Ambb. Rec. et edd. Ro. et Iens., ut est in ep. laud. Tum nostri quatt. *Imp. item Pont.;* inepte.

2 Aliqui, ut Lambinus, plene: *Si vos, liberique vestri valetis, bene est, ego quoque valeo.* At infra compendiose *P. C.* pro *Patres conscripti.*

3 Egregia tantae proditionis excusatio. Sed alludit, quod refert Svetonius (in Iul. c. 75), Iulium acie Pharsalica victorem, proclamasse, ut *civibus parceretur*, et cuique suorum, quem vellet, unum partis adversae, servare concessisse. *I. Fr. Gronov.* Confer ep. DCCCXXXIV, not. 16. Hanc post Aldum 1502 et Victor. vulgatam lectionem, sed nullis confirmatam exemplis, in Amb. tantum 15 inveni. Ceteri sive nostri sive alior. *civibus observandis*, quod Victorius probabat. At cod. Lambini *servandis.* Mox *seditione facta*, videndus Plutarchus in Antonio pag. 923.

4 Hoc et Dio et Velleius et alii prodiderunt. Hostis tamen Lepidus est iudicatus. *Graev.*

5 Lamb. *summae rei consulatis.*

6 Quinque nostri *IIII Kal.* Tum 2 *Kal. Iun.* cum Lamb., 13 *Kal. Ian.*, 15 *Kal. Aprilis*, cum edd. Ro. et Iens. Verum esse debet, quod recepit Lamb. *Ponte Arg.*, ut ep. DCCCXXV extr.

DCCCXLI.

1 Sic omnes nostri, Zel. B et edd. pr. et sic in ep. DCCCXV. Vulgo *D. Brutus M. T. Cic. S. D.*

2 Quomodo enim tua in me merita verbo aequarem, quae nullis obsequiis possem assequi. *Quart.* Dissimilibus verbis sententiam eandem vide in ep. DCCCXVII init.

3 Quae in promtu sunt mihi ad excusandum. Vidit Cortius.

4 Plurimi codd. vitiose non *potueram sine.* Tum e Dresd. 3 et Hitt. aliqui legunt *Hirtium perisse nesciebam*, *Aquilam perisse nesciebam;* quod quia veritati historicae convenit, probabat Graevius; cui etiam illa repetitio *perisse nesciebam* miram habere ἐνεργείαν visa est. Est glossema huc translatum ab ep. Pollionis DCCCXXXIII, nott. 20, 21.

5 Scil. me. Brutus, qua die obsidione liberatus fuit, statim Caesarem, quippe filium C. Caesaris a se occisi, ut inimicum timere coepit, et rupto ponte fluminis ad Mutinam, misit ad illum, qui postularent, ut in adversam ripam procederet ad colloquium; App. B. Civ. III, 73. *Prius, quam convenissem*, numquam convenit. Nam iratus Caesar ad ea respondit, naturam suam non pati, ut in colloquium aut conspectum omnino admittat D. Brutum. Idem Appian.

6 Quo fugit Antonius, fuitque XVI Kal. Maias. Cf. epp. DCCCIX et DCCCXI. Mox duo Guliel. *hoc loco.*

7 Lamb. et nostri 2 et 12 *Postridie m. a. P.;* duo alii,

item Rec. et ed. Med. *Postero die a Pansa mane;* item duo alii cum edd. Ro. Iens. *Postero die mane ad Pansam.*

8 Amb. 15 *sic enim eas.*

9 Graevius e Mentel. et Hittorp. *itinera fecit multo maiora, fugiens*, quod et ego in ed. Ro. et Ernestius reperit in Guel 2. Inseruit τὸ *fecit* magister, qui τοῦ *itinera fugere* insolentiam ferre non valebat. Insolenter quidem dictum, sed ἐμφατικώτερον, quam *itinera fugiendo conficere.* Lamb. *itinere multo maiore fugiens.*

10 Ep. DCCCXIII circa med.

11 Propter paludes. Strabo lib. IV, p. 282: Σαββάτων οὖσα-δα, ἅπερ ἐστὶ τενάγη.

12 Lamb. *Ventidio.* At loco mox laudato idem Brutus dixit *cum Antonio coniunxit.* Hinc expono: et se iam Ventidius cum Antonio coniunxisset.

13 Zel. B *valde paucos*, et Amb. sext. *valde perpaucos.* Tum Lamb. infra *etiam orare*, et inferius *iter faceret.* Pollentiam ire cupiebant, ut in Italiam reverterentur, in qua perire malebant, quam Alpes traiicere.

14 Amb. sept. *iter suum eo contulit.* Recte; nisi hoc loco exponas: *iter suum distulit*, ut ep. CLII, 1: *Quicquid conficio, aut cogito, in ambulationis fere tempus confero*; cf. etiam ep. CCLII, 21. Alia ratio est illius, qui sequitur, loci, *meumque iter eo contuli*, idest *converti*, ut ep. LV: *iter Brundisium versus contuli.* Supra *sustinere*, h. e. retinere.

15 Antonianus, ut colligitur ex Phill. VI, 4; X, 10; XI, 6; XII, 8; XIII, 12. De eo Dio Cassius lib. XLII, 29-31.

16 Corradus explicat: In spem venerant traiiciendi in Galliam post, quam Pollentiam capere non potuerant. Attamen quum non hoc petisse videantur Antoniani milites, exponerem: In spem venerant, se superiores fore legionibus Planci. *Ex Italia — traiici*, ex Italia antiqua

quae fluminibus Rubicone et Macra terminabatur. De IV Planci legionib. vid. ad ep. DCCCLIV, 2.

17 Hoc est, sibi fidentes, et Antonii equitatum satis audacter contemnentes. Est tamen insolens. Quum dicat *ipsi*, inquit Manutius, apparet, Pollentiam oppidum Allobrogum fuisse; propindeque Allobroges etiam cis Alpes fuisse dicendum est. Mox malim *sustinere*, ut est in duobus Ambb., quam *sustineri:* ut sint Allobroges et equitatus Bruti, qui facilius possint sustinere et retardare equites Trebellii.

18 Vbi erat Plancus; epp. DCCCXXVII circ. fin. DCCCXVII et DCCCXVIII. *Corrad.* Mox edd. pr. et Lamb. *ne quid detrimenti.* Sed non uno modo loquitur Brutus et Cicero.

19 Ambb. 3 et 13, Rec. Zel B et edd. pr. *de summa rei p.*, sed vulgatum melius. Conf. ad ep. CCLXXX, 2. *Et nos*, h. e. me et Plancum. Infra Amb. 14 *sing. animo coniunctos.* Ed. Med. *singulari concordia*, omisso *coniunctos.* Tum 15 *videatis esse paratos.*

20 Duo Ambb. et Zel. B *Dateque.* Tum Gu. 1, Amb. 13, edd. Med. Ald. (teste Ernestio) et Lamb. *paratissimi ab exercitu.* Minus recte. Alia suppetunt exempla, in quibus uni *et* sequitur enclitica *que.* Plura collegit Drakenb. ad Liv. XXIX, 12, ut monet Ernestius.

21 Ad speciem, ut rei publ. consulerent, ut exponit Quart. Mox Lamb. *compararant.* Post hanc epistolam aliam eiusdem Bruti ordine continenti fuisse, cognovit Victorius ex indice cod. Med., cuius tamen in libro, sive, ut aiunt, contextu, nullum vestigium. Eius initium erat

D. BRVTVS COS. DES. M. CICERONI S. D.

Parmenses miserrimos.

DCCCXLII.

1 Quaestor fuit, vivo proconsule Trebonio (ep. DCCCXVI): eo mortuo, *proquaestoris* et *propraetoris* nomen assumsit, praesidio comparato, ut provinciam ab iniuria defendere posset; infra. *Manut.* Hic Lentulus est Lentuli Spintheris, ad quem sunt epp. XCII et seqq., filius. Praenomen *Publius* a plerisque nostrum abest, ut et *PROPR.* Contra in pluribus, in Rec. et ed. Ro. *populo plebique Rom.:* quod recepi. Nam est usitatior forma publice scribendi. Vulgo *populoque Ro.*

2 Aliqui sic: *Si valetis liberique V. V. B. E. V.*, Manutius omnia plene: *Si valetis liberique vestri valent, bene est, ego quoque valeo.* Ego Victorium et Lambinum sequor: *Si valetis liberique vestri valent, bene: ego valeo,* quomodo integre reperitur in edd. Ro. et Iens.

3 Sic Graevius: quod sincerum puto. Alii *vir clarissimus*, ex interpretatione; item codd. nonnulli *vir clarus.*

4 Posset Asia provincia redigi. Multi codd. *possent*, quasi ab utroque *Asia* et *vectigalia* simul pendeat. Vectigalia Asiae Romanorum maxima erant; pro Leg. Man 6 et ep. CCXXI, n. 13.

5 *Omnibus* deleri volebat Graevius, aberatque ab Hittorp. Defendunt Ernestius et Cortius, subaudientes *rebus* vel *bonis:* bona nempe eorum, quibus denudati erant, *omnia* divendidit Dolabella. Possis et cum *civibus* coniungere, et ὑπερβολικῶς accipere de civibus omnibus Ro., qui in provincia Asia negotiabantur. Mox Lambinus *denudatis ac divexatis.*

6 In Asiam provinciam. *Morari*, in Macedonia. *Ad meum officium*, quaestoris in Asia, cuius erat exigere vectigalia, et pecuniam pop. Ro. curare.

7 Apud privatos intelligo, non in templis. Nam secus eam corripuisset Dolabella; quod infra patet. Infra Lamb. *quid correptum:* Amb. 6 *et quidquid corr.* Paullo post idem Lamb. *cognoscerem*, *et quamprimum vos.*

8 Ipsius Lentuli, post obitum Trebonii. *Manut.*

9 Puta, Rhodiis, qui paullo supra *Rhodum* nominantur. Male hic Cortius ἀνακόλουθον vidit. At infra pro *a Rhodiis urbe*, rectius dixisset *ab illis urbe.* Mox addidit *coss.* Ernest. ex ed. Rom.; nam *M. Marcello*, *Servio Sulpicio* simpliciter non dicitur, habebatque iam Lamb. In Ambb. tribus, Zel. B et Rec. *a M. Mar. et Ser. Sul.*

10 *Portu — statione.* Differunt. Nam portus tutior, quam statio. *Manut.* Tum *aqua*, scil. dulci, seu aquatione. *Min-Ell.*

11 Ernestius et Schütz ediderunt: *deminutionemque non solum iuris nostri, sed etiam maiestatis imperiique po. Ro.* secuti correctionem Nic. Rubenii, qui vocem *maiestatis* e suo loco deturbatam concinnius collocavit, nec *populi* deminutionem, sed *maiestatis* et *imperii* fieri posse indicavit.

12 Lamb. *paratum esse.*

13 Hoc reposuit Victor. ex priscis exemplaribus, probante Manutio, cui consentit cod. Amb. 13: ceteri *amphorarum;* ex interpretatione, ut *duûm*, *fabrûm*, *deûm*, *virûm* occurrunt, pro *duorum*, *fabrorum*, *deorum* etc.

14 Omnes nostri, et aliorum aliquot *contumelia — vestra.* Mox *ad illorum voluntatem*, quando illi voluerunt.

15 Abest *naves* ab Amb. 15, et potest abesse, quod et paullo supra iam dixerat *in naves conscendere*, et absolute dicitur *conscendere* in ep. CCLXXXI, 3 aliisque.

16 Sic multi codd. et vulgo: quod et Gebhardo verum videbatur, quia seq. ep. ϑ 2 eadem dictio occurrit. Duo Ambb. et ed. Ro. *tanta pravitate*, probante Lamb., qui

tamen edidit *tanta esse pravitate.* Ment. et nostri duo *tanta importunitate.* Mox *firmiores putarent, quam bonos,* scil. ut omnes Rhodii putarent, plus virium et audaciae esse in nobis, quam virtutis et bonae fidei adeo, ut hanc concordiam etc. non crederent ex propensione animi esse factam.

17 Senatorii, equestris et plebeii. *Patientiam senatus — manere,* confiderent, senatores — Dolabellae iniurias, uti antea perpessi erant, ita nunc dissimulanter perpeti.

18 Vt denique omnia, quae ipsi Rhodii improbi fingebant (nimirum nullam esse concordiam ordinum in libertate tuenda, senatus remissius etiam nunc agere, me privatas persequi iniurias etc.), veriora crederent, quam ea, quae ipsos docebamus, nimirum Dolabellam hostem a senatu iudicatum esse. Libri aliquot *dicebantur;* male.

19 Sensus est: His, quae ab Rhodiis inique facta diximus, ipsi neque nostro, neque rei publ. periculo mederi voluerunt, h. e. mederi noluerunt, sive timore, ne agri, quos in continenti habebant, a Dolabella vastarentur, sive furore, sive praepotentia paucorum, qui viros clarissimos patrem meum P. Lentulum, Pompeium et L. Lentulum (ep. seq. 2) contumelia affecerant, et nunc illos, qui maximos gerunt magistratus (ut proconsules Romanos), afficiunt. Periodus a multis et multifarie sollicitata. Corradus praeferebat *Nec sive timore — voluerunt:* Schütz edidit *Hinc sive timore — voluerunt.* Sed *haec,* ut monuit Cortius et vidit Sanctius, Minerva III, 3, pendet a *mederi;* Terent. Phor. V, 4, 3 *quas, quum res adversae sient, mederi possis;* et illa *nostro imminenti periculo* sexto casu dicta accipio, ut in ep. CDXXXIX: *Vide, satisne rectum sit, nos, hoc tanto incendio civitatis, in istis locis esse.* Tum codd. multi sive Ambb. sive alior. *sive timor est — sive furor.* Mox *impotentia* dedit Orell. ex ed. Ascens.

pr., quod mire quadrat sententiae, h. e. praepotentia, ut ep. DCCLX, n. 8. Manutius, Graevius, Ernestius, aliique *potentia;* libri scripti fere omnes *patientia*, quod esse non potest: qui enim patiens est, iniurias fert, neque contumelia afficit viros clarissimos, ut Rhodii fecisse dicuntur. Item Schütz ingeniose *et nunc quum maxime nos magistratus gerentes:* Lentulo sic de se ipso loquente, qui duos magistratus, neque ipsos maximos, gerebat quaestoris et praetoris. Illa, quae sequuntur, *nullo exemplo* extrudenda censebat Graevius, quasi erratum librarii, qui illa superiora *novo exemplo* huc invexerit. Item libri aliquot legunt etiam *nostra ex parte.* Io. Fr. Gronov. correxit et recepit Ernestius cum Schütz *vestro ex p.*, ut referatur ad *periculo: neque vestro — neque nostro — periculo.* Lambinus tamen *neque nostrae partis.* Tum Ernestius, cui duo Ambb. consentiunt, *nostro praesenti*, ut opponatur *imminenti:* melius Schütz τὸ *praesentium* opponi omisso vocabulo *absentium* latenti in *vestro*, existimabat. Demum *voluerunt*, quod habent libri omnes, dedimus, sic verba coniungentes, ut Manutius et Oliv. volebant: *neque voluerunt mederi*, quod idem est ac *noluerunt;* formula quidem loquendi insolente, sed in Lentulo sua magnificante ferenda.

20 Ernestius putabat accusativum requiri, *demoratos esse*, quod et tres nostri Rec. Zel. B et ed. Med. habent; sed nominativum *demorati* recte defenderunt Schellerus, Weiskius et Schützius; nam cohaeret cum verbis supp. *ipsi magistratus*, forma verborum, ut aiunt, vocativorum, pro *veniebat in mentem*, *ipsos magistratus — demoratos esse.* Quin etiam aliqui putabant, exponit Quart., nos a magistratibus Rhodiis retentos esse, donec certiorem facerent Dolabellam de adventu nostro.

21 Exercitus nostri metu: ideoque putabamur detenti a

Rhodiis magistratibus, ut spatium Dolabellae legatis ad fugiendum daretur. *Quart.*

22 Sic Ernestius ex ed. Rom., sic et Amb. 13. Vulgo *consumserunt.*

23 Edd. Victor. et Graev. *idemque*, quod ipsum pro *iidemque* accipi potest.

24 Vltra non licuit: nam provinciae fines praeterire leges vetabant. *Manut.* Codd. complures cum Lamb. *usque Sydam:* sed 7 et 15 *usque in Sidam.* Pamphiliae urbem vid. epp. CCXIII sub init., CCLXXV, 3.

25 Tres Ambb. et edd. pr. *Syriam Aegyptumque.*

26 Rec. Zel. B Amb. 7 *singularissimi.* Tum ed. Vict. *in Syriam.*

27 Lamb. *et diligentiam*; et infra *et rei publ.*

28 Sic nostri omnes, Rec. et edd. pr., scilicet quacumque via, ut explanat Funcius; quocumque modo potero. Vulgo *omnibus cum rationibus.*

29 Per scelus pecuniam publicam ad Dolabellam portantes non postulati. Lamb. *Scelerate.*

30 Amb. 12 *confirmaveritis.*

31 Hitt. inverso ordine *voluntarium necessariumque.* Recte, inquit Orell.: Ex mea voluntate, nondum a vobis iussus, praesidium comparavi, quod tamen necessarium erat.

32 Victor. Lambin. et Ernest. *Antiocheam* hic et infra. *Quae in Syria est*, ut eam ab aliis pluribus huius nominis urbibus in orientali plaga distingueret. Vid. epist. DCCXCII.

33 Nostri 3 et 13, Zel. B *aegrisque relictis*; Lamb. *aegrisque compluribus relictis.*

DCCCXLIII.

1 Ed. Med. *P. Lentulus*, *P. F. proq.*, ut in ep. sup., sed illa fuit publice scripta, haec familiariter; ideoque rectius sine praenomine, ceterisque honorum insignibus.

2 Marcum, Macedoniae proconsulem; ad ep. DCCXCII *Convenissem*, in Macedoniam.

3 Quaesturae. *Corrad.*

4 Multi codd. et edd. Ro. Iens. *Cilicia*; male; vid. ep. sup. Item multi codd. caedemque edd. *amplius quam.*

5 Marco et Lucio Antoniis; cf. ad ep. CCLVIII, n. 5. Nam Caius Antonius tertius frater in Macedonia a M. Bruto captus fuerat. *Corrad.* Rec. et Zel. B *cum Antonio.*

6 Contra illas; scil. naves onerarias.

7 Sic mss. et edd. vett. teste Ernestio; iis adde Ambb. omnes, praeter sec., et Lamb. Vulgo *cum quidem.*

8 Captae. *Quod maxime timui*, intelligendum, *ne consequerer:* paullo durius quidem, sed captu facile.

9 Sic codd. Ambb. Zel. B et ed. Lamb. At Graevius *videor etiam consecutus;* Ern. Sch. *videor consecutus.* Mox Lamb. *ut non possit classe Dolabella*, et infra edd. Ro. Iens. *sociis suis firmatus.* Sociis Antoniis.

10 De nobis et de re publ. desperaverint, vel nos et rem publ. quam valde despexerint. *Quas publice misi*, sunt literae supp.

11 Manutius ex ed. Rob. Stephani, ex cod. ant. Vinc. Riccii, et Sigonii et quatt. quos ipse habebat codd. *parcius scripsi*, *quam revera eos furere inveni: quod vero aliquid de his scripsi:* illi proxime Schütz, *p. s. quam revera eos facere inveni; quod vero scripsi:* itaque est in ed. Lambini et in Amb. sept. Weiskius monebat, facile librarios

hanc ῥήσιν omittere potuisse, quum a priore *scripsi* ad alterum *scripsi* oculis oberraverint. Schütz vero illa *aliquid de his* tamquam inculcata a librario omisit, quod non *aliquid*, sed multa, eaque gravia in ep. sup. Lentulus scripsit. Atqui omnia esse ex interpolatione, satis indicat eorum absentia a cod. Med., teste Vict., ab aliisque fere omnibus; quamquam sine his abruptior est sermo. Est tamen sermo Lentuli, non Ciceronis.

12 Duo vett. libri, teste Manutio, *Nec in me ullae privatim iniuriae umquam*, et subauditur *fuere*. Codd. omnes cum vulg. *Nec me meae ullae privatim iniuriae umquam*, cui edd. Ro. Lamb. et Oliv. addidere *moverunt*. Hoc quidem scribere fortasse volebat Lentulus in fine sententiae, sed immemor formulae, qua ante usus erat, loco *me moverunt*, scripsit *ferenda mihi non fuit*; quod quidem multis sensum potius, quam verba attendentibus accidere solet. Mox Graevius ceterique, praeter Orell., *in nostram salutem*: non necessario, cf. ep. DCCCXXXII, not. 8.

13 P. Lentulum Spintherem ex acie Pharsalica. Sic de hoc facto Caes. B. Civ. III, 102: « Idem hoc L. Lentulo, « qui superiore anno (DCCIIII) consul fuerat, et P. Lentulo consulari, ac nonnullis aliis acciderat Rhodi; qui « quum ex fuga Pompeium sequerentur, atque in insulam venissent, oppido ac portu recepti non erant, « missisque ad eos nuntiis, ut ex iis locis discederent, « contra voluntatem suam naves solverunt. »

14 Rhodi, scilicet. Mox Grut. in *suam h. potestatem*.

15 Schützius ex coniectura Bengelii *pari impunitate*. Omnes nostri et aliorum, quod sciam, corrupte legunt *putari*, ed. Ro. excepta, quae ex glossa Magistri legit *permitti impunitate*; quae tamen glossa satis aperte indicat, verum esse *pati i.*

16 Lamb. *tibi semper*; Ambb. 7 et 13, Rec. *tibi et semper*: non male.

17 Sic omnes fere Ambb. et edd. pr. cum Lamb. At Amb. 7 Rec. et Zel. B *quoniam*. Vulgo *quum*. Mox *consulibus*, Pansae et Hirtio, quos Lentulus, quum haec scriberet, obiisse nesciebat; ut Manutius exponit. *Decreta est Asia*, morte Trebonii vacans.

18 Insolenter, pro *darent negotium — alicui*, *ut Asiam obtineat*, id est, Asiam alicui committant regendam.

19 Ernestius ex coniectura *venerit;* bene, si Ciceronem scribentem haberemus.

20 Sex Ambb. *in magistratum;* male. *In magistratu*, supple *dum sunt;* ut et infra § 3 *in consulatu*.

21 Duo Ambb. *perspexisti*. Mox Lamb. *et praedixisti*. Tum edd. Ro. Iens. *venient;* Ernestius volebat *veniant*, ut ep. DCLVI. Recte tamen et *veniunt*, et supra *venit*.

22 Stew. et Grut. *ubi spero*.

23 Zel. B *fugiat*, et infra ipse B et Rec. *diutius poterit*.

24 Vox spuria, etiam a Lamb. omissa. Neque hic solum, sed supra etiam omittenda est, scribendumque: *Exclusus enim ab Antiochia, et in oppugnando* etc. Nam et superius est *Dolabella*, et infra sermo de eo est sine ulla intermissione.

25 Lamb. *Mihi Pansa et Hirtius et promiserunt coram, et absenti scripserunt*.

26 Ex provincialium tributis.

27 Nunc volo reficere pecuniam, quam Cassio dedi etc. *Fidem — non praestiterunt*, qui debitam rei publ. pecuniam non solverunt. *Quarter*.

28 Ernestius volebat *nisi si*, ut in epp. CCCXXXV aliisque.

29 Edd. Med. Iens. et Scinz. *ita puto*, quod Lambinus improbat. *Vt non provinciae*, ut non solum provinciae beneficium, sed etiam quantum Cassius et Bruti meriti sunt, exspectare debeam; ita Cortius a simili loco ep. CDLXXVIII, 3: *Non poenae metu*, pro *non solum poenae metu, sed illius iudicii*. Tum Zel. B *provinciae illius*.

30 Zel. B et Amb. 15 *et Brutus:* male. Intelliguntur duo Bruti, Marcus et Decimus. *Illius facti*, Caesarianae caedis, de cuius tamen societate falso gloriabatur Lentulus, teste Plutarcho in C. Caes. p. 740.

31 Hittorp. et ed. Vict., quam Graevius et Ernestius sequuntur, *Antonias.* At ceteri fere libri *Antonianas;* et sic rescripsi, tum quia supra memorantur *Antoniani*, qui sc. ad Antonium pertinent, ep. DCCCIX med., tum quia hic intelliguntur legg. non Antonii, sed Caesaris, quas sc. Antonius e penu Caesaris proferebat.

32 Lamb. *qui et sodalis.*

33 Tribus fratribus; ad ep. CCLVIII, n. 5. *Provinciam*, quam provinciam beneficio Antoniorum habuerit Lentulus, ignorant interpretes.

34 Integrum senarium recitat Plutarchus in commentario de Praeceptis politicis p. 809; a quonam tamen et ipse sumserit, ignoratur. Mox *omnibus meis*, sc. Antoniis. *Omnibus* omisit Gruterus.

35 Lamb. *quum maiore auct. — tum eo plus.*

36 Anno super., quo Lentulus ad Brutum venit.

37 Iuvandae libertatis, opinor.

38 Schütz in ed. epistolarum ex coniectura Strothii *IIII Non.*

DCCCXLIV.

1 Praepositio *in* abest a mss. fere omnibus; sed necessariam esse viderunt Manut. Lamb. Graev. et Ernest.

2 Coniunctionem Lepidi cum M. Antonio; ep. DCCCXL. *Corrad.*

3 Ironia cum stomacho. *Manut.* Sic Virg. Aen. XI, 460 Turnus appropinquantibus hostibus:

> Cogite concilium, et pacem laudate sedentes:
> Illi armis in regna ruunt.

Quem locum laudavit iam Quarterius. *Ex Africa*, epp. DCCCXXXVI et DCCCLIV, 2. Schütz *ex Africa, necne, et ex Sardinia*, * * * *et Brutum* etc., aliqua deesse suspicatus. Strothius ex coniectura *ex Africa, necne, et ex Sardinia, et ex Macedonia Brutum:* nihil opus. Tres Ambb. *et Brutum ex Sard.;* contra historiam; nisi mavis putare, hic aliqua deesse, cum Schützio. Ernestius primum ex duobus *nec ne* delendum putabat: cui accedit Amb. 12 legens *ex Africa nec ne, et mihi* etc. Primum et alterum *et* delet Lamb.

4 Sic Victor. Gebhard. et Orell. secuti fidem codd. vett. At Lamb. et seqq. usque ad Orell. *an non, decernant.* Est altera ironia acerbior priore. Mihi loco stipendii statim dandi, sedeant decernentes dentne, an non.

5 Amb. 15 et ed. Ro. *fiant*, quod iam Ernestius sensit. *Adituros periculum*, verissimum augurium. Nam Novembri mense, inita inter Lepidum, Antonium *et* Octavianum societate, et omnes et omnia periere. Velleius, Plutarchus, Appianus, Dio *Cass. Manut.*

6 Amb. 3 *videto.*

7 Ad Pollentiam, ep. DCCCXLI.

DCCCXLV.

1 Ambb. quatt. *Dei.*

2 Amb. 7 et Zel. B: *Solum locutum putas, a. c. C.* At Pal. tert. *solum, aut cum Caesare locutum putas?* Mox *ista dixerit*, nimirum, quae tu scribis, contra me dixerit.

3 Tibi gratias ago tantas. Vid. ad ep. VIII, 3. Mox ed. lens. *quod istuc.*

4 Tres Ambb. Rec. et Zel. B cum Lamb. *Segulius ait;* at 7 *Segulius veteranos queri dicit;* ex qua varietate glossam suspicari licet.

5 Vt etiam hi, qui exercitus haberent, decemviri crearentur; nimirum te et Caesarem Octavianum. Lamb. *sententiam dici.* Mox *iidem illi*, obtrectatores tui; sed qui sint, neque in epp. DCCCXIII et DCCCXV aperuit. *Excepti — estis*, de numero decemvirorum exclusi, omissi.

6 Ex ambiguo dictum; scilicet novas divitias quaerit; respicitque illud ep. DCCCXXXVII: *Sperare eos*, — *posse magna consequi praemia* etc. *Veterem comederit*, intellige rem familiarem, hereditatem. Lamb. cum multis codd. et edd. Ro. Iens. *non quod veterem com.*, et mox idem Lamb. *sed quia hanc ipsam.* Hic Cicero *veteri novum* opponit, ut etiam in ep. XII, 1 *tuos veteres hostes*, *novos amicos.* Contra aliis in locis *veteri* rei opponit *recentem*, ut ep. CDLXX circa fin. *Commemorarem non solum veterum*, *sed horum etiam recentium vel ducum*, *vel comitum tuorum gravissimos casus;* et in Verr. I, 2: *invidiaque et infamia non recenti*, *sed vetere ac diuturna flagraret.*

7 Rec. et Amb. 13 cum Lamb. *pro me facere;* sed *facere* manifeste sumtum ex ep. DCCCXXXVII, versu primo. Tum Schütz de sententia I. F. Gronovii *ut timeas*, verba *de me*, ut superflua, delens.

8 Quae caveri non poterunt.

9 Ambb. omnes *sim etenim ii.;* ut et supra Lamb. *Ego etenim;* contra Ciceronis consuetudinem. *Natura tribui potest:* Natura enim, ut ait Quart., non dedit homini, ut omnia cavere et providere posset.

10 Tres Ambb. *sed cavebo.*

11 Si scilicet consulatum non petas vacuum morte Hirtii et Pansae; ut cum Graevio et Ernestio colligere posse videmur ex subiecta ratione: *Tuis enim opibus et consulatu tuo.* Consulatum, inquam, vacuum in reliquos huius anni menses. Nam consulatum anni venientis iam

obtinuerat. Manutius ex ep. DCCCXXXII circa fin. et Quart. exponunt: quod Antonium non oppresseris.

12 Lamb. et Ambb. omnes *nos a te.* Mox *de quatuor legionibus*, cf. ep. DCCCXXXVII.

13 Lamb. *ab utroque vestrum.*

14 Decemviris. *Func.* Tum *ligurrirent*, vehementer cuperent, agros assignare militibus.

DCCCXLVI.

1 Respondet Bruti epistolae DCCCXXXVIII, quam si recolliges, facilior captu haec erit. Codd. aliquot *Parum tibi,* errore pictoris, qui *P.* substituit in cod. τῇ *N:* et ex *parro*, quod nihil est, factum postea *parum.* Ἐμφατικὸν exordium *narro tibi* vide ad epp. XXXVIII, DCXXXVIII, 4 ibique Malaspinam, DCCXXVI et DCCCXXXII.

2 Quam multa paucis verbis complexus es! *Melius*, supple *tibi sit.* Nondum Cicero acceperat epistolam Bruti DCCCXLIV, quum hanc scripsit.

3 Tres Ambb. *quodvis*, et 15 *quibus nos oportet.*

4 Stew. *abstersisset.*

5 Malivolos contempsi; cf. ep. DCCCXXXVIII.

6 Mutinae; epp. DCCCXIV, DCCCXVII, 2. *Quid nunc putas*, te liberato?

7 Idest, curam rei publ., pro qua vigilavi; *tibi tradere*, in te transferre. *Constantiae meae*, in administranda re publ. Omnes Ambb., praeter 7, *ut non desim.* Conf. ad ep. CXLVIII, n. 42.

8 Rec. *erraveris.*

9 Scilicet, moventur, quae tuam praesentiam in Italia desiderant, ut bene explicat Lallem. Vide epist. DCCCLII. Laconismum Bruti affectat Cicero. *Adventu tuo,* in hostes Antonios. Plerique codd. *si in adventu.*

10 Cf. epp. DCCCXIII circa fin. et DCCCXLIV. *Expeditissima*, paratissima.

11 Bruti consobrinum; ep. DCCLXXVIII init. *Schütz.* Ambb. duo *Servilium;* Lamb. *tui Servilium.*

DCCCXLVII.

1 Ernest. volebat *subisse*, quod postulant illa *dum si quid acciderit. Dum — absim*, dummodo absim.

2 Exquisitius et efficacius, quam *quae quidem*, et pro *enimvero ea.* Vidit Ernestius.

3 Credulitate. *Corrad.* Mox *paene* suspectum Ernestio. Dandum oscitationi scriptoris, qui alterutrum tantum dicere volebat: *ego non hoc vitio deceptus sum*, vel *ego hoc vitio paene deceptus sum;* utrumque tamen dixit. Secundum legit ed. Iens.

4 Quinque Ambb. *Lep. vero.* Mox *quid ergo est*, inquies, quod te paene decepit. Hinc infra *hunc casum*, scilicet, ut deciperer, ut crederem Lepido. Lamb. *quid est ergo?* Tum *pudor*, metus turpitudinis et infamiae, qua me homines notassent, si Lepidum, casu quo bene sentiret, deseruissem. Confer omnino ep. DCCCXXVII.

5 Confer hunc locum cum alio simili in ep. DCCCXXVII, n. 14: *Certe nisi uno loco me tenerem.* Vtrobique eodem sensu sunt accipienda illa verba *uno loco*, scilicet nisi uno loco essem cum Lepido, nisi essem *eodem*, quo Lepidus erat, *loco;* quod idem est, ac si dixisset: Nisi ad Lepidum accessissem, verebar etc. Vulgo *si uno loco essem*, non sine libb. Lamb. *nisi — essemus.*

6 Rec. *Infensus.* V. ep. DCCCXVII 2. Statim dixisset *et mea pertinacia*, nisi iam praecessisset *pertinaciter.*

7 Nostri aliquot *in conspectu:* Lamb. *in adspectum*; at infra eodem sensu sine aliqua varietate *in conspectum.*

8 Sic Victorius, exemplo ab epistola DCCCLIV, 2 sumto. Nostri aliquot et alior. *salutari*, vel *cum salute*, vel etiam *salutari loco;* sept. *communi salute.*

9 An Druentiam? Alium aliquem ignobiliorem fluvium puto. *In quo mora — esset*, sc. quod transitum retardaret.

10 Hoc est prope, in promptu essent. Vt Graecis ὑπὸ χεῖρα, et Italis *alla mano.*

11 Quem scilicet non sperabat, non putabat. Lepidus, qui antea denuntiaverat Planco, ne veniret, ep. DCCCXXXIV, 2 init., postea cupide exspectabat adventum eius.

12 Graev. *omitteretur.* Mox ante Victor. *furentibus latronibus.*

13 Lamb. et Pal. sext. *ut et spatium.* Tum nostri multi et alior. cum Lamb. *ad se colligendum:* h. e. ad animum recipiendum. *Homines*, nimirum milites. *Cum collega*, D. Bruto in consulatu.

14 Ep. DCCCXXXIV, 2. *Nostri* ad blandiendum dixit; nam Laterensis legatus Lepidi erat. Mox aliqui codd. *in re publ.;* nostrorum alii *in rem publ. singularem.* Mox *fatebor*, testabor, praedicabo.

15 Non vixit; ut Velleius lib. II, 63, 2; Dio XLVI, 51 scriptum reliquere. *Manut.* Lamb. *interpellatus adhuc vivit*, etc.

16 Amb. 15 cum Lamb. *Ego magno:* alii *et magno.* Primum placet. *Parricidarum*, Antonii et Lepidi, qui in parentis patriae damnum coniurarunt. Val. Max. VI, 4, 5: *M. Brutus — patriae parentis parricida.* Mox *iis*, suspectum Ernestio, abest ab Amb. 15. Man. et Lamb. de coniectura Accolti *elapsus sum bis.*

17 Scilicet *ob id, — quod.* Cortius provocat ad dicta in lib. II, ep. 16; VIII, ep. 14 ad Div. et ad Gell. XIII, 27. *Castigare*, obiurgare. *Colloquia facta*, a Lepido cum Antonio, vel cum iis, quos ad eum Antonius miserat.

18 Quia fidem suam Lepidus interposuerat, a Planco illos (Legatos Antonii) violatum non iri. *Victor.* Edd. pr., omnes nostri et alior. plerique *dimissos*, e geminata syllaba *di* τοῦ *Lepidi.* Tum msti aliquot *vetaveram:* paullo insolentius, teste Ernestio. Infra Lamb. *C. Catinium*, libris aliquot faventibus, quorum aliqui etiam *Catinium.*

19 Ad Lepidum. Sic recte Manutius et Lamb. e duobus mss. et nuper Schützius et Orell. Vulgo *ad me*, quod est ineptum Ernestius corrigebat *ad se.* Mox noster 7 *receperam:* edd. Ro. Iens. Scinz. *interceperam.* Est explanatio Magistri.

20 Pro simplice *ornes*, h. e. instruas, subsidia submittendo. Vide Gronovium ad Senec. ep. 24, 5. *Caesar*, Octavianus.

21 Lamb. *exercitus eius mitt.* Mox *agitur periculum*, quia erat ei Antonius inimicus, tum ob ea, quae narrantur ep. DCCLXIV, tum novissime ob proelium Mutinense.

22 Perditi et scelerati homines, qui aliquando venturi erant in castra Antonii, huc omnes iam convenerunt. Vulgo *hoc omne:* ἀρχαικῶς.

23 Ambr. 7 *utemur.*

24 Excitant. Quatt. Ambb. cum edd. Ro. Iens. *excutiunt;* operarum negligentia.

25 Officiis meis praesentibus, quae pie rei publ. exhibeo, ut Quarterius exponit.

26 Nostri *Civarone*, *Cuiarone*, et *Cinarone:* facili literarum permutatione. *Culorone* legendum censuerunt Scaliger, Sirmondus, Bimardus in Muratorii Thes. Nov. Insc. T. 1; idque cum Benedicto recepit Schütz. Vulgo *Civarone*, quod impense defendit Bouge lib. III, c. 7. Hist. Provinciae; ut sit castrum Sabaudiae ad Isaram, vulgo *Civron.*

DCCCXLVIII.

1 Gaditanus, L. Cornelii Balbi maioris e fratre nepos, unde *Minor* dictus (epp. CCCXXXII, 3; DLXIII, 2 aliisque in locis), Asinii Pollionis in Hispania quaestor. *Numerata*, sibi de aerario. *Coacto*, vel vi, vel iure ex publicis exactionibus, quibus, ut quaestor, praeerat, sed iniuria sibi attributa. *Ne stipendio quidem — reddito*, quemadmodum quaestoris provincialis erat; Tacit. An. XI, 22; Varr. L. L. IV, 14; Miscell. Obss. criticae, vol. X, p. 257 seqq.

2 Seduxit, subduxit se, aufugit. Plaut. Amph. IV, 3, 8: *Ad regem recta me ducam.* Vid. etiam Bacch. IV, 2, 11; Aulul. IV, 8, 8.

3 Mauritaniae regis in Africa, qui Antonii partibus adhaererebat. Nostri omnes, praeter 13, et Zel. B *Bogutis*. Et mox Zel. B et edd. Ro. Iens. *plane beneque.*

4 De Antoniana clade ad Mutinam. *Referatur*, idest, Gades redeat.

5 Balbus fecit Gadibus, in patria sua, eadem, quae Romae Caesar fecerat.

6 Idest ultimo. Virg. Aen. II, 324:

Venit summa dies, et ineluctabile tempus.

Ad plures autem dies ducebantur ludi. *Annulo aureo*, qui erat equestris dignitatis insigne. *Donatum;* hoc ipsum fecerat iam Iulius Caesar, a quo *ludis Decimus Laberius, eques Rom.*, qui *mimum suum egit, donatus* fuit *quingentis sestertiis et annulo aureo et sessum in quatuordecim e scena per orchestram* ductus, ut ait Svet. in Iul. c. 39. *In XIIII*, sc. in quarto decimo ordine, ut habet Ambr. 14. At sext. et edd. Ro. Iens. *in quartum decimum:* Lamb.

et Corr. *in quatuordecim.* Quatuordecim subselliorum ordines (*file, gradini*, gallice *rangs*) hominibus equestris dignitatis assignavit Balbus in theatro Gaditano, consuetudinem theatri Romani imitatus. Ascon. *L. Roscius Otho legem* tulit, *ut in theatro equitibus Rom. quatuordecim ordines spectandi gratia darentur.* Hi autem ordines erant post orchestram, ex qua magistratus senatoresque spectabant, ut ex loc. cit. Svetonii colligitur. Ex hoc loco Mazochius in Amph. Camp. p. 127 etiam equites provinciales, ne dum Romanos exstitisse adserit. Mox Amb. 15 *tot enim effecerat.*

7 In multis municipiis *Quatuorviri* summum gerebant magistratum, ut Romae consules: alii vero dicebantur *Decuriones*, qui Romae *Senatores* (Vide quae diximus ad ep. CCCLXXIX). Interdum tamen erant *duumviri*, interdum *seviri.* Vide Thom. Reines. ep. XXXI ad Rupert. *Graev.* Tum *prorogavit*, ut Caesar sibi dictaturam Romae. *Comitia biennii biduo habuit*, hoc est, magistratus Gaditanos duorum annorum renuntiavit duobus diebus, Caesaris exemplo, qui ad expeditionem Parthicam profecturus consules Romae in triennium designaverat.

8 Haud secus atque Caesar, qui Pompeia lege damnatos omnes, praeter Milonem, urbi restituit. *Non horum temporum*, non exsules horum temporum, qui culpa forte vacant, atque adeo iuste revocari possunt. *Quart.* Tum *Varo proc.*, hunc Varum Hispaniae proconsulem nemo interpretum novit, nec quo tempore senatus Gaditanus trucidatus est, nec qui exsules a Balbo reducti sunt. Amb. 15 *Sexto Varoque consulibus:* inepte.

9 Idem Amb. 15 *exemplo fecit.* Mox *praetextam — posuit*, h. e. agendam curavit fabulam praetextam (sive praetextatam), cuius argumentum erat, iter suum ad Lentulum. *Fabulae praetextae*, et simpliciter *praetextae*, vo-

cantur illae, quae res gestas Romanorum continent scriptas. Horat. Art. Poet. v. 288:

Vel qui praetextas, vel qui docuere togatas.

ibidemque vet. Schol.: *Praetextatam quidam dicunt tragoediam, comoediam autem togatam, quia scil. in praetextatis inducerentur praetextati viri, scil. magistratus, in togatis privati homines.* Vide in fine epistolae. *De suo itinere*, vid. epp. CCCXXXII, 3, CCCXXXIV, 2, et CCCXLVII, 1. *Ad L. Lentulum procos. solicitandum*, ut Pompeium desereret. Hic L. Corn. Lentulus, inquit Manutius, consul primo civilis belli anno Pompeium ex urbe fugientem secutus est, et cum eo in Graeciam transiit. Ad eum prius, quam Italia cederet, hic noster Balbus cum literis, cum mandatis, cum promissione provinciae, si Romam ille revertisset, a Caesare missus est.

10 Quum fabula ageretur, flevit, iisque lacrimis indicavit, quanto Caesaris, atque adeo tyranni desiderio teneretur. Hoc indignatur Pollio.

11 Scil. ludis gladiatoribus, ut iam epp. XXVI init. et CCLXIV, 5. Vulgo olim *gladiatoriis*. Mox I. F. Gronovius corrigebat *ob Fadium;* ut sensus constaret, propter ea, quae sequuntur: *Gallos equites immisit.* Male ex suo cod. Titus Popma *Fadium obiecit.* Non enim ita *gladiatoribus*, ut bestiis, obiiciebantur homines, ut monuit iam I. F. Gronovius. Ἀνακόλουθον recte hic vidit Ernestius. *Militem pompeianum*, quem propterea oderat Balbus. *Depressus in ludum*, in arenam deductus, quae scil. paullo profundior erat, quam solum circumiectum. Hinc Sal. Cat. 55: *Locus circiter XII pedes humi depressus;* et Lucan. Phars. VI, 505: *Phoebe serena cantu depressa,* hoc est, luna coelo deducta in terram. Male nostri aliquot *deprehensus*, vel *depraensus*, et a 2 m. *depressus est.* Tum *gratis*, h. e. virtutis ostendendae causa.

12 *Auctoratos*, Acron ad Hor. Sat. II, 7, 59, dictos ab antiquis ait, qui se ludo vendiderant, sicuti *exauctorationem* esse gladiatorum venditionem. Duplici autem modo se quis auctorare poterat, tum venditione acceptoque pretio, tum et locatione sub certa mercede. *Mazoc.* in Tabb. Her. p. 430. Sic legunt edd. Ro. Med. et Lamb. (Med. *auctorare*) quod simillimum vero iudico. Noster 6 *avertere se se volebat:* 12 *auctorem se se nol.* Tum *ad populum confugerat*, ut eius ope liberaretur.

13 Sic Victorius ipse coniiciebat, et edidere Man. et Lamb. Vulgo *collecti*, ex quo quidem potes intelligere, lapidum vim magnam collectam, neque tamen coniectam; sed nimis argute. *In eum*, in Balbum. Infra edd. pr. et codd. scripti plerique cum Lamb. *arriperetur.* Tum *abstractum*, scilicet a populo.

14 In ipso ludorum loco. *Pransus*, *nudis pedibus* etc., signa, inquit I. F. Gronovius, in tanto facinore summae insolentiae ac securitatis. *Pransus:* non enim omnes prandere solebant, et qui solebant, exiguum aliquid, et siccum sumebant ad vires reficiendas (Cels. I, 3 circa fin., Sen. ep. 83, 5). Prandiorum apparatus obiicit Antonio Cicero Phil. II, 39, et Verri in Verr. I, 19. *Nudis pedibus:* solum enim in conviviis et domi nudis pedibus, vel in solea esse solebant Romani; calceis in publico utebantur. Hinc amara illa in Verrem *soleatum* reprehensio Verr. V, 33. Indecore igitur Balbus fecit, qui, quaestor quum esset, in ludis magna populi multitudine nudis pedibus inambulavit. *Tunica soluta*, idest discinctus; quod parum virile erat. Sen. ep. 92 extr. de Mecaenate: *Alte cinctum putes dixisse: habuit enim ingenium et grande et virile, nisi illud secum discinxisset:* Tum *manibus ad tergum reiectis*, quod inurbanum est, et nonnunquam dominationis superbiam sapit.

15 Plerique codd. et edd. Ro. Iens.: *quaeritanti* et *queritanti:* male. Nam, ut ait Varro (L. L. V a med.): *quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat.* Id ipsum Nonius I, 78. Mox Manutius, Ferrarius et Lambinus *Civis Romanus sum* ad illud Ciceronis provocantes in Verr. V, 57 et 62, ubi vox *natus* non legitur. Sed videndum, inquit Vict., an ideo se *natum* Fadius dicat civem Ro., ut magis Balbum absterreat; quod maiore scelere ei, qui c. r. natus est, manus inferatur, quam illi, qui factus, ut erat Balbus.

16 Vulgo *etiam in his.* Lamb. *etiam civeis Ro., in his.* Mox nostri *circumlatorem*, ut multi aliorum mss. Item *auctionum* abest a tribus Graevii; at sec. *actionum.* Sed Mentel. *Antonium;* Vrsin. *Aventronum*, Corrad. *Anthionum;* ut sint nomina propria circulatoris. *Circulator auctionum* est, qui circulos obit, aut facit, et merces auctionibus vendit. *Colubrum circulatores* apud Celsum V, 27, 3, qui serpentes circumferunt.

17 Zel. B *eiuscemodi*, edd. Ro. Iens. et Lamb. *huiusmodi.*

18 Amb. 6 et Lamb. *restat;* Zel. B *Nunc quidem restat. Quod praestat*, id est, quod maioris momenti est, quam loqui de Balbo.

19 Sic nostri quatt.; duo cum Graev. *vigesimam octavam:* Lamb. *vicesimam oct.* Recentiores, nescio quo auctore, *duodetrigesimam.*

20 Nostri omnes Zel. B et edd. Ro. Iens. *quingentos;* quod Forcellinius improbat, quia fortasse non est distributivum. Ep. DCCLXVII: *quingenos denarios dat* Octavianus veteranis. Manutius *denarios quingenos;* qui tamen, quum nimia videretur summa, correxit *denar. quinquagenos;* Lamb. *denarios se quinquagenos.* Sed non sine grandi pecunia legiones defecissent, ut monuit Victor.

21 Zel. B et ed. Ro. *ullum finem;* sed etiam ep. DCCXI init.

finem nullam; Amb. 15 *ullam fidem.* Tum vulgo olim et libri omnes *putavit*, quod est alienum. Graev. *putarit*, Guliel. *putabit*, quem secuti sunt posterr. omnes. *Incitatissimam*, in Antonii castra ruentem.

Cicerone avrebbe raccomandate ed espresse, al pari di lui, in congiunture in cui giusta ne fosse riuscita l'applicazione. Ma una situazione tanto critica richiedeva necessariamente altri principii; e l'affettazione di Bruto a concentrarsi allora nelle sue era tanto meno scusabile, in quanto che neppur egli le aveva sempre seguite con siffatto rigore, e che spesso pur gli succedeva di dimenticare quella perfezione favolosa dello stoicismo. » — Per la più parte queste considerazioni sono giuste; ma bisogna che in questa eloquente invettiva sfuggita all'anima di Bruto siavi un carattere ben sensibile di grandezza e di elevazione, giacchè i giudici meno portati ad ammirare sulla parola altrui, non possono stare dal non riconoscervi bellezze che li rendono attoniti. Tunstall, scettico com'è, nella sua lettera a Middleton, si esprime di questa maniera. *Neque mirum est eam in omnibus qui vel de scriptis recte iudicare possunt, vel ullos libertatis igniculos habeant, incredibilem excitasse admirationem sui.* Egli dovrebbe dirci dopo tali parole chi sia quello scrittore del medio evo, il quale abbia saputo così prendere lo stile e l'ingegno di Bruto.

XXV.

1 Non v'è lettera, partendo dal 29 di maggio, in cui non trovisi questa esortazione. Quel 29 di maggio era il giorno in cui Lepido si era unito ad Antonio.

2 Servilia, madre di Bruto, era stata l'amica di Giulio Cesare. Egli avea avuto per lei molta tenerezza e confidenza, e le avea fatto accettare i beni confiscati da Ponzio Aquila, Pompeiano zelante, che fu in appresso uno de' complici della congiura contro Cesare. Tuttavolta, dopo la morte di Cesare, essa prese gran parte ne' consigli e nelle deliberazioni di suo figliuolo: cosa che a Cicerone dispiaceva assai, che non fidavasi molto di lei, quantunque per civiltà e a riguardo di Bruto nelle sue lettere parlasse di lei con gran rispetto.

3 Intorno a Casca si vegga la lettera XVII, nota 2.

4 Questo ha particolarmente relazione ad Ottavio e al suo esercito.

5 S'intende Lepido, la cui moglie abbiamo detto essere sorella di Bruto.

6 Parla della dichiarazione ch'egli avea fatta al Senato nella sua V Filippica, la quale è di questo tenore: *Quamobrem ab eo non modo nihil timere, sed maiora et meliora exspectare debetis; neque in eo, qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit, timere ne memoria maneat domestici doloris, quae plus apud eum possit, quam salus civitatis. Audebo etiam obligare fidem meam, P. C., vobis populoque Romano (quod profecto, quum me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimesceremque in re maxima periculosam opinionem temeritatis): promitto, recipio, spondeo, P. C., C. Caesarem talem semper fore civem, qualis hodie sit, qualemque eum maxime esse, velle et optare debemus.*

7 Allora egli non avea che venti anni. Così Svetonio, *Aug.* c. 26.

8 I suoi adulatori lo pressavano a domandare il consolato; cosa incompatibile colla sua età, secondo ch'era stabilito dalle leggi di Roma; nè il conseguimento di quella eminente carica poteva servire ad altro che a fornirlo di mezzi onde rovesciare la Repubblica.

9 Pare che questo tributo consistesse in un testatico, proporzionato alla sostanza di ciascun particolare. In Roma, dopo la conquista della Macedonia, fatta da Paolo Emilio, era fuor d'uso tassare i Romani, essendosi tratto da quella conquista il fondo di una rendita sufficiente per liberare il popolo romano dal peso che altrimenti prima d'allora esso avea sopportato (V. Plinio, *Hist. Nat.* lib. XXXIII). L'avversione che i cittadini migliori avevano ad ogni apparenza di tributo, era un effetto della indolenza e del lusso che aveano infettata la Repubblica, e che ne precipitarono la ruina.

. . . . . *Saevior armis*
Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem.

Così Giovenale nella Satira VI. Questo centesimo, ossia questa tassa dell'uno per cento si pagava ogni mese.

10 Il Senato avea fatto un decreto per assicurare alla quarta legione e alla legione Marzia tutte le ricompense che loro

avea promesse Ottavio, allorchè si dichiararono per l'autorità del Senato contra Antonio; e si era loro mantenuta la parola dopo la battaglia di Modena (V. Filipp. V).

11 È notabile il confronto dell'attività di Cassio e della diligenza sua in procacciarsi denaro e mezzi d'ogni sorta, e il suo carattere, e tutte le misure da lui prese, colla condotta di Bruto in quest'epoca memorabile. Chi non preferirà, almeno per questo riguardo, il quale invero è di somma importanza, Cassio a Bruto?

12 Cicerone veggendo sino a quanto Bruto spingesse la sua tenerezza pe' figli di sua sorella, anche qui gli ricorda tutto quello che in loro favore avea fatto prima che Bruto glie ne scrivesse; ed appunto per renderlo su questo punto pienamente sicuro, e per sollecitarlo a passare coll'esercito in Italia, gli fa osservare come gl'interessi di que' nipoti di lui dipenderanno da lui medesimo, arrivato che sia.

XXVI.

1 La frase latina evidentemente dimostra il retore che va in busca delle antitesi, e della figura chiamata *isocolon*. Costui sacrifica il senso e la chiarezza a questa piccola simmetria delle parole. Cicerone non usava di questa maniera.

2 Il testo dice di Antonio *vir animi maximi*. Può questa espressione supporsi mai di Cicerone? Ed in che tempo si mette in bocca sua siffatto modo di parlare di un uomo che Cicerone in tutta la carriera politica di lui detestò e disprezzò con tutto l'animo? Gli si mette in bocca nel momento in cui avea contro di lui recitate le quattordici Filippiche.

3 Tutto questo passo è tolto in compendio dalle Filippiche, e segnatamente dalla seconda al cap. 36 e seguenti. Quindi è facile paragonare lo stile dell'imitatore da quello del modello. Chi crederà poi che Cicerone avesse mai detto *publicam dilapidabat pecuniam?*

4 Osservinsi nel testo tutte queste frasi mal condotte: *Vt se adversum armaret — Vt suae caede caesus ille fugiens exercitus* ec. Questa non è lingua in cui Cicerone parlava.

5 È inutile far osservare com'è ridicolo questo *Iunonium puerum — partum aureum* . . . Il declamatore dovea ben vedere quanto poco codesti sdolcinati modi convenissero alla gravità dell'argomento in cui avea preso ad esercitarsi assumendo il nome di Cicerone.

INDEX I. GRAECOLATINVS

CONTINENS GRAECA QVAE IN EPISTOLIS CICERONIS OCCVRRVNT CVM LATINA INTERPRETATIONE

Omnium M. Tullii Ciceronis operum editionem a principio molitus eram; sed quominus ad exitum perducerem, quod proposueram, me iteratus morbus, isque gravissimus, prohibuit. Praeterea adversa valetudo, quae inde consecuta est, in causa fortasse fuit, quare etiam in unis epistolis edendis tentaverim lectorum patientiam, et vela etiam in medio itinere paullulum contraxerim. Itaque omissis latinitatis et nominum indicibus, eos tantum habeto, humanissime lector, qui necessarii omnino visi sunt, 1.° Indicem graecolatinum, eumque maximam partem ab indice graecolatino Chr. Godof. Schützii desumtum, 2.° Indicem notarum, 3.° Indicem epistolarum, 4.° Tabulam sestertiorum.

A

Ἀβδηριτικόν, *Abderiticum, stultum*, quod Abderitae stupidi putabantur. Ep. CCXCVIII, 4 (Att. VII, 7).

Ἀγωνιστύτως, *sincere, sine praestigiis et fuco, sine assentatione.* CDXLIV (Att. XII, 3).

Ἄγραφον, *non scriptum.* CCLII, 12 (Att. VI, 1).

Ἀγών, *certamen, contentio.* XXI, 4 (Att. I, 16). Est studium contentionis, quod in oratione adhibetur; unde ipsae orationes in causis veris, et quidem in primis in forensibus, ἀγῶνες dicuntur, et declamationibus umbraticis opponuntur: vid. v. c. Longin. περὶ ὕψους, S. XI, 1; plura apud Cresoll. Theatr. Rhet. III, 17; Spanhem. ad Iulian. Or. I, p. 11, 12, 13; Olear. ad Philostr. Vit. Sophist. lib. XXII, § 1, n. 4. *Ernest.*

Ἀδέσποτοι, *sine auctore.* DXX, 3 (Div. XV, 17). De rumoribus, qui unde et a quo capite fluxerint, ignoratur.

Ἀδεῶς, *secure, sine ullo periculi metu aut suspicione, large, copiose.* DCLI (Att. XIII, 52). Ibi dicitur de Caesare: ἐμετικὴν *agebat;* itaque *et edit et bibit* ἀδεῶς *et iucunde;* h. e. largius edebat; ideoque non metuebat, ne sibi hoc noceret, quia volebat vomere post cenam.

Ἀδημονῶν, *moerens, solicitudinis plenus.* CCCLIV, 7 (Att. IX, 13).

Ἀδιαφορία, *indifferentia.* XLIII, 2 (Att. II, 17). Quum omnia,

quae accidunt, sive secunda, sive adversa, nihil valent ad animum nostrum commovendum. Ea Cicero dicit se uti in re publica. Sed Acad. Qu. II, 42, est Aristonis summum bonum, quum in neutram partem moveremur in rebus mediis, hoc est, quae nec honestae nec turpes sensu Stoico sunt. *Ern.*

Ἀδικάρχοι, *iniusti magistratus.* XXXVI, 4 (Att. II, 12). Vox ficta ludendi causa e nomine Dicaearchi, quem Atticus scripserat a se amari. Eum civem haud paullo meliorem dicit, quam ipsos Romanos ἀδικάρχους, Caesarem et reliquos.

Ἀδιόρθωτα, *incorrecta, inchoata, imperfecta.* DCXIII, 5 (Att. XIII, 21).

Ἀδόλεσχος, *valde loquax, garrulus.* DCCLXIX, 1 (Att. XVI, 11).

Ἀδύνατον, *impossibile,* quod fieri non potest. X, 2 (Att. I, 1).

Ἀδωροδόκητον, *integrum et incorruptum a largitione.* CCXXVIII, 2 (Att. V, 20).

Ἀζηλοτύπητον, *sine invidia.* DCXI, 3 (Att. XIII, 19).

Ἀθέτησις, *improbatio, reiectio.* CCLXXXII, 3 (Att. VI, 9).

Αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit Πλάτων, οἶθ', ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις: *Tyrannorum preces, inquit Plato* (ep. 7 ad Dionis propinquos) *permistae sunt, ut scis, necessitatibus.* CCCLIV, 3 (Att. IX, 13). Quae rogant, necessario facienda sunt: eorum preces sunt imperia. *Ernest.*

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους: *vereor Troianos et Troianas peplos trahentes.* XXXI, 1 (Att. II, 5). CCCV (Att. VII, 12) et aliis locis ex Homer. Iliad. VI, v. 442 et XXII, v. 105.

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι: *veriti sunt quidem recusare, timuerunt autem suscipere.* CCLII, 20 (Att. VI, 1); DCCLXIX, 4 (Att. XVI, 11). Ex Hom. Iliad. VII, v. 93.

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων: *semper fortiter agere, et aliis praestare.* DLIV (Div. XIII, 15); CLIV, 3 (Q. fratr. III, 5). Ex Homer. Iliad. VII, v. 208.

Αἴκε δύνηαι: *si modo possis.* DCIV, 3 (Att. XIII, 12). Ex Hesiod. Op. et D. v. 350.

Αἵρεσις, *secta.* DXXII (Div. XV, 16).

Αἰσχρὸν σιωπᾶν. Integer senarius sic habet: αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην τ' ἐᾶν λέγειν: *Turpe est tacere, et sinere Isocratem loqui.* CCLXXXI, 4 (Att. VI, 8). Quum Isocrates scholas rhetoricas aperuisset, et magna hominum multitudo eas frequentaret, Aristoteles aemulatione commotus et ipse rhetoricen docuit. Eodem modo Cicero, quum Bibulus triumphum peteret, turpe esse putabat, si non et ipse peteret. *Ernest.*

Αἰσχροῦ φαντασία, *turpitudinis imago, species:* quum venit in

mentem, turpiter nos facturos, aut fecisse. CCCXLVII, 4 (Att. IX, 6).

Ἀκαδημικὴ, sc. σύνταξις. *Academicorum ratio, doctrina.* DCIV, 3 (Att. XIII, 12). Vide ep. DCVI, 1 (Att. XIII, 16). Sermo est de libris Ciceronis Academicis, quorum primo duo erant, alter Catuli, alter Luculli nomine, quod in iis hi duo de Academica philosophia disputantes inducebantur. Iam nobiles illi quidem erant, sed in iis C. et L. acutius, quam pro personis suis, disputabant. Itaque Cicero hanc σύνταξιν immutavit, et e duobus quatuor libros fecit, Catuli et Luculli nominibus sublatis, eosque Varroni inscripsit. In iis Varroni Antiochi partes dedit, sibi sumsit Philonis; hoc est, quod Cicero dicit: ἀκαδημικὴν *ad Varronem transferamus*, et ep. DCVI ἀκαδημικὴν σύνταξιν *totam ad Varronem traduximus.* Conf. Argum. Quaest. Acad. I. *Ern.*

Ἄκαιρος, *intempestivus.* CCCXLV (Att. IX, 4).

Ἀκαταληψία, *opinio Academicorum, qui nihil comprehendi posse dicebant.* DCXI, 3 (Att. XIII, 19).

Ἀκενόσπουδος, *abhorrens a studio rerum inanium.* DXX, 5 (Div. XV, 17).

Ἀκεραίως, *sincere.* DCCXXXII (Att. XV, 21).

Ἀκηδία, *torpedo cum moestitia.* DLXXV, 2 (Att. XII, 45).

Ἀκίνδυνα, *periculo carentia.* DCXI, 1 (Att. XIII, 19). Ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ: *periculi quidem expertia, sed diuturniora*, h. e. vitae quidem periculum abesse, sed diuturniorem morbum fore: de Tirone aegrotante. CCCXIII (Div. XVI, 8).

Ἀκκιζόμεθα, *dissimulamus cupiditatem nostram.* XLV, 3 (Att. II, 19). Quum videri velimus, non cupere nos, et tamen vehementer cupimus, hoc enim est ἀκκίζεσθαι, unde ἀκκισμὸς, *accismus.* Exemplo esse potest accismus Tiberii Neronis Vell. II, 23; Tacit. Annal. I, 3 et 11. *Ern.* Vide Suidam ad hoc voc.

Ἀκοινώνητον, *alienum a familiari consuetudine.* CCLXIV, 3 (Att. VI, 3).

Ἀκοινωνήτως, *minime familiariter.* CCLII, 4 (Att. VI, 1).

Ἀκολακεύτως, *citra assentationem.* DCXXXVIII, 1 (Att. XIII, 51).

Ἀκολασία, *licentia nimia.* DCXCI (Att. XIV, 11).

Ἄκουσμα, CDXLV (Att. XII, 4), quidquid ad aures (convivarum) suaviter deliniendas, aut oblectandas comparatum est. *Non assequor*, inquit, *ut scribam, quod tui convivae, non modo libenter, sed etiam aequo animo legere possint, si velim gravitatem eius constantiamque laudare; hoc ipsum odiosum* ἄκουσμα *sit.* Sic ap. Xenoph. ἀπόμνημον. lib. II, c. 1. Haec ἀκούσματα, quae et ἀκροάματα dicuntur, erant *recitationes anagnostarum, symphoniaci pueri*, γελωτοποιοὶ etc. *Ern.*

Ἀκραὲς, *liquidum, non turbidum, non perturbatum.* CCCLXXXIII, 4 (Att. X, 17).

Ἀκροτελεύτιον, *clausula*, v. c. carminis, h. e. epistolae. Vox Thucydidea, II, 35, quam et habet Pollux II, 16. CCL, 3 (Att. V, 21).

Ἀκρωτηρίων οὔρια, *signa secundae tempestatis ex vexillis in fastigiis* (ἀκροτηρίοις) *navium et domorum.* CC, 2 (Att. V, 12). Οὔρια sunt signa bonae tempestatis instantis; a quibus etiam Iupiter Vrius, de quo vid. Graev. ad Verr. IV, 51. *Ern.*

Ἀκύθηρον, *invenustum.* CCXXIX (Div. VII, 32).

Ἄκυρον, *ineptum.* DCLXI (Div. XVI, 17).

Ἄλη, *anxietas et solicitudo animi nusquam conquiescentis.* CCCLXI (Att. X, 1).

Ἁλίμενα, *loca portu carentia, loca importuosa.* CCCLIV, 4 (Att. IX, 13).

Ἅλις δρυός, *satis quercus.* XLV, 1 (Att. II, 19). Proverbium de priscis hominibus, qui, inventa fruge, glandes relinquebant. *Dignitatis ἅλις, tamquam* δρυός. Satis tibi dignitatis est, ut non opus sit de ea ulterius augenda cogitare. *Ern.*

Ἅλις σπουδῆς, *satis studii et operae* XXVI, 6 (Att. II, 1).

Ἁλιτενὴς, *humilis, depressus,* de ambulatione. DCXCIII (Att. XIV, 13).

Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ: *Strenuus esto, quo te et posterorum, vel qui post nascentur, aliquis laudet.* DLIV (Div. XIII, 15). Ex Homer. Odyss. I, v. 302.

Ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν: *sed semper virum ingentem.* LII, 1 (Q. Fratr. I, 2). Ex Homer. Odyss. IX, v. 513.

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθες Πατρίδος, supple ex Hom. Odyss. IX, 34: ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς: *Sed mihi numquam persuasisti patria quicquam ulli sua dulcius esse.* CCLXXXIV, 2 (Att. VII, 1).

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν,
Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.
Sed meum numquam animum in pectore inflexit: nubes enim tegebat atra. DLIV (Div. XIII, 15). Ex Hom. Odyss. VII, 258 et XXIV, 314.

Ἀλλ' οἰμωζέτω, *sed ploret, male ipsi sit.* CLIX, 8 (Q. Fratr. III, 9). E comico aliquo fortasse, apud quos saepissime οἰμώζειν iubent, quibus mala precantur. Hinc: πολλὰ οἰμώζειν λέγειν.

Ἀλλ' οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν,
Ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα, διοτρεφὲς, εἰσορόωντες
Δείδιμεν, ἐν δοιῇ δέ σαωσέμεν, ἢ ἀπολέσθαι:
Sed nobis curae non est convivio suavi operam dare, verum

magnam cladem a Iove immissam intuentes extimescimus, incertumque est, salvine futuri, an interituri simus. DCXCIII (Att. XIV, 13). Ex Hom. Iliad. IX, 228 seqq.

Ἄλλα μὲν αὐτὸς, ut ait ille, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται: *alia quidem ipse, alia autem vel Deus suggeret.* CCCLVI, 1 (Att. IX, 15). Ex Hom. Odyss. III, v. 26, 27.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ: *Sed haec quidem, quae ante acta sunt, omittemus, licet cum moerore.* CCLXXXIV, 5 (Att. VII, 1); CCCLXXVIII, 1 (Att. X, 12). Ex Hom. Iliad. XVIII, v. 112, et XIX, v. 65.

Ἀλληγορίαις, *verbis alium sensum, quam quem prae se ferunt, habentibus.* XLVI, 4 (Att. II, 20).

Ἄλλο πρόβλημα, *alia quaestio.* CCLXIX, 2 (Att. VI, 5).

Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀπωθοῦνται ψόγον: *aliis bonis rebus agendis hanc maculam eluunt.* DCCVI (Att. XIV, 22). Senarius poëtae nescio cuius.

Ἀλογηθῇ, *negligatur.* CDXLIV (Att. XII, 3).

Ἀλογίστως, *inconsiderate, stulte.* CCCLI (Att. IX, 10).

Ἀλόγως, *sine ratione, temere.* DLX (Att. XII, 35); DCXXXIV, 1 (Att. XIII, 48).

Ἅμα πρόσσω, καὶ ὀπίσσω: *simul a fronte et a tergo.* DLIV (Div. XIII, 15). Homer. Iliad. I, v. 343.

Ἀμαλθεία, *Amalthea.* XXI, 12 (Att. I, 16).

Ἀμαλθεῖον, *Amaltheum.* Ibid. Est praedium Attici, cui nomen imposuit ab Ἀμαλθείᾳ. *Amalthea* in fabulis quae sit, notum est, sed l. c. est gymnasium, aut diaeta praedii Epirotici. Ep. XXVI, 9 Cicero dicit: *Amalthea mea te exspectat.* Eam fuisse gymnasium in Arpinati, ut Corradus ait, verisimile est, aut diaetam; quam imitaturus Atticum Cicero exstruxerat. In hac Amalthea I. Fr. Gronovius putabat, posuisse Atticum imagines virorum illustrium, a quibus, ut ab Amalthea Iupiter, ita imperium Romanorum tamquam nutritum, ad tantam magnitudinem pervenisset: his adiecisse versus, qui facta eorum et magistratus continerent, de quibus Nepos Vit. Att. c. 18. *Ern.*

Ἄμβροτος, *immortalis, divinus.* DCCXLVIII, 4 (Att. XVI, 5).

Ἄμεμπτα, *non accusanda.* CCLXXXIV, 5 (Att. VII, 1).

Ἀμεταμέλητος, non poenitendus. CCXCIV, 2 DCLI (Att. VII, 3, XIII, 52).

Ἀμηχανία, *inopia consilii.* DCCXLV (Att. XV, 29).

Ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφιλέτην, etc.: *deforme et turpe est eius, qui contrariae sit in re publica factionis, debitorem esse.* CCXCIX, 4 (Att. VII, 8).

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ, *respiratio veneranda Alphaei.* CDXLIX,

1 (Att. XII, 5). Sunt Pindari verba Nem. I, 1. Sic appellat Arethusam, διὰ τὸ ἀποῤῥῶγα καὶ οἷον στόμα τὴν Ἀρέθουσαν κρήνην τοῦ Ἀλφειοῦ εἶναι, ut ait Scholiastes. *Ern.*

Ἀμφιβολία, *ambigue dictum.* CCXXIX (Div. VII, 32).

Ἀμφιλαφεία, i. q. *divitiarum affluentia, bona copia*, s. ἀμφιλαφὴς περιουσία. CIV, 3 et CXLI (Q. fr. II, 6 et 15). Quintus a Marco fratre quaesiverat, an si Romam e Sardinia rediisset, eum bene nummatum deprehensurus esset, in eoque illo vocabulo ἀμφιλαφείας usus erat. Cicero igitur respondet, se illam opum affluentiam, s. nummorum abundantiam modice desiderare; si venerit, libenter excepturum; non autem etiam si nunc lateat, nec dum ad se pervenerit, operose et anxie quaesiturum et excitaturum esse.

Ἀμύμων, *reprehensionis expers.* DCCXLVIII, 4 (Att. XVI, 5).

Ἀναθεώρησις, *animadversio, consideratio.* DCXCVII, DCXCVIII (Att. XIV, 15 et 16).

Ἀναλογία, *comparatio, proportio*, quam vulgo dicimus, quum olim proportio esset tantum *ratio.* CCLVI, 2 (Att. VI, 2). *Ern.*

Ἀναντίλεκτον, *cui contradici non potest.* CXXI (Q. fr. II, 10).

Ἀναντιφωνησία, *taciturnitas in respondendo, quum alicui nihil respondemus.* DCCLXVI (Att. XV, 13). Quam Cicero Verr. I, 31, taciturnitatem ipse vocat.

Ἀναντιφώνητον, *sine responsione.* CCLII, 20 (Att. VI, 1).

Ἀναπάντητον, *remotum ab omni occursu.* CCCXLI (Att. IX, 1).

Ἀναπολόγητον, *quod nulla ratione defendi potest, quod defensione caret.* DCCLIX (Att. XVI, 7).

Ἀναφαίνεσθαι, *apparere, in publicum prodire.* XXXVII (Att. II, 10).

Ἀνέκδοτα, *non edita.* XXXII, 1 DCXCIX (Att. II, 6, XIV, 17).

Ἀνεκτὸν, *tolerandum, tolerabile.* DCCXXX (Att. XV, 19).

Ἀνεκτότερα, *tolerabiliora.* DLXXV, 3 (Att. XII, 45).

Ἀνεμέσητα, *nulli reprehensioni obnoxia, nemini stomachum moventia.* DCCLIX (Att. XVI, 7).

Ἀνεμέσητον γάρ, *caret enim invidia.* DXXVIII, 4 (Att. XII, 12).

Ἀνεμοφόρητα, *levia ac ventis dissipata.* DCXXI, 4 (Att. XIII, 37).

Ἀνεξία, *tolerantia.* CXCVIII, 4 (Att. V, 11).

Ἀνηθοποίητον, *alienum a recta morum conformatione, in quo mores conformari et effingi nequeant.* CCCLXXVI, 3 (Att. X, 10).

Ἄνθη, *flores, loci meliores excerpti.* Hinc Florilegia. DCCLXIX, 1 (Att. XVI, 11).

Ἀνθηρογραφεῖσθαι, *floride scribi, ornari.* XXXII, 1 (Att. II, 6).

Ἀνιστορησία, *inscitia historiarum.* CCLII, 13 (Att. VI, 1).

Ἀνοικεῖον, *alienum.* DCCLXIX, 2 (Att. XVI, 11). *Visum est non*

ἀνοικεῖον: hoc *satis aptum* mihi visum est; *non alienum*, sc. a filii mei persona.

Ἄντα, supplendum στῆναι, aut ἐλθεῖν, *contra stare, contra progredi.* XXXV, 3 (Att. II, 9). *Si ille cogitat ἄντα*, idest, si cogitat, me oppugnare; ut intelligatur μάχεσθαι, ut apud Homerum Iliad. XVII, 29; XXIII, 686.

Ἀντιμυκτηρίσαι, *vicissim deridere.* DXXIII (Ad Div. XV, 19).

Ἀντιόχεια, *Antiochi sententiam continentia.* DCIV, 3; DCVI, 1 (Att. XIII, 12 et 16).

Ἄνω, κάτω, *sursum, deorsum.* CXCVI, 3 (Att. V, 10). Per ἄνω κάτω ibi significatur schola Academica, quia Academici de omnibus in utramque partem disputare solebant. Similis est interpretatio huius formulae apud Suidam: Ἄνω κάτω · τὸ πάντα λίθον κινεῖν. Cicero igitur ibidem quum dicit: Ἄνω κάτω *si quid est, est in Aristo*, significat, Aristum illo tempore potissimum Academicae sectae laudem sustinere.

Ἄνω ποταμῶν, supple ex Euripide versum: ἱερῶν χωροῦσι παγαί: *Sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes.* DCCX, 1 (Att. XV, 4). Proverb. de rebus ἀδυνάτοις, quo saepe usi sunt poetae, v. c. Ovid. Her. V, 30, ubi vide interpp. *Ern.*

Ἀξιοπίστως, *fide dignum, apposite ad persuadendum.* DCXXI, 2 (Att. XIII, 37).

Ἀπαιδευσία, *ignorantia, defectus institutionis.* DCVI, 1 (Att. XIII, 16).

Ἀπάντησις, *occursus, obviam itio.* CCCXL (Att. VIII, 16), CCCXVIII (Att. IX, 7).

Ἅπαξ θανεῖν, *semel mori.* LII, 7 (Q. Fr. I, 2). Ex Aeschyli Prometh. vinct. 749:

Κρεῖσσον γάρ εἰς ἅπαξ θανεῖν,
Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

Ἀπαρρησίαστον, *minime liberum, impeditum, et reprehendendi licentia carens.* CCCXLIII, 2 (Att. IX, 2).

Ἀπόγραφα, *descripta ex aliorum libris.* DLXXXII, 4 (Att. XII, 52). Sic appellat libros suos latinos de philosophia e Graecis haustos et paene descriptos.

Ἀποδυτήριον, locus in balneis, ubi lavaturi vestimenta deponebant. CXLVI, 1 (Q. fr. III, 1). V. Gesner. V. Cel. ad Varr. R. R. II, 1, et qui ibi laudantur. *Ern.*

Ἀποθέωσις, *consecratio*, per quam in deorum numerum veniunt. XXI, 7; DXXVIII, 2; DLXI, 1 (Att. I, 16; XII, 12 et 36).

Ἀπολιτικώτατον, *civilis gubernationis maxime expertem, rei p. gerendae inscium.* CCCXL (Att. VIII, 16).

Ἀπολογισμὸν συντάξομαι, *defensionem componam.* DCCLIX (Att. XVI, 7).

Ἀποπροηγμένον, *reiectum.* Stoici quum nollent boni malique loco ponere quicquam, praeter virtutem et turpitudinem, ceteras res, quibus non potest eodem modo animus humanus moveri, tamquam valetudinem rectam, morbum, dolorem, voluptatem, vitam, mortem, divitias, paupertatem etc. distribuebant in προηγμένα, et ἀποπροηγμένα, h. e. dignas, quae deligerentur, vel repudiarentur, ut v. c. valetudo recta προηγμένον esset, morbus ἀποπροηγμένον. CDXLVII (Div. IX, 7). *Ern.*

Ἀπορία, *dubitatio.* CCCV, CCCXVIII, DCCX, 1; DCCLXVII (Att. VII, 12, 21; XV, 4; XVI, 8).

Ἀπορῶ, *dubito.* CCCIV, 2; CCCLI (Att. VII, 11; IX, 10).

Ἀποσπασμάτια, *fragmenta.* XXVI, 2 (Att. II, 1).

Ἀπότευγμα, *spei frustratio, infelix successus.* DCLVIII, 1; DLXXXVIII, 1; CLI, 1 (ad Div. IX, 21; Att. XIII, 27; Q. Fr. III, 2).

Ἀποτόμως, *acerbe, aspere.* CCCLXXVII, 4 (Att. X, 11). Ductum a medicis, qui secant et urunt, et ἀποτόμοι dicuntur. V. Cuper. Obs. II, 17. *Ern.*

Ἀπότριψαι, *abstergito.* CCXCVI, 4 (Att. VII, 5).

Ἀποφθέγματα, *facete dicta.* CDL, 1 (Div. IX, 16).

Ἀπρακτότατος, *rebus agendis ineptissimus.* XIX, 7 (Att. I, 14).

Ἀπροσδιόνυσον, *absurdum, ineptum, alienum.* DCCCLXXV (Att. XVI, 13). Proprie significat *alienum a Bacco.* Iis enim, qui inter scyphos seria tractabant, acclamari solebat: Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον.

Ἀπρόσιτος, *non facilis aditu, minime affabilis, asper.* CCXXVIII, 2 (Att. V, 20).

Ἀπροσφώνητος, *insalutatus.* CCCXXXI (Att. VIII, 8).

Ἄρειος πάγος, *Areopagus, rupes Martia,* ubi senatus Atheniensis conveniebat, unde et pro senatu ipso dicitur, et eius conventu, iudicio. XIX, 6 (Att. I, 14).

Ἀρετή, non est διδακτόν: *Virtus non est res, quae tradi et doceri possit.* CCCLXXVIII, 3 (Att. X, 12). De quo est Aeschinis dialogus I. *Ern.*

Ἄρη πνέων, *Martem spirans;* de iis dicitur, qui ipso vultu crudelitatem aliquam et saevitiam prae se ferunt. CLIII, 4 (Q. Fr. III, 4). Ex Aeschyli Agam. 387. *Ern.*

Ἀριστεία, *praeclarum facinus, dignum ἀριστεῖῳ,* h. e. praemio, quod dari solet iis, qui ἀριστεύουσιν, h. e. rem praeclaram gerunt. Ἀριστείαν DCXCVIII (Att. XIV, 16) appellat Dolabellae cos. facinus, quum columnam in Caesaris sepulcro

evertisset, de quo in Philippicis passim. Ep. DCCLXVIII (Att. XVI, 9). *Ern.*

Ἀριστοκρατικῶς, *accommodate ad statum et sensum optimatium.* XIX, 3; XXVIII, 3 (Att. I, 14 et II, 3).

Ἀριστοτέλειον, *Aristotelicum.* DCXI, 3 (Att. XIII, 19).

Ἀριστοτέλους ἐξωτερικοὶ, *Aristotelis libri* ita dicti, CXLIX, 2 (Att. IV, 16), quia ad sensum popularem propemodum scripti, ut ab his quoque intelligi possent, qui philosophiam eius non didicissent; nam hi ἐξωτερικοὶ appellabantur. His opponuntur ἀκροαματικοὶ, qui his scribuntur, qui philosophiam didicerunt, doctis, eruditis. *Ern.*

Ἀρκαδίαν. Hexameter integer sic habet: Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὔτοι δώσω: *Arcadiam me poscis, rem magnam me poscis, nequaquam dabo.* CCCLXVIII, 3 (Att. X, 5). Proverbium, quum quis petit, quod fieri non potest, aut difficillimum est. Is versus oraculo editus est, de quo Herodot. lib. I, c. 66, pag. 26 ed. Steph. *Ern.*

Ἀρχέτυπον, *exemplar primigenium.* CDXLIX, 6; DCCLIV, 1 (Att. XII, 5; XVI, 3). Hunc sensum habet ep. DCCLIV, 1; nam ibi dicit, se remittere σύνταγμα retractatum, non ἀπόγραφον ab exemplo primo, sed ipsum ἀρχέτυπον, crebris locis inculcatum et refectum. Sed in ep. CDXLIX, 6 ἀρχέτυπα *Nicasionum*, sive, ut I. Fr. Gronovio recte placebat, νεοεικοστώνων, sunt *tabulae eorum, qui recens mancipes sunt facti*, sive *redemerunt vicesimas*, similes his, quas quivis pater familias diligens conficiebat. *Ern.*

Ἀρχὴ, *initium.* CCCLXXVI, 2 (Att. X, 10).

Ἀσαφέστερος, *obscurior in scribendo.* DCXVIII, 2 (Att. XIII, 25).

Ἀσέλγης, *lascivus, delicatus.* XXXVI, 3 (Att. II, 12).

Ἀσμενέστατα, *libentissime.* DCXIV, 1 (Att. XIII, 22).

Ἀσμένιστον, *gratissimum, libentissimum.* CCCXLIII, 2; CCCLI (Att. IX, 2, et 10).

Ἄσπονδος, *implacabilis.* CCCLI (Att. IX, 10).

Ἀστρατήγητος, *ignarus artis imperatoriae.* CCCVII, 2 (Att. VII, 13).

Ἀστρατηγικώτατος, *artis imperatoriae maxime ignarus.* CCCXL (Att. VIII, 16).

Ἀσφάλεια, *securitas, tutum praesidium adversus vitae pericula.* XLV, 3; DCCLXVII (Att. II. 19; XVI, 8).

Ἀσφαλὲς, *tutum.* DCCXLVIII, 3 (Att. XVI, 5).

Ἀταραξία, *status mentis perturbatione vacuus.* DXXIII (ad Div. XV, 19).

Ἀτισία, *defectus solutionis, cum quis solvendo non est.* DCCI (Att. XIV, 19).

Ἀτοπώτατον, *absurdissimum, alienissimo loco positum.* DCCXLII (Att. XV, 26).

Ἀτριψία, *ruditas in aliquo genere.* DCVI, 1 (Att. XIII, 16).

Ἀττικισμός, *Atticismus,* sive *orationis lepos.* CLVI, 1 (Att. IV, 17).

Ἀττικώτατα, *quae maxime sunt Attica.* DCCVII, 1 (Att. XV, 1).

Ἀττικώτερα, *magis Attica.* XVIII, 6 (Att. I, 13).

Ἄτυφον, *sine ambitione, sine fastu.* CCLXXXII (Att. VI, 9).

Αὐθεντικῶς, *cum auctoritate, certo auctore.* CCCLV, CCCLXXV (Att. IX, 14; X, 9).

Αὐθωρεὶ, *illa ipsa hora.* XXXIX, 1 (Att. II, 13).

Αὐτίκα γὰρ τοι ἔπειτα μεθ᾽ Ἕκτορα πότμος ἕτοιμος:
Statim enim tibi post Hectorem mors parata. CCCXLVI (Att. IX, 5). Sic apud Homerum Iliad. XVIII, 96, Thetis filium suum, Achillem, alloquitur, cui ille statim v. 98 respondet:
Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλον ἑταίρῳ
Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι:
Utinam statim moriar, quum non potui socio (Patroclo), *quum interficeretur, opem ferre.*

Αὐτονομία, *facultas et libertas suis utendi legibus.* CCLII, 12; CCLVI, 3 (Att. VI, 1 et 2).

Αὐτόχθων, *nativus et indigena.* CCXCIII, 3 (Att. VII, 2). Opponuntur αὐτόχθονες iis, qui per coloniam in regionem aliunde ducti sunt.

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, *eadem mensura, et melius.* DCIV, 3 (Att. XIII, 12). Ex Hesiod. Oper. et D. v. 350.

Ἄφατα ἀδήγητα, *non dicenda, non narranda.* DCI, 1, DCCXXX (Att. XIII, 9; XV, 19).

Ἀφελέστατος, *simplicissimus.* XXIII, 1 (Att. I, 18). Scil. nihil fingens, nihil dissimulans, sine fallaciis et fuco, ut ait ep. X.

Ἀφελῶς, *simpliciter.* CCLII, 5, CCLXX (Att. VI, 1 et 7); LII, 1 (Q. fr. I, 2).

Ἀφίδρυμα, *fanum.* DLXXXIX, 2 (Att. XIII, 29).

Ἀφιλόδοξον, *ambitione vacans.* XLIII, 2 (Att. II, 17).

Ἄφρακτα, *naves non tectae, sed apertae.* CXCVIII, 4; CC, 1; CCCLXXVII, 3 (Att. V, 11, et 12; X, 11). Opponuntur κατάφρακτα, quae *constratae* Caesari vocantur, de Bello civ. De iis vide Scheff. de re Nav. p. 130. *Ern.*

Ἀφωμίλησα, *me a colloquio separavi.* DCLXI (Div. XVI, 17).

Ἀχαριστία, *ingratus animus.* CCCXLVIII (Att. IX, 7).

B

Βαθύτης, *profunda taciturnitas.* CIX, 2 (Att. IV, 6 (ubi v. Casaub. et epp. CXCVI, 2 et CCLII, 2 (Att. V, 10; VI, 1). Sallustius, Iug. 105, *altitudinem ingenii* vocat, quae est eorum, quorum consilia assequi non possumus, qui valde tegunt suos sensus. V. Turneb. Adversar. III, 15, quem ad Sall. l. c. laudat Cortius. Polyb. in Excerpt. Virt. et Vit. p. 1441 vocat βάθος; ubi vide Vales. Sic Ovid. Am. II, 4, 16 *ex alto dissimulare;* ubi v. Burman., qui recte de profundo silentio intelligit. Tunstallus in Epist. ad Middleton, p. 114, interpretatur *prudentiam.* Ern.

Βεβίωται, *vita feliciter acta est.* CDXLII, DCCV (Att. XII, 2; XIV, 21).

Βλάσφημα, *quae mali sunt ominis.* DCCXXIII, 2 (Att. XV, 11). Εὔφημα contra *bene ominata* dicuntur. V. Casaub. ad Theophr. Charact. cap. 19. *Ern.*

Βουλυσις, *vespera, tempus, quo boves ab aratro solent solvi.* DCCXLIV (Att. XV, 27). Ex Homero intelligi potest, veteres tempora dici appellasse ab iis rebus, quae agi solerent. Et quoniam rustica tunc temporis vita erat hominum, ab opere rustico nomina partibus dici tribuerunt. Vespera igitur dicta βούλυσις sive βουλυτόν, quod est Iliad. XVI, v. 779. V. Schol. *Ern.*

Βοῶπις, *magnis, iisque perpuleris oculis praedita.* Iunonis epitheton Homericum. XXXV, 1; XXXVI, 3; XL, 1; XLVIII, 2 et XLIX, 4 (Att. II, 9, 12, 14, 22 et 23).

Γ

Γαυριῶ, *glorior.* DCCXLVIII, 4 (Att. XVI, 5).

Γέλως Σαρδόνιος, *Sardonius risus.* DCXXXIX (Div. VII, 25). Proverbium de iis, qui ridendo sibi nocivum concitant periculum. V. not. 5.

Γενικῶς, *generaliter.* XIX, 3 (Att. I, 14). Tunstallus, *omnino, sine exceptione.*

Γενικώτερον, *generalius.* CCCLI (Att. IX, 10).

Γεροντικώτερον, *senilius.* CDXLI (Att. XII, 1).

Γεωγραφικά, *commentarii de terrae descriptione.* XXXII, 1 (Att. II, 6).

Γεωμετρικῶς, *ratione tam certa, quam qua geometrae utuntur.* CDXLIX, 4 (Att. XII, 5). Γεωμετρικῶς dicitur Atticus Ciceronem *refellisse* in eo, quod Cicero scripserat, Fannium, qui historiam scripsit, Laelii generum fuisse.

Γῆν πρὸ γῆς *cogitare* dicitur, qui *solum vertere, et ex alia terra in aliam*, et quidem semper proximam quamque, fugere cogitat. V. Manut. ad h. l., qui ex Aeschylo haec verba desumta putat. DCXC (Att. XIV, 10). *Ern.*

Γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, *noctuam Athenas* (sc. porto, vel mitto). DXXIV, CDXXXIX et CXLIV, 4 (ad Div. VI, 3, IX, 3, Q. fr. II, 16). Proverbium de iis, qui superflua afferunt, quia Athenis non solum magna noctuarum copia erat, sed in numis quoque noctuae insculpi solebant.

Γλισχρῶς, *parce, tenuiter.* DCCXLVIII, 5 (Att. XVI, 1).

Γλυκύπικρον, *dulce et amarum.* CCL, 3 (Att. V, 21).

Γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται, *nosce, quemadmodum alio usus fuerit.* Explora prius, quam cum aliquo amicitiam facias, fidemque habeas, quomodo se erga alios amicos gesserit, qua fide in alios fuerit; ex Epicharmo. CXLVI, 9 (Q. fr. III, 1). *Ern.*

Γνῶθι σεαυτόν, *nosce te ipsum.* CLIV, 7 (Q. fr. III, 6).

Γοήτεια, *praestigiae, malitiosae blanditiae.* CCCLIV, 3 (Att. IX, 13).

Γόνυ κνήμης, *genu tibia*, sc. propius est. DCXCVI (ad Div. XVI, 23).

Γοργεῖα γυμνά, *larvae nudae.* CXLIX, 6 (Att. IV, 16). De accusatoribus Gabinii, qui absolutus erat, quod, quemadmodum nudae et inanes larvae terrent illae quidem, sed veri quidem afferre nihil possunt, ita Gabinium accusatores terruerant, nihil ei nocuerant. *Ern.*

Γυμνασιώδη, *apta gymnasio.* II, 5 et V, 2 (Att. I, 6 et 9).

Δ

Δεδῆχθαι, *morsum esse.* DCXII (Att. XIII, 20).

Δεινὸς ἀνήρ, τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο, *vehemens vir, et qui vel insontem accusare audeat.* DCXVIII, 3 (Att. XIII, 25). Ex Homer. Iliad. XI, v. 653.

Δέῤῥεις, *pelles, involucra.* CLVI, 1 (Att. IV, 17).

Δεύτεραι φροντίδες, *posteriores cogitationes.* CXLVI, 8; CLIV (Q. fr. III, 1 et 6). Ex Euripidis Hippolyto, 436.

Δῆμοι, *populi, loca, pagi.* CCXCIV, 7 (Att. VII, 3).

Διάθεσις, *sensus, cogitatio, quo quis animo est.* DCLXXXII (Att. XIV, 3).

Διαίρεσις, *divisio, distributio.* CCLII, 12 (Att. VI, 1).

Διάλογος, *dialogus, colloquium.* CLXXXVIII, DCCLXVI (Att. V, 5; XV, 13).

Διανοητικαὶ φαντασίαι, *intelligibiles visiones, visa rerum intelligibilium, non sensibilium.* DXXII (ad Div. XV, 16). V. ad Φαντασία.

Διαῤῥήδην, *aperte, diserte.* DCCLXXXI (Div. XVI, 21).

Διάῤῥοια, *alvi profluvium.* XCI (Div. VII, 26).

Διὰ σημείων, *per notas, siglas scribere.* DXCII, 4 (Att. XIII, 32).

Διατροπή, *infamia, dedecus.* CCCLIV, 7 (Att. IX, 13).

Διάφασις, *prospectus.* XXVIII, 2 (Att. II, 3).

Διαφόρησις, vocabulum medicum, quod significat *transpirationem, quae fit per sudorem;* unde διαφορητικὰ ἰάματα, *medicamenta ad sudorem efficiendum accommodata et comparata;* DCLXVII (Div. XVI, 18).

Δίβαφον, *bis tincta purpura, vestis augurali.* XXXV, 3; CCCLXXII, 2 (Att. II, 9; Div. II, 16). Ita dicitur, quia primo cocco, deinde purpura tingebatur. Ruben. de Lato Clavo, II, 14.

Διδακτὸν, *quod doceri potest.* CCCLXXVIII, 3 (Att. X, 12).

Διδασκαλία, *doctrina, loci philosophici explicatio,* aut ex alia arte. CCIII, 3 (Div. VIII, 3).

Διευκρινήσεις πρόβλημα πολιτικόν: *explicabis quaestionem ad rei publicae statum pertinentem.* CCC (Att. VII, 9).

Διοίκησις dicitur *portio quaedam provinciae, cuius administratio et iurisdictio praetori commissa est* (un Distretto). CCXXX et DIX (Div. XIII, 53 et 67). Sic Cicero praeter Ciliciam tres διοικήσεις in Asia habebat, Cibyraticam, Apamensem et Synnadensem. Hoc sensu Hellespontia διοίκησις dicitur. *Ern.*

Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, *Dionysius Corinthi.* CCCL, 2 (Att. IX, 9). Quia Dionysius tyrannus Siciliae, tyrannide eiectus, Corinthi, ut vitam sustentaret, ludum aperuisse dicebatur, res venit in proverbium.

Διπλῆ, *dupla.* CCCXXV (Att. VIII, 2); genus notae, qua veteres grammaticos usos fuisse constat. Ea est de duabus lineis ad angulum acutum coëuntibus, hoc modo ≺, aut ≻, item sic CC. Vid. doctos viros quum ad h. l., tum Menag. ad Diog. Laërt. III, 66, et Schol. ad Aristoph. Nubes pluribus locis; Eschenbach. de notis crit. p. 247, 248; Montfaucon. Palaeogr. Gr. p. 372; Troz. ad Hugonem de Orig. Scrib. p. 280. *Ern.*

Διφθέραι, *libri e membranis facti.* DCXVI, 2 (Att. XIII, 24). Sic interpretatur bene Victorius, qui διφθέρας ex hoc loco laudat. Varron. R. R. II, extr. *Ern.*

Δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν: *ambigit animus ad verum dicendum.* DCXXII (Att. XIII, 38). E Pindari carmine deperdito.

Διψῶσα κρήνη, *aridus*, vel *siticulosus fons, in quo nihil est aquae.* CDXLIX, 1 (Att. XII, 5). Ita appellatur, cuius est res angusta domi, qui in angustiis est rei familiaris.

Δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα, *longam navigationem molientem.* DCCLXXII (Att. XVI, 13). Ex Homer. Odyss. III, v. 169.

Δυσδιάγνωστον, *difficile diiudicatu.* CLXXXVII, 1 (Att. V, 4).

Δυσεντερία, *intestinorum morbus.* XCI (Div. VII, 26).

Δυσεξίμητα, *quae ita demersa sunt et abdita, ut vix e profundo educi possint*, ab ἐξιμᾶν, *proferre e profundo.* CXCVI, 2 (Att. V, 10).

Δυσουρία, *urinae difficultas.* CCCLXXVI, 2 (Att. X, 10).

Δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη, *urinae difficultas et intestinorum morbi.* XCI (Div. VII, 26).

Δύσχρηστα, *incommoda.* CCXCVI, 3 (Att. VII, 5).

Δυσχρηστία, *difficultas versurae faciendae, seu mutuo sumendae pecuniae.* DCCLIX (Att. XVI, 7).

Δυσωπία, *verecundia.* DXCIII, 2; DCCLXXV, 1 (Att. XIII, 33; XVI, 15). Quum veremur alicui aliquid postulanti, petenti, negare.

E

Ἔα πάσας, *mitte omnes.* CCXXI (Q. fr. II, 10). Manutius negat, se locum intelligere: Lambinus autem omissum dicit μελεδώνας, *curas*, a μελεδώνη.

Ἐὰν διαμείνῃ, *si permanserit.* DCCXXIV (Att. XV, 12).

Ἐατέον, *relinquere oportet.* XXI, 7 (Att. I, 16). V. not. 58.

Ἐβδελυττόμην, *abominabar.* DCCXLV (Att. XV, 29).

Ἐγγήραμα, *senectutis requies, delectatio, occupatio.* DXLIII, DXLVII, 3 et DLXXIV, 2 (Att. XII, 25, 29 et 44).

Ἐγκελεύσματα, *hortationes.* CCLII, 5 (Att. VI, 1).

Ἐγκωμιαστικὰ, *ad res laudandas comparata.* XXIV, 8 (Att. I, 19). De verbo ἐγκώμιον et hinc ductis vid. doctam disputatiunculam III Spanh. ad Or. I. Iuliani, f. 5 — 8. *Ern.*

Εἰ δ' ἐν αἴᾳ ἔζησας: *si in terra vixisti.* CXXI (Q. fr. II, 10). Ex incerto auctore initium sententiae, cuius vim se scire negat Manutius, quod totam sententiam non adscripserit Cicero. *Ern.*

Εἴδωλα, *spectra, imagines.* XXVIII, 2; DXXII (Att. II, 3; Div. XV, 16), *exuviae*, vel *membranae*, ut Lucretius appellat, quae,

ut placebat Epicuro, de corporibus defluunt continuo et sensus hominum pulsant. Vid. Lucret. lib. IV, v. 34 seqq. *Ern.*

Εἰδώς σοι λέγω: *scions tibi dico.* CCCXLVIII (Att. IX, 7).

Εἴη μισητὸς φίλος οἶκος: *odio sit ipsa domus alias cara.* CXI (Att. IV, 8). Proverbium Graecum est: οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, cuius originem vid. ap. Erasm. pag. 563. Eo usus est Cicero ep. DCCXXVI. Hic autem tantam suavitatem esse iucunditatemque dicit aedium Antiatinarum, ut sua sibi domus paene odio sit. *Ern.*

Εἰλικρινές, *sincerum, integrum.* CXVI (Q. fr. II, 8). Quod etiam ad solem explicatum et inspectum purum reperitur. Sic: πρὸς αὐγάς, sc. ἡλίου ἀνασκοπεῖν τὶ dicitur. Longin. S. III: Κᾷν ἕκαστον αὐτῶν πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς; ubi vide Fabrum et Tollium. *Ern.*

Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ etc. *An manendum in patria tyrannide oppressa: ea vero tyrannide oppressa, an quovis modo tyrannidis eversio molienda est, etiamsi civitas propter id de summa rerum periculum subitura sit. An cavendum sit, ne qui tyrannidem evertit, ipse evertatur. An tentandum sit, opem ferre patriae tyrannide oppressae, verbis et rei opportunitate potius, quam bello. Vtrum civis boni sit, secedentem aliquo, quiescere, oppressa a tyranno patria, an quodcumque subeundum discrimen pro libertate. An bellum inferendum regioni, eaque sit obsidenda, si a tyranno opprimatur. An etiam is, qui non probet, ut bello tyrannis evertatur, tamen nomen suum profiteri cum fortissimis viris debeat. An cum benemeritis et amicis una subeunda sint pericula in rebus, quae pertinent ad rem publicam, etiamsi illi minus recte de summa rerum consuluisse videantur. Vtrum de patria bene meritus, ob eamque causam gravissima quaeque passus et invidia oppressus, ultro pro patria discrimen subire debeat: aut permittendum ei, ut sui ipsius interdum et carissimarum personarum rationem habeat, dimissis adversus potentes concertationibus pro re publica.* CCCXLV (Att. IX, 4). Sunt θέσεις (vid. in h. v.), in quibus tractandis otium consumebat Cicero, ut animum parumper ab aegritudine abduceret. *Ern.*

Εἰρωνεία, *dissimulatio, cavillatio.* DCCLXIX, 1 (Att. XVI, 11).

Εἰρωνεύεσθαι, *dissimulare, dissimulanter loqui.* CDLXIX (Div. IV, 4).

Εἷς ἐμοὶ μύριοι: *unus mihi decem millia, unus mihi instar multorum millium.* DCCLXIX, 1 (Att. XVI, 11).

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, *unum augurium optimum, pugnare pro patria.* XXVIII, 3 (Att. II, 3). Ex Homer. Iliad. XII, v. 243.

Ἐκβολὴ λόγου, *digressio.* CCLXXXIV, 3 (Att. VII, 1). E Thucyd. I, 97.

Ἐκτένεια, *prolixa et larga studii et voluntatis declaratio.* CCCLXXXIII, 1 (Att. X, 17).

Ἐκτενέστερον, *prolixius et largius in officiis promittendis et benivolentia significanda.* DCI, 1 (Att. XIII, 9). Vtrumque est de sermone, qui amoris officiique plane insignem atque inusitatam significationem habet. Nam ἐκτενὴς et ἐκτένεια, insigne et incredibile quoddam studium, ardoremque in re aliqua significant. Et hanc vim habent in omnibus locis, quibus sacri scriptores usi sunt. Luc. XXII, 44; Act. XII, 5; XVI, 7; I. Petr. I, 22: IV, 8. *Ern.*

Ἔκτροπος, *remota a via.* DXXVIII, 2 (Att. XII, 12). Cicero monumentum filiae Tulliae exstruere volebat. Huic ἀποθεώσει non satis aptam putabat insulam, quam in Arpino fluvius Fibrenus efficiebat (de Leg. II, 1), quod iste locus nimis esset a via regia remotus, adeoque non esset in conspectu, celebrarique posset. Nam hanc ipsam ob causam ad vias celeberrimas monumenta solebant exstruere Romani, ut eo facilius memoria hominum propagaretur ad posteros, et a quamplurimis conspicerentur; unde verba: SISTE GRADVM VIATOR; quibus hodie uti non licet, quum monumenta huiusmodi locis clausis et septis, non in via sint: ut merito rideatur etiam doctorum hominum in ea re indocta κακοζηλία. *Ern.*

Ἐκφώνησις, ὑπέρευ, *exclamatio, recte egregie!* CCCLXI (Att. X, 1).

Ἔκχυσις, *effusio*, sc. *radiorum.* XXVIII, 2 (Att. II, 3). Veteres enim putabant, visionem fieri radiorum ex oculis emissione. *Ern.*

Ἐλάπιζεν, *falso ostentabat, insolentius iactabat.* CCCLIV, 3 (Att. IX, 13). In aliis edd. est ἐσάλπιζεν, quod defendit Victor. V. L. 37, 3; male. Nam, ut vere Lambinus monet, σαλπίζειν est *vera praedicare;* λαπίζειν, *falsa,* quod huic loco convenit: non quo non et σαλπίζειν sit hominis arrogantis et iactatoris, sed quod σαλπίζοντες tantum ea, quae vera sunt, iactant, λαπίζοντες autem contra. Sic etiam Latini *buccinatorem* appellant, qui veras laudes immoderatius iactat. Cic. ad Tiron.: *quod polliceris, te buccinatorem fore existimationis meae* etc. DCCLXXXI (Div. XVI, 21). Ceterum subit hic memoria cogitationis eius, quum putarem illud Matth. VI, 4: ὅταν ποιεῖς ἐλεημοσύνην, οὐ μὴ σαλπίσῃς ἐμπροσθέν σου, non esse, ut plerique faciunt, proprie accipiendum, quum nulla idonea auctoritate confirmari consuetudo tam absurda

possit, sed de praedicatione liberalitatis immoderatiori. Videant Iudaici ritus peritiores. *Ern.*

Ἑλικτά, καὶ οὐδὲν; Euripidis Andromacha sic habet integrum locum: ἑλικτά κ' οὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ πάντα πέριξ φρονοῦντες: *quorum mens est involucris circumtecta, quique minime sincero et candido estis animo, sed versute omnia cogitatis.* LI, 1 (Att. II, 25). *Ern.*

Ἐμβόλιον, *pars quaedam operis ab argumento proposito seiuncta*, ῥῆσις, quam secundo libro de consulatu suo inserere cogitabat. CXLVI, 9 (Q. fr. III, 1).

Ἐμετική, DCLI (Att. XIII, 52), male redditur h. l. *curatio per vomitum;* de qua Pantagathus accipiebat, qui et legendum coniiciebat *egerat*, probante Graevio et Corrado. Non venit doctis hominibus in memoriam locus ex Or. pro Deiot. c. 7 de eodem Caesare, de quo hic sermo, apud Deiotarum deversante: *Quum vomere post cenam te velle dixisses, in balneum te ducere coeperunt.* Ex quo intelligitur, post cenam ad vomitum isse homines, ut cibo alvum exonerarent, ne large sumtus noceret. Celsus I, 3: *Reiectum esse ab Asclepiade vomitum video: nec reprehendo, si eorum offensus est consuetudine, qui quotidie eiiciendo vorandi facultatem moliuntur . . . Commoneo tamen, ne quis, qui valere et senescere volet, hoc quotidianum habeat. Qui vomere post cibum volet* etc. De hac igitur consuetudine sermo: *accubuit*, ἐμετικὴν *agebat*, h. e. volebat vomere post cenam, ideoque largius edebat. Adde Casaub. ad Sveton. Vitell. 13. *Ern.*

Ἐμπολιτεύομαί σοι: *tecum ago de re publica.* CCXCVIII, 4 (Att. VII, 7).

Ἐμφιλοσοφῆσαι, *una philosophari.* CXLIX, 6 (Att. IV, 16).

Ἐν αἰνιγμοῖς, *obscure dictis.* XLV, 3; CCLXX (Att. II, 19; VI, 7).

Ἐνδόμυχον, *arcanum de re domestica.* CCIV, CCL, 9 (Att. V, 14, 21). Nempe de coniugio Tulliae filiae. Ἐνδόμυχον proprie est, quod in intimo recessu ac penetrali abditum est. Sic ἐνδόμυχον πῦρ urebat Leandrum ap. Musaeum, v. 246. Nam μυχὸς dicitur cuiusque rei intimum. Vid. Spanh. ad Iulian. Or. I, p. 68. *Ern.*

Ἐν δυνάμει, *cum vi et efficacia.* CCCXLVII, 4 (Att. IX, 6).

Ἐνεπεροπερευσάμην, *venditavi me.* XIX, 5 (Att. I, 14). Vnus omnino hic locus profani scriptoris est, in quo hoc verbum occurrat. Simplex est apud Paullum ad Corinth. I, c. 13, 5. Ex latino fonte ductum esse non omnes concedunt: quam vim habeat, ex hoc Ciceronis loco facile intelligitur. Dicit: *Reduci Pompeio, novo auditori, me omni modo iactavi et vendi-*

tavi, nullo genere praecipuo ornamentorum neglecto, quae numquam ita se mihi obtulerunt, ut nunc. Hic sensus loco Paullino egregie convenit, et plus apud nos valere debet Ciceronis, quam eorum auctoritas, qui diu post vixerunt. *Ern.*

Ἐν ἐπιτομῇ, *summatim.* CCXXVIII, 1 (Att. V, 20).

Ἐνερευθέστερος, *rubicundior.* CDXLV (Att. XII, 4).

Ἐνθουσιασμός, *afflatus divinus.* CLIII, 2 (Q. fr. III, 4).

Ἐν ὁμοπλοίᾳ, *in societate navigandi.* DCCXLVII, 3 (Att. XVI, 1).

Ἐν παρέργῳ, *obiter.* CLIX, 3 (Qu. fr. III, 9).

Ἐν παρόδῳ *in transitu, obiter.* CCXXVIII, 2 (Att. V, 20).

Ἐν πολιτικῷ, *in eo genere, quod ad rei publicae moderationem spectat.* DCCLXXV, 1 (Att. XVI, 15).

Ἐνσχολάζω σοι, *otium consumo in opera tibi navanda.* CCCIV, 1 (Att. VII, 11).

Ἐντάφιον, DXLVII, 3 (Att. XII, 29). De hoc verbo vid. praeter alios Periz. ad Aelian. V. H. I, 16, qui docet, ἐντάφιον esse quodcumque ornamentum mortui, quum in atrio exponitur, sepelitur: unde ἐνταφιάζειν dicitur tota illa cura, quae ornando, condiendo condendoque mortuo adhibetur. V. Cuper. Observ. II, 9. Hoc loco ipse I. Fr. Gronovius interpretatur *sepultura.* Horti illi, inquit, erunt non modo requies senectutis, seu ἐγγήραμα, ut tu aliquando scripsisti, sed ἐντάφιον adeo, *requies mortui.* Non absurde, qua sensum; modo verbum graecum eum pateretur. Constat, Graecorum more non mortuos solum magnificis vestibus ornatos, sed saepe etiam morituros. Hinc Apollodorus Socratis discipulus Socrati offerebat magnificam vestem, qua indutus demum cicutam biberet; apud Aelian. V. H. I, 16. Cf. III, 24; IV, 8. Itaque etiam ἐνταφιάζειν mihi videtur hanc vim habere Matth. XXVI, 12 honoris causa *moriturum ungere.* Nondum enim mortuus erat, etsi unctiones proprie post mortem fiebant. Hic ergo est loci huius, mea sententia, sensus: In his hortis ego non solum suaviter agere senectutem, sed etiam honeste iucundeque mori me posse, confido. *Ern.*

Ἐντεχνα, *artificialia.* CCXXIX (Div. VII, 32).

Ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, *in rebus amatoriis.* CCCLI (Att. IX, 10).

Ἐν τοῖς πολιτικοῖς, *in rebus civilibus,* vel *quae spectant ad rem publ.* XVIII, 4 (Att. I, 13).

Ἐντυραννεῖσθαι, *sub tyranno esse.* XL, 2 (Att. II, 14).

Ἐξακανθίζειν. CCLXXVI, 1 (Att. VI, 6) est proprie *spinas vellere* et *colligere;* hoc loco spinae sunt Dolabellae, cui Tullium desponderat, vitia, quae non vult ab Attico ex eius vita superiori colligi sibique obiici.

Ἐξ ἄστεως ἑπταλόφου τειχῶν παρέδωκεν etc.: *Ex urbis septicollis moenibus* (i. e. Roma) *Camillo edidit* (Philotimus libertus uxoris meae) *rationes XXIV minarum, et XLVIII minarum aeris alieni* (ab uxore sc. contracti), *seque debere XXIV minas ex bonis Crotoniaticis* (h. e. Milonis) *et Chersoniticis* (h. e. in Chersoneso exactis); *et quamvis ex hereditatibus, quas adierit, redegerit bis sexcentas et quadragenas, se tamen aeris illius alieni ne obolum quidem dissolvisse, quum iam debeantur a Kal. secundi mensis: libertum autem eius, qui idem, quod Cononis pater* (Timotheus) *nomen habebat, nihil curasse. Primum igitur hoc, omnia ut serventur: alterum, ut ne usuras quidem negligas, quae debentur ex die supra posito. Per eos dies, quibus illum pertuli, magno in timore fui. Venerat enim explorandi causa, atque aliquid sperabat: qua frustratus abiit temere; sic fatus: 'Turpe est diu manere* etc. ex Hom. Iliad. II, 298. CCLXIX (Att. VI, 5) *Ern.*

Ἐξ ἀφαιρέσεως. CCLII, 2 (Att. VI, 1). Ἀφαίρεσις significat in re rustica et medica inutilium detractionem et ablationem. Τῶν αὔων ἀφαίρεσις, *aridarum frondium resectio*, est apud Theophrastum et alios. Vid. Salmas. ad Solin. p. m. 412. Sic medici ἀφαίρεσιν vocant, quum *aliquid materiae demitur corpori.* Curationis genus est. *Omne enim auxilium*, ut Celsus ait, II, 9 in fin., *aut demit aliquam materiam, aut adiicit, aut evocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat, aut mollit.* In eo autem genere, quod in detractione est, ponitur primo loco *sanguinis detractio*, a qua et Celsus initium facit; *sanguis* autem eleganter apud Latinos dicitur *pecunia*, de quo aliquoties Graevius ad Ciceronem. Cicero ergo, quum dicere vellet, ab Appio provinciam exhaustam esse, eleganter et lepide dixit: *Appius* ἐξ ἀφαιρέσεως *provinciam curavit, sanguinem misit, quicquid potuit detraxit, mihi tradidit inectam. Itaque* προσανατρεφομένην *a me non libenter videt.* Προσανατρέφειν est contrarium detractionis. Plane huc pertinet locus Aristoph. in Ranis iam a Victorio ad h. l. allatus, v. 972 de fabula sua:

Ἴσχνανα μὲν πρώτιστον αὐτὴν, καὶ τὸ βάρος ἀφεῖλον
Ἐπυλλίοις καὶ περιπάτοις, καὶ τευτλίοισι μικροῖς
Χυλὸν διδοὺς στωμυλμάτων, ἀπὸ βιβλίων, ἀπ᾽ ἠθῶν
Εἶτ᾽ ἀνέτρεφον μονῳδίαις Κηφισοφῶντα μιγνύς.

Poëta iam ante Ranas produxerat in scenam, sed infelici successu: itaque eas a se dicit immutatas *demtis* (ἴσχνανα) nonnullis, et contra aliis additis (ἀνέτρεφον). *Ern.*

Ἐξοχή, *excellentia.* CXLII, 7 (Att. IV, 15).

Ἐξωτερικοὶ, *rudes, qui philosophiam nondum didicere.* CXLIX, 2 (Att. IV, 16). Vide supra in Ἀριστ. ἐξωτερ.

Ἐπαγγέλλομαι, ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ: *Denuncio, me eum virum ultorum, quicumque molestus mihi fuerit.* XXXV, 3 (Att. II, 9). Ἐπαγγέλλομαι est Ciceronis; versus Hom. Iliad. XXIV, 369. *Ern.*

Ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην; *quia non victimam, neque tergus bubulum* (sc. capto). X, 3 (Att. I, 1). Ex Hom. Iliad. XXII, v. 159. Prov., quo utuntur, qui rem magnam agi dicere volunt: *Non rem levem et inanem peto: non res levis agitur.* Ern.

Ἐπεῖχον ἀεὶ, *retinebam identidem.* CXCVIII, 4 (Att. V, 11). Emendatio Bosii pro ἐπικώπων. V. n. 10.

Ἐπέχειν, *assensum sustinere, haesitare.* CCLXXVI, 4 et CCLXXXII, 3 (Att. VI, 6, 9).

Ἐπιδήμιον, *contagiosum.* CDLX (Att. XII, 10).

Ἐπικεφάλια, *tributum in singula capita imperatum* (nostri *tassa personale, testatico*). CCVIII, 1 (Att. V, 16). Gravissimum iniquissimumque tributi genus, cuius causa saepe seditiones ortae sunt: *capitatio* sequioribus scripturis dicitur. Nam tributa fere dicuntur a re, propter quam exiguntur; sic *oolumnarium* DC (Att. XIII, 8); *ostiarium* etc. Vid. Lipsium de Magnit. Rom. L. II, c. 2, 3. Huius generis fuit tributum, de quo Matth. XXII, 17 seqq., ut Harduinus vidit, Oper. sel. p. 615. Hinc Luc. XX, 22 dicitur φόρος, quod verbum de hoc genere dicitur, ut τέλος de portorio, scriptura et decimis. Permutantur a scriptoribus sacris in ista re narranda κῆνσος, δηνάριον, φόρος. Hesychius: Κῆνσος, εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον, quae glossa locum illum Matth. XXII, 17 respicere videtur; quod facile concedent, et quale sit intelligent, qui rationem glossarum Hesychianarum perspectam habent. Ἐπικεφάλαιον autem idem, quod ἐπικεφάλιον, ut κεφάλαιον et κεφάλιον. Hinc glossa orta est Cod. Cantabr., qui ἐπικεφάλαιον habet pro κῆνσος. Marc. XII, 14. Syrus quoque in hunc modum interpretatus est. *Ern.*

Ἐπικούρειον, *Epicureum.* CCXLIX, 2 (Div. III, 9).

Ἐπίκωπον, *epicopus,* genus navigii. CXCVIII, 4 (Att. V, 11).

Ἐπισημασία, *signa, quibus animus et voluntas populi in theatris, pro rostris* etc. *declaratur, plausus.* XXI, 6; DCLXXXII (Att. I, 16; XIV, 3). De quibus v. Ferrar. de Acclam. Vett. *Ern.*

Ἐπίσκοπος, *inspector, observator, custos.* CCCIV, 3 (Att. VII, 11).

Ἐπιστάθμια, *hospitii procuratio.* DCLI (Att. XIII, 52).

Ἐπὶ σχολῆς, *in otio.* XXXI, 2 (Att. II, 5).

Ἐπίτευγμα, *expetitae rei adeptio, prosper successus.* DLXXXVII, 1 (Att. XIII, 27). Opponitur ἀπότευγμα.

Ἐπίτηκτα, *fluxa, non diuturna, quae facile intereunt, aut interire possunt.* CCLXXXIV, 3 (Att. VII, 1).

Ἐπιφωνήματα, *acclamationes, laudes.* XXIV, 3 (Att. I, 19). V. Ἐπισημασία.

Ἐπιχρονία ἐποχή, *diuturna dubitatio.* CCLXXXII, 3 (Att. VI, 9).

Ἔπος, *carmen heroicum.* CLIX, 6 (Qu. fr. III, 9).

Ἐποχή, *assensionis retentio.* CCLXXVI, 4; CCLXXXII, 3; DCXIII, 4; DCCXXXII (Att. VI, 6, 9; XIII, 21; XV, 21).

Ἑπταμηνιαῖος, *septimestris.* CCCLXXXIV (Att. X, 18).

Ἔρανος, *collatio, pecunia, quam ab amicis, propinquis, sumtus faciendi causa, petimus.* CDXLIX, 1 (Att. XII, 5). Vid. praeter alios de hoc verbo Casaubon. ad Theophrast. c. 15. *Ern.*

Ἔργον, *opus.* DCXVIII (Att. XIII, 25). Sed v. n. 17.

Ἐργώδες, *laboriosum.* DCCXXX (Att. XV, 19).

Ἕρδοι τις. CXCVI, 2 (Att. V, 10) *Senarius integer*, sic apud Aristophanem in Vespis, v. 1422:

Ἕρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

Ἑρμαῖον, *lucrum insperatum.* DCXI, 3 (Att. XIII, 19). Dictum a Mercurio; unde illud Κοινὸς Ἑρμῆς usurpatum, quum quis in itinere reperisset, et comes eius particeps esse vellet. *Ern.*

Ἐσοφίζετο, *cavillabatur, malitiose cogitabat.* XLII, 1 (Att. II, 16).

Ἔσπετε νῦν μοι, μοῦσαι, ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε: *Dicite nunc mihi, Musae, quomodo ignis primum illapsus est.* XXI, 2 (Att. I, 16). Ex Homer. Iliad. XVI, v. 113.

Ἔστω ὄψις μὲν, η' α'· τὸ δὲ ὁρώμενον, β', γ'· ἀκτίνες δὲ δ', καὶ ε': *Sit visus* a; *quod autem videtur*, b, g; *radii vero* d *et* e. XXVIII, 2 (Att. II, 3). Sermo de fenestris, unde prospectus in viridarium patet. Eas angustiores fecerat architectus, reprehendente Attico, cui his verbis respondetur. Cicero et architectus putabant, visionem fieri radiorum ἐκχύσει ex oculis et cum re aspectabili coniunctione, Atticus autem εἰδώλων incursione (V. ad εἴδωλον), adeoque putabat, angustis fenestris εἴδωλα non posse commode ad oculos per fenestram venire. Cicero autem respondet, ita, ex architecti opinione de ἐκχύσει, meliorem prospectum effici. Nam ἔστω etc., *vides* cetera, id. e. intelligis, effici ita ab oculo ad obiectum figuram coni, cuius fastigium in oculo spectantis, sive ad fenestram, terminetur: cuius fastigium quo est acutius, basis latior, eo iucundius spectaculum exhibebit. *Ern.*

Ἑταῖρος, *sodalis.* CCCXLVI (Att. IX, 5).

Ἔτι ἐῶμεν, *adhuc ne sinimus?* DCCXLVII, 1 (Att. XVI, 1).

Ἔτυμον, *verum.* DCLXVI (Div. XVI, 10).

Εὐαγγέλια, *boni seu laeti nuncii*, sive *boni nuncii praemia*. XXVIII, 1; XXXVI, 2; DCCXXIV (Att. II, 3, 12; XIII, 40).

Εὐαγώγως, *qua commodissima ratione poteris*. DCXV (Att. XIII, 23). Sed haec est lectio unius ms., unde Bosius et Gruterus edidere. V. Εὐλόγως.

Εὐανάτρεπτος, *qui facile potest everti*. XL, 1 (Att. II, 14). Sermo est ibi de actionibus, quae, quoniam vitiosae sunt, v. c. contra auspicia, facile irritae fieri possunt.

Εὐγένεια, *generis nobilitas*. CCXLIV, 3 (Div. III, 7).

Εὐγενέστερος, *nobilior*. DCXIII, 8 (Att. XIII, 21).

Εὐγενῆ, *generosa, nobilia*. CCCXXXII, 2 (Att. VIII, 9).

Εὐδαίμων, *felix*. CCCLII (Att. IX, 11).

Εὐελπιστία, *bona spes*. XLIII, 2 (Att. II, 17).

Εὐεργέτης, *benefactor, benemeritus*. CCCXLVI (Att. IX, 5).

Εὐήθεια, *fatua simplicitas*. CCLVI, 6 (Att. VI, 2). Proprie de hominibus probis dicitur, qui alios ex ingenio suo metiuntur, adeoque facile et credunt et decipiuntur. Κακοήθεῖς contra, quia ipsi mali sunt, suspiciosi etiam sunt, callidi. V. Aristot. Rhet. II, 13. *Ern.*

Εὐημέρημα, *prosper successus*. CCL, 2 (Att. V, 21).

Εὐημερία, *prosperitas, felix successus*. CCCLIV, 1 (Att. IX, 12).

Εὐθανασία, *facilis mors*. DCCLIX (Att. XVI, 7).

Εὐθυρρημονέστερος, *liberior sive fortior in loquendo*. DCCXIV, 2 (Div. XII, 16). Ep. DCLIX (Div. IX, 22). Εὐθυρρημονήσει, ubi Toupius, ep. crit. p. 146, corrigit εὐθυρρημονήσῃ.

Εὐκαιρία, *occasio, opportunitas, tempus actionis opportunum*. DCCLXVII (Att. XVI, 8).

Εὐκαιρότερον, *opportunius*. CX, 1 (Att. IV, 7).

Εὐκαίρως, *opportune*. DCI, 1; XCIX, 7 (Att. XIII, 9; Qu. fr. II, 3).

Εὐκόλως, *facile*. DCXIII, 7 (Att. XIII, 21).

Εὐλογία, *probabilis ratio*. DCXIV, 4 (Att. XIII, 22).

Εὔλογον, *consentaneum, probabile*. DXCIII, 4; DXCVI, 1; DXCVIII, 1 et DCCVI (Att. XIII, 33, 5, 7 et XIV, 22).

Εὐλόγως, *probabiliter*. DCXV, 3 (Att. XIII, 23). Pro quo Bosius correxit εὐαγώγως, Lambinus εὐαγῶς.

Εὐλογώτατον, *maxime consentaneum*. DXCIV, 5 (Att. XIII, 6).

Εὐμένεια, benivolentia. DCCLXIX, 1 (Att. XVI, 11).

Εὐμολπιδῶν πάτρια, *Eumolpidarum ritus patrii*. V, 3 (Att. I, 9). Eumolpidae sunt Sacerdotes ex Eumolpi posteris, de quibus vide doctos viros ad Nepotis Alcibiadem, c. 1. Falsterus in Amoenitatibus foeminas facere voluit, et auctores latinos ex hac opinione refingere; sed eum nos certis argumentis confutavimus in Actis Eruditorum Latinis. Vnum illud poterat

virum doctum ab errore revocare, quod et ibi monuimus; si foeminae fuissent, *Eumolpides* dicendum fuisse, non *Eumolpidae*. Ern.

Εὐπινὲς, *venustum, nitidum.* CDLIII, 4 (Att. XII, 6). Forma quaedam orationis, quae et πῖνος, et a Longino Sect. XXX εὐπίνεια vocatur (nam ita legendum esse, mihi non dubium videtur, etsi Tollius retinet σαφήνειαν). Proprie εὐπινὲς et εὐπίνεια, item πῖνος est palaestritarum, qui oleo, quo ungi solent, nitidum corpus sibi efficiunt: deinde ad alias res traducitur, ut πιναροὶ λίθοι, *lapides, qui caesi et politi sunt.* Sic etiam πῖνος orationis et εὐπινὲς nitor, elegantia, venustas est. De his verbis vide Salmas. ad Solin. p. m. 142, et multis aliis locis; Victorium ad l. c., Pearcium ad Longinum l. c. *Ern.*

Εὐπινῶς, *venuste, nitide, eleganter.* DCCXXVIII (Att. XV, 17).

Εὔπιστος, *homo exploratae fidei, cui tuto credi potest.* CDXVI (Att. XI, 25). Sed haec est correctio Bosii recepta in vulg. editionibus. Vid. not. 7.

Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας, *Eupolim illum, veteris,* scil. *comoediae poëtam.* CCLII, 14 (Att. VI, 1). De distinctione comoediae in veterem, mediam et novam egerunt scriptores de re Poëtica, tamquam Scaliger, ex recentioribus Brumoi, *Théâtre des Grecs,* tom. V, p. 198, ed. Batav.; item interpretes ad illud Horatii:

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poëtae,
Atque alii, quorum Comoedia prisca virorum est.

Ern.

Εὐπόριστος, *parabilis.* CCLXXXIV, 4 (Att. VII, 1).

Εὐριπίδου· μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐκ αὐτῷ σοφός. *Euripidis: odi sapientem, qui sibi ipse non sapit.* DLIV (Div. XIII, 15). Manutio videtur esse e Medea. *Ern.*

Εὐρίπιστα, *mobilia tamquam Euripus,* vel *facilia ad excitandum et impellendum.* DCLXXXIV (Att. XIV, 5). Notum proverbium: ἄνθρωπος Εὔριπος.

Εὐστομάχως, *bono stomacho, fortiter.* CCCXLVI (Att. IX, 5).

Εὐτραπελία. CCXXIX (Div. VII, 32). Aristoteles in Ethicis interpretatur πεπαιδευμένην ὕβριν, quum conviciamur aut perstringimus homines ingeniosa aliqua ratione. Vnde *eutrapeli* dicti. Nam hic Volumnius, ad quem utitur hoc verbo Cicero, *Eutrapelus* dictus est propter εὐτραπελίαν. Sed hunc ipsum hominem Plutarchus in Bruto vocat μῖμον, quem locum Victorius ad h. l. attulit; ex quo intelligitur, εὐτραπελίαν esse urbanitatem in sensu deteriori, de qua vid. Gronov. de Sestert. p. 318, 319; quae mimicam innuit facetiam, ridiculam illam

quidem, sed non magni faciendam aut nimis ingeniosam. Itaque Cicero in hac epistola ad Volumnium, qui κατ' ἐξοχὴν, uti diximus, Eutrapelus dictus est, tamen ut parum argutum hominem ridet: *In possessione salinarum mearum neminem timeo, praeter te. Putas te rideri? nunc demum intelligo, te sapere.* Recte ergo Paullus prohibet εὐτραπελίαν, hoc est mimicam et scurrilem facetiam. Ceterum non dubito, quin hoc verbum interdum etiam bonum sensum habeat, in primis apud veteres Atticos. Vid. Vavassor, de ludicra dictione, p. 282 ed. Lips. *Ern.*

Ἑωλος, *obsoletus, non recens.* CDXL, 1; DCXIII, 5 (Div. IX, 2; Att. XIII, 21).

Z

Ζηλοτυπεῖ, *invide fert.* DCX (Att. XIII, 18).

Ζηλοτυπεῖν, *invide ferre, invidere.* Ibid.

Ζηλοτυπεῖσθαι, *ei invideri*, quod in meis libris loquens inducatur. DCV, 1 (Att. XIII, 13).

Ζηλοτυπία, *invidia, obtrectatio, dolor ex eo, quum quis consequitur id, quod ipsi cupiebamus.* CCCLXXIV A (Att. X, 8). Vid. Cic. Tusc. IV, 8, et ibi Davisium.

Ζήτημα, *quaestio*, sc. de qua disputatur. CDLXXIV, CCXCIV, 8 (Div. IX, 26; Att. VII, 3).

Ζώσης φωνῆς; integer locus ita concipiendus: Ζώσης φωνῆς μείζων ἐνέργειά ἐστιν, ἢ ἀφώνων διδασκάλων: *vivae vocis maior est vis et efficacitas, quam mutorum doctorum.* XXXVI, 3 (Att. II, 12).

H

Ἢ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν, θεόπροπε: *Iter hunc susceptum cui tibi usui nunc est? age dic vates.* DCCXXIII, 1; DCCLVIII (Att. XV, 11; XVI, 6). Senarius poëtae veteris, nescio cuius. Valkenario V. C. videtur esse Sophoclis. Diatribe de Fragm. Eurip. p. 192. *Ern.*

Ἡδονή, *voluptas*, item *laetitia, quasi gestientis animi elatio voluptaria.* DXXIII (Div. XV, 19).

Ἦθος διδαχῇ ἁλωτόν, *ingenium, quod disciplina subigi et domari possit.* CCCLXXVIII, 3 (Att. X, 12).

Ἤθους ἐπιμελητέον, *moribus adhibenda est diligentia.* CCCLXXVI, 3 (Att. X, 10).

Ἡλίου ἀνάθημα, *solis donum.* X, 4 (Att. I, 1). Si locus sanus est,

haec, auctoribus doctis hominibus, sententia est: tua Hermathena gymnasio nostro tantum splendoris et ornamenti affert, ut gymnasium nostrum nobis pulcherrimum videatur. Sed non negabo, mihi *totum* illud huic interpretationi, atque adeo lectioni non satis consentire videri. Si dixisset: gymnasium mihi videtur pulcherrimum ἡλίου ἀνάθημα, concederem. Nunc quum dicit *totum*, manifestum mihi esse videtur, ludi in *totum gymnasium* et ἀνάθημα. Hermathena si ἀνάθημα appellaretur, nil mirum esset: sed illius tantam pulchritudinem dicit, ut longe gymnasio ipsi praeferenda sit, et totum potius gymnasium, quam statua illa, ἀνάθημα putandum sit. Itaque aut probandam censeo lectionem, quam in msto invenit Graevius: *eius* ἀνάθημα, aut, quae propius accedit ad ἡλίου, Casauboni coniecturam: *illius* ἀνάθημα. *Ern.*

Ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεὺς, ὅτε δήγ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ, Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σχολιὰς κρίνωσι θέμιστας, Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες: *Die autumnali quum abundantissimam effundit aquam Iupiter quum hominibus iratus saevit, qui per vim in foro obliquas pronuntiant sententias, iustitiam autem expellunt, Deorum iram non curantes.* CLV, 1 (Qu. fr. III, 7). Ex Homer. Iliad. XVI, 385.

Ἡμερόλεγδον, *ut quaeque singulis diebus acciderunt.* CXLII, 3 (Att. IV, 15).

Ἠπόρησας, *dubitasti.* CCLII, 1 (Att. VI, 1).

Ἡρακλείδειον, *iis simile, quae Heraclides* Ponticus *scripsit*; praeclarum aliquid de re publica sc., quod quasi Heraclidis opus videatur. DCCX, 2; DCCLXVI, DCCXLIV, DCCL, 5 (Att. XV, 4, 13, 27; XVI, 2).

Ἡρώδης, *Herodes*, philosophus Atheniensis. XXVII (Att. II, 2).

Ἥρως, *heros* CCCVII, 1; DCLXXXIII, DCCXXIV (Att. VII, 13; XIV, 4; XV, 12).

Ἡσίτησας, *a cibo abstinuisti.* DCLXXXIV (Att. XIV, 5).

Ἡ σχολιᾶς ἀπάτας, supple ex Platone l. II de Republ. τεῖχος ἀναβάς: *an obliquae et versutae fraudis conscenso muro.* DCXXII (Att. XIII, 38).

Ἠὐτόκησεν, *feliciter peperit.* CCCLXXXIV (Att. X, 18).

Θ

Θεῖοι, *patrui.* XXVII, 1 (Att. II, 2) *nimis severi.* Horat. II, Sat. III, v. 88: *Ne sis patruus mihi.* Vetus lectio; emendavimus συννοσεῖν.

Θεοφάνης, *Theophanes.* XXXI, 1 (Att. II, 5).

Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας, *Theophrasti scriptum de studio bonorum.* XXVIII, 4 (Att. II, 3).

Θέρμος, *lupinus.* X, 2 (Att. I, 1). Si locus est sanus, de quo dubitant docti homines, ludit Cicero in nomine Thermi et suo. Ciceronis nomen est a cicere, et θέρμοι sunt lupini, quae sunt duo genera leguminis. *Ern.* Nunc editur *Thermus.*

Θέσεις, *propositiones, quaestiones universales, de quibus cogitari* disputarique potest in utramque partem. Exempla huiusmodi thesium vid. l. c. CCCXLV, CCCL, 2 (Att. IX, 4, 9).

Θετικώτερον, *subtilius,* φιλολογώτερον, *magis ex arte disserendi dialectica.* CLII, 4 (Q. fr. III, 3).

Θεωρία, *speculatio, contemplatio.* CDLIII, 2 (Att. XII, 6). Est scriptio aut disputatio de re aliqua subtiliter. Tenuis θεωρία est libellus, qui exponit de re tenui, tamquam grammatica, poësi, rhetorica etc.

Θορυβοποιεῖ, *tumultum excitat, territat.* DCXCVI (Div. XVI, 23).

Θυμικώτερον, *stomacho ius, iracundius.* CCCLXXVII, 4 (Att. X, 11).

Ι

Ἰλιὰς. CCCXXXIV, 1 (Att. VIII, 11) pro longa malorum serie. Proverbium habet quoque Ovid. ex Pont. II, 7, 34 et Propert. II, 1, 14.

Ἰλιὰς κόρδυ. DCLII, 3 (Att. XIII, 42). Lectio est corrupta editionis Gruter. Graeviana habet nihilo meliorem: μιᾶς κόρδυ. Quae interpretes dixere, inania omnia sunt. Fr. Odinus apud Olivetum ad h. l. coniiciebat: *Eatur* μιᾶς ὁδοῦ. *Videbimus te igitur.* Ern. Sed vide infra μιᾶς κόρδυ.

Ἰσοδυναμοῦσα, *idem valens, eiusdem potestatis.* CCLII, 12 (Att. VI, 1).

Ἱστορικὰ, *rebus vere narrandis accommodata, historica.* XXIV, 8 (Att. I, 19).

Ἱστορικὸν, *historicum.* CCLII, 5 (Att. VI, 1).

Ἱστορικώτατος, *historiarum peritissimus.* CCLVI, 2 (Att. VI, 2).

Ἰτέον, *eundum.* DCCVI (Att. XIV, 22).

Ἴυγξ, *illecebra, desiderium, pellacia.* CCXCIX, 4 (Att. VII, 8). Vide nos ad Xenoph. Memorab. p. 157. *Ern.* Emendabat Bosius: ἴυγξ *relinquendae;* sed editur *ita relinquendae.*

K

Καθῆκον, *officium.* DCCLXIX, 2; DCCLXXIV (Att. XVI, 11, 14).

Καθολικὸν θεώρημα, *perceptum artis, quod in omnes conveniat, dogma generale.* DCCIV, 2 (Att. XIV, 20).

Καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται: *et Cicero philosophus Titum rei publicae peritum salutat.* XXXVI, 4 (Att. II, 12).

Καὶ μάλα κατηφής, *et admodum tristis.* DCLII, 1 (Att. XIII, 42).

Καὶ μάλα σεμνός, *et valde gravis.* DCCXXIV (Att. XV, 12).

Καὶ συναποθανεῖν, *et commori.* CCCXVII (Att. VII, 20).

Καὶ τόδε Φωκυλίδου, *et hoc Phocylidis.* CXIX, 2 (Att. IV, 9).

Κακοστόμαχος, *imbecillum stomachum* seu *ventriculum habens.* CCLXXXVIII (Div. XVI, 4).

Καλλιπίδης, *Callipides.* DCIV, 3 (Att. XIII, 12). Vid. Sveton. Tib. 38.

Κἂν ὑπὸ στέγῃ πυκνᾶς ἀκούειν ψεκάδος εὐθούσῃ φρενί: *Et utique sub tecto confertim lubentem audire pluviam sopito et quieto animo.* XXXIII, 2 (Att. II, 7). Fragm. Sophoclis, quod est etiam apud Stobaeum, c. 57. *Ern.*

Κανών, *regula, norma.* DCLXI (Div. XVI, 17). Tiro dicitur *canon* scriptorum Ciceronis, h. e. quo Cicero utatur ad libros suos examinandos et emendandos.

Κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις, *per simulacrorum inlapsus.* XXVIII, 2 (Att. II, 3). Vid. Ἔστω ὄψις etc.

Κατ' εἰδώλων φαντασίας, *secundum spectrorum visiones.* DXXII (Div. XV, 16). V. Εἴδωλον.

Κατ' ὀπώρην τρύξ, *per autumnum faex.* XXXVI, 4 (Att. II, 12). De re incerta et adhuc fluctuante dicitur; ducto proverbio a facce, quae autumnali tempore adhuc fluctuat et natat in vino, nec dum desedit. Hinc addit Cicero: *quae si desederit, magis erunt iudicata, quae scribam.*

Κατάβασις, *descensus.* DXCI, 2; DXCII, 2 (Att. XIII, 31, 32). Est liber Dicaearchi, de descensu in antrum Trophonii.

Καταβίωσις, *vitae ad exitum perductio, reliquus vitae cursus,* vel *decursus.* DLXXXIV, 2 (Att. XIII, 1).

Κατὰ Διόδωρον κρίνειν, *secundum Diodorum,* vel *ex Diodori sententia iudicare.* CDXLIII (Div. IX, 4).

Κατακλεὶς, *clausula*, se. sermonis Caesariani. CCCLIX (Att. IX, 18).

Κατὰ λεπτὸν, *minutatim*. XLIV, 1 (Att. II, 18).

Κατὰ μίτον, *singula quaeque*, *tamquam telae licia*, *percurrendo*. DCXCVIII (Att. XIV, 16). Idem quod κατὰ λεπτὸν.

Κατάτασις, *contentio*, *incitatio cursus*. XXVIII, 3 (Att. II, 3).

Κατὰ τὸ κηδεμονικὸν, *cum accuratione et sedulitate*. XLIII, 3 (Att. II, 17).

Κατὰ τὸ πρακτικὸν quaerere, est, quum non quaerimus, ut sciamus, de quo quaerimus, sed ut ex re cognita comparare actiones nostras possimus. Itaque addit: *non me abs te* κατὰ τὸ πρακτικὸν *quaerere*, *quod gestiat animus aliquid agere in re publica* etc. XXXIII, 2 (Att. II, 7). *Ern.*

Κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν: *secundum Chrysippum fieri potest*. CDXLIII (Div. IX, 4).

Κατήχησις, *institutio*. DCCXXIV (Att. XV, 12).

Καχέκτης. XIX, 7 (Att. I, 14). Medicis est, cuius corporis habitus vitiosus est, cuius corpus, etsi plenum, tamen iners, pallidum, lividum est. Voluntate autem καχέκτης, qui prava amat, bona odit, qui pravo animo est. *Ern.*

Κέκρικα, *constitui*, *constitutum habeo*, scil. quid scribam. DXCI (Att. XIII, 31).

Κέλευσις, *iussum*. L, 1 (Att. II, 24).

Κέλης ἄοκνος, *veredus impiger*. CCCLXXIX (Att. X, 13). Κέλης est equus, qui equite ab uno agitatur, neque iungitur currui, cuius generis fuere equi veredi, ad cursus publicos certis locis dispositi. Habes κέλητα ἄοκνον, est: quoniam diploma nactus es, tibi licet ex Italia exire cursu publico. Vid. Iunium ad h. l. *Ern.*

Κενὸς, *vacuus*, *inanis*. CCLXXXII, 2 (Att. VI, 9).

Κενόσπουδα, *inanis studii plena*. CCCXLI (Att. IX, 1).

Κεκφοῦμαι, *animo suspenso huc illuc impellor*, *fluctuo*, *volaticus sum*. DCXXIV (Att. XIII, 40). Vide de hac voce Spanhem. ad Aristoph. Plut. 913. *Ern.*

Κέρας, *cornu*. CCL, 7; CCLII, 10 (Att. V, 21; VI, 1). Instrumentum musicum, de quo agit Salmas. ad Solinum, p. 87. *Ern.*

Κεφάλαιον, *caput*. CCXIV, 1 (Att. V. 18).

Κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς. *Cicero optimatium studiosissimus puer*. XLI, 3 (Att. II, 15).

Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον. *Cicero parvulus salutat Titum Atheniensem*. XXXV, 4 (Att. II, 9).

Κινδυνώδη, *periculose*. CCCLVIII, 2 (Att. IX, 17).

Κλέος, *gloria.* CLIV, 7 (Q. fr. III, 6).

Κοινότερα, *communiora.* DCII, 2 (Att. XIII, 10).

Κολακία, *assentatio.* DLXXXVII, 1; DXC, 2 (Att. XIII, 27, 30).

Κορινθίων, *Corinthiorum,* intell. πολιτεία, *res publica.* Liber Dicaearchi. XXVII (Att. II, 2).

Κρήνη, *fons.* CDXLIX, 1 (Att. XII, 5).

Κρίσις Χρυσιππεία, *iudicium ex Chrysippi sententia.* CDXLIII (Div. IX, 4).

Κτύπος, *plausus.* CDXLIV (Att. XII, 3).

Κῦρος δ, ε. *Cyrus ex quarto et quinto tomo* Antisthenis. DLXIII, 5 (Att. XII, 38). Nam eius libri, ut Diogenes Laërtius auctor est, redacti erant in decem tomos, quibus singulis qui libri continerentur, commemorat: Τόμος δ', ἐν ᾧ Κῦρος, Ἡρακλῆς ὁ μείζων, ἢ περὶ ἰσχύος · τόμος ε', ἐν ᾧ Κῦρος, ἢ περὶ Βασιλείας. Lib. VI, § 16. *Ern.*

Κύρου παιδεία, *Cyri institutio.* XXVIII, 2 (Att. II, 3).

Κωμικὸς μάρτυς, *comicus testis, testis eo nomine occurrens saepe in comoediis.* CCLVII, 2 (Div. II, 13).

Κωρυκαῖοι, Corycaei. CCCLXXXIV (Att. X, 18). Corycaei fuerunt populi Pamphyliae, dicti a promontorio Coryco. Ad id quum appulissent piratae, ne ab ipsis male tractarentur, in ceteras stationes navium portusque se mutatis vestibus contulerunt, et quae ibi audierant, ad piratas retulerunt, ut nomina navigantium, et quorsum navigare constituissent, scirent. Hinc proverbium in eos ductum, qui subauscultant, quae dicuntur, ut ea ad alios deferant. V. Suid. in Κωρυκαῖος, et proverbiorum collectores. *Ern.*

Κωφὸν πρόσωπον, *muta persona.* DCXI, 3 (Att. XIII, 19).

Λ

Λακωνισμός, *Laconica brevitas.* DCCCLII (Div. XI, 25).

Λαλαγεῦσα, supple ὄρνις, sive χελιδών, *garriens avis,* sive *hirundo.* CCCLIX, CCCLXII (Att. IX, 18; X, 2).

Λαμπρά, *splendida.* CCXXVIII, 2 (Att. V, 20).

Λάπισμα, *falsa quaedam ostentatio.* CCCLIV, 3 (Att. IX, 13). Vid. ἐλάπιζεν.

Λαχεῖν, *nancisci, sorte adipisci.* DCCXXI, 1 (Att. XV, 9). Natum ex emendatione Bosii: *Lacedaemonem* λαχεῖν.

Λεληθότως, *sensim, latenter, clam.* CDXL, 2; CCLXIX, 2 (Div. IX, 2; Att. VI, 5).

Λέσχη, *confabulatio.* CDXLI (Att. XII, 1). De λέσχαις vid. Graev. Lect. Hesiod. c. 11. *Ern.*

Λήκυθοι, *ampullae, pigmenta, quibus ornatior fit oratio.* XIX, 4 (Att. I, 14). Λήκυθοι quid sint, non consentiunt docti homines. Interpretatio ea, quae *vas pictorium* facit (Vid. v. c. Gesner. ad Plin. Ep. I, 2), vera illa quidem est, neque tamen propterea illa altera falsa, quae vas unguentarium facit, μυροθήκιον, quum Pollux VI, 19 diserte λήκυθον inter τὰ τῶν μύρων ἀγγεῖα referat. Atque hoc sensu passim est apud Graecos auctores, ut apud Aristoph. Plut. 811. Vid. Corrad. ad h. l. et Eschenb. de Vnct. c. 4. *Ern.*

Λῆρος πολύς, *nugae multae.* DCCV, DCCXLVII, 4 (Att. XIV, 21; XVI, 1).

Λῆψις, *correptio, impetus.* CCXCVIII, 3 (Att. VII, 7). Verbum medicum, ut ἐπίληψις, significatque *accessionem febris*, ut Cicero vocat, initiumque paroxysmi. Vid. Cuperi Observ. II, 15. *Ern.*

Λιτότης, *mediocritas, tenuitas*, qua in cibo et potu utimur, quum pretiosos cibos, nimiamque copiam a mensis amovemus; quod ex lege sumtuaria fiebat. XCI (Div. VII, 26).

Λογικώτερα. DCXI, 3 (Att. XIII, 19). Sunt disputationes subtiliores, quales sunt eorum, qui quum philosophiae se paene totos tradiderint, de philosophia disputant. Subtilitas autem ista cernitur in definiendo et argumentando, quarum rerum artem tradit Λογικὴ seu διαλεκτική. Sic Cicero Tusc. IV, 14, quum παθῶν definitiones et distributiones in formas attulisset: *Habes ea*, inquit, *quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae logica appellant, quia disseruntur subtilius.* Ern.

Λόγοιστιν Ἑρμόδωρος: ad supplendum integrum senarium adde ἐμπορεύεται: *Libris Hermodorus mercaturam facit.* DCXIII, 5 (Att. XIII, 21). *Ern.*

M

Μακάρων νῆσοι, *beatorum insulae.* CDXLIV (Att. XII, 3).

Μάλ' ἀριστοκρατικῶς, *plane ut optimatem decet.* XIX, 3 (Att. I, 14).

Μάντις δ' ἄριστος; supplendum, ut senarius integer habeatur: ὅς τις εἰκάζει καλῶς: *Vates is optimus fiierit, qui bene coniecerit.* CCCVII, 4 (Att. VII, 13). Est versus ex deperdita Euripidis tragoedia. Huic enim tribuit eum Plutarchus de defectu Oraculorum etc., t. I, p. 768. ed. Steph. *Ern.*

Μεταμόρφομαι, *commuto, ad alias personas transfero.* DXXVIII (Att. XII, 12).

Μείλιγμα, *lenimentum.* DLXXXVII (Att. XIII, 27). Catonis μεί-

λιγμα est, quod facit, ut Caesaris indignatio ex Ciceronis Catone, hoc est libro de laudibus Catonis Vticensis, concepta mitigetur et leniatur. Sic Longinus eleganter μειλίγματα hyperbolarum et omnium audacrum locutionum vocat particulas illas et formulas, *quasi, tamquam, ut ita dicam* etc. περὶ ὕψους. Sect. XXXII, 3.

Μέλετη, *cura, industria, labor, meditatio.* CXCVI (Att. V, 10).

Μελήσει, *curae erit.* CDXLIV, DCXCIX, DCCX, 1 (Att. XII, 5; XIV, 17; XV, 4).

Μεμψιν ἀναφέρει, *accusationem intendit.* DCXXXV (Att. XIII, 49).

Μεμψις, *accusatio, reprehensio.* DCV (Att. XIII, 13).

Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ' προσπτύξομαι αὐτόν;

Mentor, quomodo adeam, et quomodo amplexabor eum? CCCXLIX (Att. IX, 8). Ex Homer. Odyss. III, 22.

Μεσοποταμία, *Mesopotamia,* regio in Asia. CCCLII (Att. IX, 11).

Μετ' ἀμύμονα, *post naevo carentem.* DCCXLVIII, 4 (Att. XVI, 5). Respicitur Iliad. II, 674, ubi Nireus formosissimus dicitur, μετ' ἀμύμονα Πηλεΐδην, h. e. *post pulchrissimum Achillem.*

Μετεωρος, *incerti et dubii animi: anxiis curae.* CXCVIII, 5; DCCXXXVI (Att. V, 11; XV, 14).

Μετεωροτερον, *suspensior animo.* DCCXLVIII, 3 (Att. XVI, 5).

Μὰ γὰρ αὐτοῖς, *neque enim fuit* (sc. delectat). DCXII (Att. XIII, 20).

Μηδε διχαν: supplementum hoc integrum versum exhibebit: δικαστης, πριν ἀκροῖν αὐδην ἀκουσης· *Neque [illegible] quam audiens, prius, quam, quid utraque dicat, audiverit.* CCCXV, 4 (Att. VII, 18). Versus, qui falso Hesiodo adscribebatur. Thucydides prose putabatur. *Edit.*

Μηδε σωδειον ὑπο γε τοιουτον. *Ne [illegible]* DCCLXXV, 1 (Att. XVI, [illegible]).

Μηδεν αὐτοῖς, supplent κείρει· *Nihil [illegible]* CCLII, 12 (Att. VI, 1).

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοῖμεν,

Ἀλλὰ μεγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι:

Ne [illegible] et [illegible] [illegible], sed [illegible] [illegible], quod audiant a posteris. CCCLXI, DLIV, CDXCV, 6, DIV, XIII, 18. Ex Homer. Iliad. XXII, [illegible]

Μὴ μοι γοργείαν κεφαλὴν δείδοιο πελώρη· *Ne [illegible] Gorgonem caput horrendum et gigantea [illegible]* CCCXLVIII (Att. IX, [illegible]). Ex Hom. Odyss. XI, v. 634.

Μὴ πολιτευεσθαι, [illegible] DCCIV, 1 (Att. XIV, [illegible]).

Μήπω μεγαν εἴπῃς, πριν τελευταῖον ἴδῃς· *Nondum [illegible]*

dixeris, priusquam mortuum videris. CXI (Att. IV, 8). Senarius Sophoclis apud Stobaeum, c. 93.

Μιᾶς κόρδου. DCLII, 3 (Att. XIII, 42). Vid. not. 12.

Μικκύλος, *parvulus, pusillus.* DCLXXXVIII, 1 (Att. XIII, 51).

Μικροψυχία, *pusillanimitas, animus abiectus.* CCCLII (Att. IX, 11).

Μνημονικὸν ἁμάρτημα, *lapsus memoriae.* DCLXXXIV (Att. XIV, 5).

Μουσοπάτακτος, *a Musis percussus, Musarum amore captus, poëta.* CXXI (Q. fr. II, 10).

Μυροθήκιον, *unguenti et pigmentorum arcula.* LXXVI, 1 (Att. II, 1).

Μυστικώτερα, *secretiora.* LXXXVIII, 4 (Att. IV, 2).

Μυστικώτερον, *secretius.* CCLXVIII, 2 (Att. VI, 4).

Μῶμος, *Momus.* CCXXVIII, 2 (Att. V, 20). *Momo satisfacere,* est talem se praestare, ut Momus, qui, quod reprehendat, quamvis quaerat, tamen non habeat.

N

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν: *Sobrius sis, et memineris non facile credere; hi sunt nervi sapientiae.* XXIV, 6 (Att. I, 19). Versus Epicharmi poëtae Siculi.

Νεκυία. CCCLI, CCCLII, CCCLIX (Att. IX, 10, 11 et 18). Νεκυία Homeri, Tusc. I, 16 est Odyss. XI, qui liber sic etiam aliis vocatur, tamquam Longino περὶ ὕψους, Sect. IX. Nomen ab argumento traxit, quod in eo Vlysses commemoratur, quemadmodum inferos adierit, et cum umbris collocatus sit. De hac νεκυίᾳ, quid acuti homines iudicarint vid. apud Victor. ad ep. cit. CCCLI. Ceterum ad hanc νεκυίαν respexit Atticus, quum Caesaris comitatum νεκυίαν vocaret. Nam quemadmodum umbrae ad Vlyssem in νεκυίᾳ Homeri confluunt frequentes, sic homines flagitiosi, faeinorosi, et aere alieno obruti, ad Caesarem confluebant. *Ern.*

Νεόκτιστα, *nuper condita.* CCLVI, 2 (Att. VI, 2).

Νεωτερισμός, *res nova, novitas.* DCLXXXIV (Att. XIV, 5).

Νίκωνος περὶ πολυφαγίας, *Niconis de edacitate.* DCCLV (Div. VII, 20).

Νομανδρίαν, *excusationem ne acceperis.* CXCVIII, 6 (Att. V, 11). Alii habent νομανδρία. Adiiciemus utriusque verbi interpretationes, a doctis viris propositas. Νομανδρίαν *excusationem* dicunt esse legitimam, ac viro honesto dignam, occupationem

videlicet. Nam adversae valetudinis excusatio mollior est. Hanc igitur (νομανδρίαν) excusationem non vult accipi, quod nulla occupatio tanta sit, ut se possit a scribendis ad Atticum literis avocare. Ita Manutius. Popma contra νομανδρίαν dicit esse constantiam Ciceronis in praefecturis conferendis; qua commotus non scripsisset ad Atticum, ne suam constantiam deferendis praefectis tentaret. Sed quomodo haec excusatio dici possit, non video. Causa potuit esse omissarum literarum, sed qua non facile ad excusandum uteretur. Idem dici potest de interpretatione νομανανδρίας. Νομανανδρίαν Bosius interpretatur *detrectationem praefecturarum*, s. *vacationem*. Eas quum Atticus a Cicerone quibusdam petiisset, noluisse Ciceronem respondere. Quomodo tandem rogare potest, ne accipiat hanc excusationem? Rustica esset illa excusatio, quam etiam rogatus non acciperet Atticus. Noli suspicari, debuisset scribere, me propter νομανανδρίαν scripsisse. Fortasse non sanus locus est. *Ern.*

Ξ

Ξυνὸς ἐνυάλιος, *communis Mars*. CCXCIX, 4 (Att. VII, 8). Ex Hom. Iliad. XVIII, v. 309.

O

Ὀβελίζειν, *veru notare*. DXIX (Div. IX, 10). Est *tamquam spurium reiicere*. Obelus enim fuit signum Criticorum, quo spuria a genuinis discernerent. Vid. Menag. ad Laërt. III, 66, p. 162. Eschenbach. de Not. Crit. pag. 232 seqq. et alios. *Ern.*

Ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς, *fullo carbonarius*. DCCXVII (Att. XV, 5). Fullones e vestibus sordidis candidas faciunt; carbonarii autem nigri et sordidi sunt. Si igitur fullo idem sit carbonarius, frustra in vestibus purgandis laborabit. Hinc proverbium est γναφεὺς ἀνθρακεὺς in eum, qui, quod melius reddere conatur, deterius facit. *Ern.*

Ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς: *Hic autem insanit sic, ut ferri amplius non possit*. CLIX, 1 (Q. fr. III, 9). Versus Homeri de Cyclope Poliphemo, Odyss. IX, 350:

Σὺ δὲ μαίνεαι οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς·

Ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων: *Hic vero non curabat, quae dicebantur*. CX (Att. IV, 7). Ex Homer. Odyss. I, 271, 305.

Ὁδοῦ πάρεργον, *praeter propositum, obiter dictum, digressio*. CCL, 8: CCLXXXIV, 3 (Att. V, 21; VII, 1).

Οἷα γ' ἡ δέσποινα; hoc proverbium ap. Platonem, Polit. VIII, p. 293, est integrum: Οἷα γ' ἡ δέσποινα, τοιὰ δὲ καὶ ἡ κύων: *Qualis hera, talis et canis.* CXCVIII, 4 (Att. V, 11).

Οἰκεῖον, *proprium, accommodatum ad naturam.* VI, 3 (Att. I, 10).

Οἰκοδεσποτικὰ, *patris familias officio convenientia.* DLXXIV, 2 (Att. XII, 44).

Οἰκονομία, *dispositio, ordo.* CCLII, 1, 8 (Att. VI, 1).

Οἶκος φίλος, supple οἶκος ἄριστος: *domus cara, domus optima.* DCCXXVI (Att. XV, 16). Vid. supra ad εἴη μισητὸς φ. ο.

Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δὲ οὐδὲν μέλει: *Alii quidem prope nihil sunt; aliis autem nihil curae est.* XXV, 4 (Att. I, 20). Versus Rhintonis. *Ern.*

Οἱ περὶ αὐτὸν, *qui circa ipsum* erant, *ipsius familiares.* DCLI (Att. XIII, 52).

Οἴχεται, *perit, evanescit.* CCLII, 1 (Att. VI, 1).

Ὁμοειδὴς, *eiusdem generis et formae.* XXXII, 1 (Att. II, 6).

Ὁμολογουμένως τυραννίδα συτκευάζεται: *procul dubio,* manifeste, *tyrannidem affectat.* XLIII, 1 (Att. II, 17).

Ὁμοπλοία, *societas navigandi.* DCCXLIX, 3 (Att. XVI, 4).

Ὀξύπεινος, *famelicus, cibi avidissimus.* XXXVI, 3; CXXIX, 1 (Att. II, 12; IV, 13).

Ὀπαδοὶ, *asseclae aliorum in militia.* CIX, 1 (Att. IV, 6). Opponuntur ταγοῖς, *ducibus.*

Ὁ πλοῦς ὡραῖος, *navigatio tempestiva.* CCCXLVIII (Att. IX, 7). Corradus laudat Pollucem I, 9 περὶ εὐπλοίας, de voce ὡραῖος, *tempestivus,* vid. Graevii Lect. Hesiod. c. 2. *Ern.*

Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι, *Opuntii, Sipuntii.* CCLVI (Att. VI, 2). Nomina populorum, quorum urbes Ὀποῦς, Σιποῦς.

Ὄργανον, *instrumentum.* DCCCXXXVI (Div. XI, 14). Capio autem de instrumento musico, ob verbum *frigere,* quod dicitur de musicis, quum non audiuntur cum favore. Brut. 50. *Ern.*

Ὀρθὰν τὰν ναῦν, *rectam navem.* LII, 7 (Q. fr. I, 2). Haec verba sunt e graeca sententia: Εὖ ἴσθι, Ποσειδᾶν, ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσω, quae latine est etiam apud Senecam, ep. 85: *Neptune, numquam hanc navem, nisi rectam.* Haec Victorius. Lipsius autem ad Senec. l. c. laudat etiam veterem scriptorem Teleten, ex quo est sententia eadem ap. Stobaeum, c. 106. *Ern.*

Ὁρμὴ, *impetus; item appetitio, appetitus.* CCCIV, 4 (Att. VII, 11).

Ὁ σοφὸς εὐθυρρήμονήσει: *Sapiens libere loquetur.* DCLIX (Div. IX, 22). Vid. Εὐθυρρήμονέστερος.

Οὐ γὰρ δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακόν: *Neque hoc maius est malum.* CCXCVII (Att. VII, 6). In Homeri Odyss. XII, 209 pro ἔωει est ἐπέρχεται.

Οὐδέ μοι ἦτορ Ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι: *Neque mihi pectus firmum, sed consternato sum animo.* CCCXLVII, 4 (Att. IX, 6). Ex Hom. Iliad. X, v. 93 et 94.

Οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντ' εἰδέναι: *Nihil dulcius, quam omnia nosse.* CXXII (Att. IV, 11). Est senarius uno pede truncatus, nescio cuius poëtae. *Ern.*

Οὐδὲν ὑγιὲς, *nihil sincerum.* DCCVII, 2 (Att. XV, 1).

Οὐκ ἔλαθέ σε: *Non te latuit.* CCLII, 5 (Att. VI, 1).

Οὐκ ἐπέστησεν, *non animadvertit, non satis cogitanter scripsit.* DCXXII (Att. XIII, 38). Alii intelligunt, *non institit, non perseveravit.*

Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος: *Non est verus sermo.* CCCLIV, 1 (Att. IX, 12). Est formula, qua utebantur in Palinodiis, quum aliquid retractare vellent. Sic orsus fuerat Stesichorus Palinodiam, auctore Platone in Phaedro p. 243; unde post solemnis inter doctos homines retractandi formula fuit. *Ern.*

Οὐκ ἔστιν ἡδέως, ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν: *Non licet iucunde vivere, nisi honeste et iuste vivatur.* DXXIII (Div. XV, 19). Epicuri placitum.

Οὐ παρὰ τοῦτο, *non propter hoc.* DCCXLV (Att. XV, 29).

Οὐ σ' οἶδ', Ἄρης, ἅμα Παφίῃ; *Nonne scio, te, Mars, consuesse cum Paphia?* i. e. Venere. CXLIX, 6 (Att. IV, 16). V. not. 58.

Οὐ ταυτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, *non idem ex eodem.* DCCVII, 3 (Att. XV, 1).

Οὐ ταυτὸν εἶδος; supplendum ex Euripidis Ione v. 585: φαίνεται τῶν πραγμάτων, Πρόσωθεν ὄντων, ἐγγύθεν δ' ὁρωμένων: *Non eadem facies apparet, quum res procul sunt, et quum prope cernuntur.* DCIII (Att. XIII, 11). Sensus est: Non possum eo, quo ante, vultu intueri, tibi gratificari, quum didicerim, qui sis. *Ern.*

Οὕτω που τῶν πρόσθεν ἐπευδόμεθα κλέα ἀνδρῶν: *Sane eorum, qui ante nos vixerunt, virorum, audiebamus laudes.* CCCIV, 2 (Att. VII, 11). Hom. Iliad. X, v. 520.

Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν · Hexameter integer sic se habet:

Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι:

Fas non est viris mortuis insultare. CX (Att. IV, 7). Homericus versus est ex Odyss. XXII, 412. Sed apud Homerum est κταμένοισιν, eodem sensu. Quum verba memoriter laudantur, facile huiusmodi quid mutatur. Laudavit hunc versum etiam Plin. Ep. IX, 1. *Ern.*

Ὀψιμαθεῖς, *sero discentes, sari studiorum*, ut Horat. appellat. CDLVI (Div. IX, 20).

Π

Πάθος, *affectus*. CDXLIV (Att. XII, 3).
Παιδεία Κύρου, *Institutio Cyri*. CCXLVI, 1 (Div. IX, 25). Opus notum Xenophontis.
Παῖδες παίδων, *nati natorum, posteri*. DCCLXIX, 1 (Att. XVI, 11).
Παλιγγενεσία, *regeneratio, status nostri instauratio*. CCLXXVI, 5 (Att. VI, 6).
Παλινῳδία, *retractatio*. XXXV, 1; CVI, 1; CCXCVIII 1 (Att. II, 9; IV, 5; VII, 7).
Πάλτος, *Paltus*, Syriae oppidum. DCCCLI, 2 (Div. XII, 13).
Παναιτίου περὶ προνοίας, *Panaetii de providentia liber*. DC (Att. XIII, 8).
Πανήγυρις, *conventus universae gentis, civitatis* etc., saltem admodum frequens, ut in spectaculis. XIX, 3 (Att. I, 14).
Πανικά, *panici*, sive *subiti inanesque terrores*. CCXXVIII, 1 DCXCVI (Att. V, 20; Div. XVI, 23). Πανικὸν DCLXXXII, DCCXLVII, 4 (Att. XIV, 3; XVI, 1).
Πάντα περὶ πάντων, *omnia de omnibus*. DXX, 1; DCCCLVII (Div. XV, 17; XII, 20). I. e. accurate et copiose de omnibus.
Παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο: *Omnis virtutis memor sis, omnem virtutem exprome*. XX, 1 (Att. I, 15). Homer. Iliad. XXII, v. 268.
Πάνυ φιλοστόργως, *valde amanter*. DCCXLIV (Att. XV, 27).
Παράγγελμα ἐνιαύσιον, *mandatum annuum*. CCIV (Att. V, 14). Sed nos recepimus παράπηγμα, de quo mox. *Ern.*
Παράγραμμα, *agnominatio*, quum unius literae aut syllabae mutatione alius sensus efficitur. CCXXIX (Div. VII, 32). Genus ridiculi, de quo lib. II Or. 63, ubi παρονομασία dicitur.
Παρακινδυνεύειν, *se temere periculo obiicere*. DLXXXVII, 1 (Att. XIII, 27).
Παρὰ λέξιν, *contra proprie loquendi rationem*. DCCXLIX, 1 (Att. XVI, 4).
Παράπηγμα. CCIV (Att. V, 14). Est tabula suspensa, in qua notatae sunt horae, dies, eclypses et similia, ut in gnomone. H. l. est παράπηγμα ἐνιαύσιον, kalendarium in pariete affixum et suspensum.
Παρὰ προσδοκίαν, *praeter exspectationem*. CCXXIX (Div. VII, 34). Genus ridiculi, de quo lib. II Or. c. 63.
Παρὰ τὴν ἱστορίαν, *praeter historiam*. DCII, 1 (Att. XIII, 10).
Παρὰ τὸ πρέπον, *praeter decorum*. DCVI (Att. XIII, 16).

Παραφύλαξον τὴν τοῦ φυρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτότατα: *Observa conturbatoris Philotimi actionem quam maxime.* CCLXXXII, 2 (Att. VI, 9). Conf. ad CCLXXXIV, 1 (Att. VII, 1), et vid. φυράτης.

Παρεγχείρησις, *molitio in alieno opere,* quum falcem in alienam, ut aiunt, messem immittimus, ut, de quo est h. l., quum scribimus, de quo alius scripsit; quae παρεγχείρησις recte contumeliosa dicitur, quod rem ab eo non accurate scriptam nobis videri significamus. DCCX, 2 (Att. XV, 4). *Ern.*

Παρεμβεβλημένοι, *inserti fraude, subdititii, spurii,* ut versus in poëtis etc. DXIX (Div. IX, 10).

Παρ' ἐμοίγε καὶ ἄλλοι, Οἵ καὶ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεῦς: *Apud me sane et alii sunt, qui me honorabunt, maxime autem consiliarius,* seu *consilio valens Iupiter.* CCXLIV, 3 (Div. III, 7). Ex Hom. Iliad. I, 174.

Παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα, Νήσου ἐπὶ Ψυρίης, Appiam ἐπ' ἀριστερ' ἔχοντα: *Ad ventosum Mimantem in insula Psyria, Appiam sinistra habentem.* DCCLXXII (Att. XVI, 13). Alluditur ad l. Hom. Odyss. III, v. 171, 172.

Παριστορῆσαι, *obiter scire.* CCLII, 22 (Att. VI, 1).

Παροινικῶς, *insolenter, contumeliose.* CCCLXXVI, 1 (Att. X, 10). Victorius malebat τυραννικῶς; sed illud eodem redit, et bene convenit in Antonium, cui vinolentiam in Philippicis exprobrat.

Παῤῥησία, *loquendi libertas.* XXI, 4 (Att. I, 16).

Πάρωρα πλευτέον, *intempestive navigandum.* CCCLXXVIII, 1 (Att. X, 12). V. Tunstall. Ep. Crit. p. 155.

Πάσχω τι, *patior aliquid, angor.* DCCXXXI (Att. XV, 20).

Πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, *patriam meam magis amans.* DCCCXLIII, 4 (Div. XII, 14).

Πειθανάγκη, *suasio violenta;* dicitur de eorum consiliis precibusque, quibus necessario paremus. CCCLIV, 3 (Att. IX, 13). E Platone.

Πειράζεσθαι παραλύσει, *tentari paralysi, infestari sideratione, seu resolutione nervorum.* DCCLIX (Att. XVI, 7).

Πειρήνη, *Pirene,* sive fons uberrimus, qualis fuit Pirene, prope Corinthum, Musis sacer. CDXLIX, 1 (Att. XII, 5).

Πελληναῖοι, *Pellenaei, Dicaearchi liber de populis Pellenaeis,* qui nomen habent ab antiqua Achaiae civitate Pellene. XXVII (Att. II, 2).

Πεντέλοιπος, *qui de quinis superest.* DCCV, DCCVIII (Att. XIV, 21; XV, 2).

Πεπινωμέναι, *nitide et eleganter scriptae.* DCLXXXVII (Att. XIV, 7).

Πεπαινωμένως, *docte et perpolite.* DCCXXV (Att. XV, 16). Vid. εὐπινές.

Πεπλογραφία, *pepli descriptio.* DCCLXIX, 1 (Att. XVI, 11) Liber Varronis sic inscriptus, quo virorum illustrium laudes descripserat. Vid. not. 20.

Περὶ δυνατῶν, *de iis, quae fieri possunt, s. de possibilibus.* CDXLIII (Div. IX, 4).

Περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι, *in alvo solvenda occupatum esse.* CCCLXXIX (Att. X, 13).

Περὶ μικρὰ πονοῦν, *in parvis rebus multum laborare.* DCXIII, 5 (Att. XIII, 21).

Περίοδοι, ἢ καμπαί, ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκευαί, *ambitus verborum, aut flexus clausularum, aut argumenta rhetorum, aut confirmationes.* XIX, 5 (Att. I, 14). Περίοδοι quae sint, dicere nihil attinet. Καμπαί sunt, recte explicante I. F. Gronovio, clausulae, flexus molles orationis ab una parte in aliam, quibus uti licet in genere ἐπιδεικτικῷ magis, in laudando, ubi ingenium et eloquentiam iactare licet, quam in forensibus orationibus, aut in sententiis de re gravi dicendis, a quibus quippe ista flexuum mollities, quamvis modica, tamen abesse debet, adhibita potius illa *iudiciali asperitate*, quam Cicero vocat de Orat. II, 15. Ἐνθυμήματα non sunt, quae recentioribus dialecticis dicuntur, parte quadam sua truncati syllogismi, sed antiquis rhetoribus celebratae illae sententiae, e contrariis conclusae, quae propter brevitatem et contraria acumen aliquod habent, qualis est illa Horatii: *Cur optas quod habes?* Serm. I, 3, 126. Alia exempla suppeditabit Cicero in Topicis, c. 13. Vide de hoc genere sententiarum in primis Facciolatum in Aeroasi I de Enthymemate. Κατασκευὴ autem etsi non eamdem semper apud rhetores vim habet, tamen non dubium mihi est, quin hoc loco dicatur *confirmatio alicuius rei* (Quintilian. II, 4), quae et amplificationem complectitur, quum alimus argumenta, quod Longino τρέφειν dicitur, quum dilatamus rem et augemus omni ratione, ut auditor vim rei aut argumenti capiat, in quo vel maxime summa eloquentia cernitur. Haec κατασκευὴ etsi communis est omni orationis generi, tamen in primis in eo genere regnat, quod ἐπιδεικτικὸν dicitur, quum ingenium eloquentiamque probare volumus. Ex ea ubertas ingenii, ex ea copia, visque dicentis indicatur. Itaque in hoc genere orationis etiam modum huius κατασκευῆς vix tenent summi oratores. Huc refer *illam redundantiam*, quam in Ciceronis oratione animadvertebat Apollonius Molo, et quae in Rosciana adhibita seniori Ciceroni

displicebat, ut est in Bruto. Vides igitur omnia ista ornandi genera, quibus in laudando Pompeio usum se dicit Cicero, esse ἐπιδεικτικῷ generi propria. Nam τὸ περιοδικὸν etiam nuspiam copiosius adhiberi solet et potest, quam in hac dicendi ratione. *Ern.* Cf. Io. Chr. Theoph. Ernesti Lexic. technologiae Graecorum rhetoricae, v. Κάμπη, Ἐνθύμημα et Κατασκευή.

Περὶ ὁμονοίας, *de Concordia.* CCCXXXIV, 5 (Att. VIII, 11). Liber Magnetis.

Περιοχαί, *verborum complexiones, periodi.* DCXVIII, 3 (Att. XIII, 25).

Περιπατητικά, *Peripatetica, partes Peripateticorum.* DCXI, 3 (Att. XIII, 19).

Περίστασις, *status et conditio*, vulgo *circumstantia.* CXVII (Att. IV, 8).

Περὶ τελῶν σύνταξις, *de Finibus opus.* DCIV, 3; DCXI, 3 (Att. XIII, 12, 19).

Περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος, *de officio ad temporis rationem accommodato, s. quod temporis alicuius ratio postulat.* DCCLXIX, 2 (Att. XVI, 11).

Περὶ τῶν ὅλων, *de summa rerum.* XLIII, 3 (Att. II, 17).

Περὶ ψυχῆς, *de anima.* DXCII, 2 (Att. XIII, 32).

Πεφυσίωμαι, *intumesco, superbia efferor.* CCXXVIII, 2 (Att. V, 20).

Πέψις, ἀκοπία, περίπατος σύμμετρος, τέρψις, εὐλυσία κοιλίας, *concoctio, vitatio lassitudinis, ambulatio moderata, delectatio, solutio alvi.* DCLXVII (Div. XVI, 18).

Πιθανά, *apta ad persuadendum, probabilia.* DCXI, 3 (Att. XIII, 19).

Πῖνος, *venustas veteris sermonis.* DCLXXXVII (Att. XIV, 7). V. εὐπινές.

Πλουδοκῶν, *navigationem commodam exspectans.* CCCLXXIV (Att. X, 8).

Πλοῦς, *navigatio.* DCCXXXII (Att. XV, 21).

Ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει: *quorsum haec tandem erumpent?* CDXLIX, 1 (Att. XII, 5).

Πολιτεία, *res publica.* XXVI, 6 (Att. II, 1).

Πολιτεία, *libri de re publica.* CXLIX, 2 (Att. IV, 16).

Πολιτεῖαι, *civitatum gubernandarum rationes.* CDXL, 4 (Div. IX, 2). Scribere et legere πολιτείας, est libros de legibus, de re publica, scribere et legere, ut ipse l. c. interpretatur Cicero.

Πολιτεύεσθαι, *administrare rem publicam, versari in re publica.* CLXX, DCLXXXV (Div. VII, 12; Att. XIV, 6).

Πολίτευμα, *factum in re publica gerenda.* CCLII, 10; CCCXLVIII (Att. VI, 1; IX, 7).

Πολιτεύομαι, *rei publicae operam navo.* XXXII, 1 (Att. II, 6).

Πολιτευτέον, *rei publicae danda opera; versandum in re publica.* XXXII, 1; CCCLXI (Att. II, 6; X, 1).

Πολιτικά, *de re publica.* CXXXVIII (Q. fr. II, 14).

Πολιτικά, *de civium officio in rem publicam.* CCCLIX (Att. IX, 18).

Πολιτικοί, *rei publicae moderatores, rei publicae dediti.* XXXVI, 4; CCCLI, DXLI, 2; DLXXXI, 3 (Att. II, 12; IX, 10; XII, 23, 51).

Πολιτικόν, *quod est ex usu rei publicae.* CCCLII (Att. IX, 11).

Πολιτικόν σκέμμα, *consideratio ad statum rei publicae pertinens.* CCXCIX, 3 (Att. VII, 8). V. etiam Τῶν πολ.

Πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ, *rei publicae deditus vir ne in somnio quidem.* XXIII, 8 (Att. I, 18).

Πολιτικὸς σύλλογος, *conventus et sermo de ratione rei publicae gerendae.* DXC, 3 (Att. XIII, 30).

Πολιτικῶς, *ut virum rei publicae deditum decet, convenienter rei publicae.* CXVII (Att. IV, 8), CCXCIX, 4 et CCCVII, 1 (Att. VII, 8 et 13).

Πολιτικώτερα, *accuratius disputata de re publica.* DCII, 2; DCLXXXV, DCXCIV, 2 (Att. XIII, 10; XIV, 6, 14).

Πολιτικώτερον, *accommodatius ad rationem rei publicae administrandae.* CCC, 2 (Att. V, 12).

Πολιτικώτερος, *rei publicae peritior.* CXCIX, 1 (Div. II, 8).

Πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλός: *Multos autem in medio Auster volvit fluctus lati maris.* CCLXIV, 1 (Att. VI, 3). Hemistichium cum senario integro veteris tragici.

Πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ, *multam salutem honesto, valedicere honesto.* CCCXXXI (Att. VIII, 8).

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων: *multi discipuli praestantiores magistris.* CDXLVII (Div. IX, 7). Senarius notus.

Πολλοῦ γε καὶ δεῖ, *multum quidem abest.* CCLII, 16 (Att. VI, 1). Verba, quibus crebro Demosthenes utitur.

Πολυγραφώτατος, *qui plurima scripsit.* DCX (Att. XIII, 8).

Πολυδεύκους, *Pollucis aedes.* CCLII, 14 (Att. VI, 1).

Πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις, *etiam magnis personis inducendis libro ornatum quaerere.* DXCII, 4 (Att. XIII, 32). Cicero non solum magnis rebus refertum cupiebat eum σύλλογον, quem habebat in manibus, sed etiam magnis hominibus uti, ut eo maior libri dignitas et ornatus esset. Itaque Atticum rogat, ut, quum iam unum suppeditasset huiusmodi, plures suggereret. *Erm.*

Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον; supplementum ex Platone, qui haec itidem refert, ἀναβάς: *utrum exscenso alto muro iustitiae.* DCXXII (Att. XIII, 38). Alludit Cicero ad locum Pindari ex libro deperdito, quo iam usus erat, sed alio, quam Cicero, sensu Plato lib. II de Re publ. p. 596 ed. Francof. Verba Pindari apud Platonem integra haec sunt: Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβάς: *Vtrum rectis et iustis artibus, an dolis fraudibusque utens* etc. Cicero ad aliam rem transtulit. Scire cupit ex Attico, quid sibi suadeat, utrum putet prae se ferendam esse iustam iram in Quintum filium, quam obiurgando patruum apud Caesarem meruerat, an dissimulandam. Hinc ipse sic interpretatur prima verba: *utrum aperte hominem adsperner et respuam.* Ern.

Πολυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει: *Polydamas mihi primus probrum obiiciet.* XXXI, 1 (Att. II, 5), CCLXXXIV, 2 (Att. VII, 1). Ex Hom. Iliad. XXII, v. 100, Polydamanta dicit Catonem.

Ποῦ σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν: *Vbi navigium Atridarum.* CCXCIV, 2 (Att. VII, 3). E tragico veteri videntur haec esse. *Ern.*

Πραγματικῶς, *apte ad res gerendas.* CXLI (Q. fr. II, 15).

Πράξις, *factum.* DCCI (Att. XIV, 19).

Πράξις πολιτικοῦ, *factum cive dignum rei p. dedito.* CCCLXXIX (Att. X, 13).

Πρᾳότατα, *lenissime.* CDXII (Att. XI, 17). V. ibi not. 4.

Πρόβλημα, *quaestio.* CCLXXXIV, 2; CDXLII (Att. VII, 1; XII, 2).

Πρόβλημα Ἀρχιμήδειον, *quaestio Archimedea.* CDXLV, DLXXXVIII 2 (Att. XII, 4; XIII, 28). I. e. valde difficilis et obscura. Atticus volebat, Ciceronem de Catone scribere. *Ern.*

Προβολή, DCXIII, 4 (Att. XIII, 21), est, interprete Budaeo in Comm. Gr. L. p. 390, *status pugilis in procinctu stantis, occasionique inferendae plagae imminentis, et agitatoris in carceribus equos currumque sustinentis.* Inde etiam ad milites transfertur, qui in acie stant, proiectis scutis impetum hostium exspectantes et excipientes, et tempus impetum faciendi idoneum speculantes, apud Plutarch. in Caesare, quem locum idem ille attulit Budaeus l. c. De militibus Latini dicunt: *proiicere scutum.* Quadrigarius apud Gell. IX, 13 Graeci Προβάλλεσθαι ἀσπίδα ap. Aelian. V. H. II, c. ult., et ab hac proiectione scuti status ille gladiatorius et militaris appellatur. V. Cuper. Obs. I, 12, p. 88, qui etiam docet, verbum ἀνέχειν dici ap. Gell. l. c. et ap. Apollon. Rhod. I. II, v. 67. Ex his

intelligi facile potest, quomodo Carneadi in mentem venerit, ut huic *προβολῇ* compararet *ἐποχὴν* suam, *retentionem assensus*. Ern.

Προθεσπίζω, *praesagio*. CCCXXXIV, 1 (Att. VIII, 11).

Προκοπή, *progressus in literis*. DCCXXV (Att. XV, 16). De verbo *προκόπτειν* v. Cellar. Diss. de Vigiliis et Lucubrat. Vett. § 19.

Προλεγόμενα, *quae praefari solemus ante, quam disputationem aliquam explicandam suscipimus*. CDLI (Div. IX, 18).

Πρόπλασμα, *periculum elaborandi operis, rudis informatio operis; specimen, ex quo de toto opere, quale futurum sit, iudicari potest;* vulgo Ital. *abbozzo, schizzo*. DLXX, 3 (Att. XII, 41). *Formam operis* dicit Cicero in ep. CXCIX (Div. II, 8). In primis statuariorum proprium est. *Ern.*

Προπύλαιον, *vestibulum*. CCLII, 23 (Att. VI, 1).

Πρόπυλον, idem. CCLXXVI, 2 (Att. VI, 6).

Προσανατρεφομένη, *recreata*. CCLII, 2 (Att. VI, 1). Proprie de eo, qui post morbum corpus recipit. V. ἐξ ἀφαιρέσεως.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ. XLII, 3 (Att. II, 16). Homericus versus integer sic se habet:

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα:

Ante leo, a tergoque draco, medio ipsa capella. Chimerae descriptio ex Iliad. VI, v. 181.

Πρὸς ἴσον ὅμοιονque, *ad aequalem similemque*. DCXXXVIII, 1 (Att. XIII, 51).

Πρόσνευσις, *assensus*. CLXXXVII, 2 (Att. V, 4).

Πρὸς τὸ ἀσφαλὲς, *ad id quod tutum sit*. CCCVII, 3 (Att. VII, 13).

Πρὸς τὸ πρότερον, *ad prius* XXI, 2 (Att. I, 16).

Πρὸς τοῦθ' ὅ τι χρὴ, καὶ παλαμάσθων, καὶ πάντ' ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων· τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ: *Adversus hoc, quod oportet et decet facere, et machinentur et struant quidvis in me. Iustitia enim a me stat*. CCCXXXI (Att. VIII, 8). Verba sunt Aristophanis, Acharnensibus v. 659, sed paullulum mutata, et ad Ciceronis sententiam inflexa. Apud Aristophanem enim est: Πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω, καὶ — τεκταινέσθω.

Προσφώνησις, *nuncupatio*. DCIV, 3 (Att. XIII, 12).

Προσφωνοῦμεν, *nuncupamus, dicamus*. DCCLXVI (Att. XV, 13).

Προσφωνῶ, *nuncupo, dico*. DCXIII, 5 et DCCLXIX, 2 (Att. XIII, 21 et XVI, 11).

Πρόσωπον πόλεως, *facies civitatis*. DXX, 2 (Div. XV, 17).

Προωκονομησάμην, *procuravi, providi*. XCIX, 7 (Q. fr. II, 3).

Πτολίπορθος, *urbium eversor, sive vastator*. DCCCXXX (Div. X, 13). Epitheton Vlyssis apud Homerum.

Πτῶσις, *prolapsio, casus.* XLIII, 2 (Att. II, 17). Sed lectio dubia. Vid. not.

Πυροὶ εἰς δῆμον, *frumentaria largitio.* CCLXXVI, 2 (Att. VI, 6).

P

Ραθυμώτερα, *segniora.* CXLIV, 5 (Q. fr. II, 16).

Ρητορεύουσιν, *declamitant, quasi rhetorum more.* DCCXXVI (Att. XV, 16). De ranarum clamore facete dicit.

Ρίψαι πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα: *quum fureret, multa frustra cornibus in aërem proruens, s. frustra cornua iactantem, aëra cornibus verberantem.* CCCXXVIII, 1 (Att. VIII, 5). Versus poëtae, non constat, cuius. Viri docti ad h. l. laudarunt Virgilianum illud, ex Georg. III, v. 233, 234.

Ῥοιζόθεμις, *lis et tumultuosa controversia, contentio.* DCXC (Att. XIV, 10).

Ῥοπή, *momentum, inclinatio.* DCCXLVIII, 3 (Att. XVI, 5).

Ῥωπογραφία, *descriptio, pictura cum virgultorum et plantarum virentium repraesentatione.* DCCXXVI (Att. XV, 16). Salmas. ad Solin. p. 739: Ῥωποπώλην *Graeci vocarunt, qui omnia id genus promercalia haberet, quae medicis, tinctoribus, pictoribus, et myrepsis conducerent. Nam* ῥῶπον *eiusmodi merces omnes mixtas ac minutas appellabant.* Hesychius: Ῥῶπος, ὁ λεπτὸς φόρτος, ὅσα ζωγράφοις, βαφεῦσι, μυρεψοῖς χρησιμεύει. Idem ad Spartiani Hadrianum p. 88, b. *Qui belluas, arbores, homines, antra, portus, et alia id genus variaque et minuta opere topiario exprimebant,* ῥωπογράφοι *vulgo dicebantur. Nam* ῥῶπος *est varia et minuta merces. Hinc* ῥωπογραφία ripulae *apud Ciceronem in epistola ad Atticum* l. XV, 16 (DCCXXVI). *Quam vocem vulgo deducunt* ἀπὸ τῶν ῥώπων, *i. e. a virgultis; omnino male, quum* ἀπὸ ῥώπου *facta sit. Hinc* ῥωπικὸν *etiam* ἀντὶ τοῦ ὡραίου *Graeci ponunt, quod varietate ipsa pulchrum est. Hinc* ῥωπόγραφος *pictor ille dictus apud Plinium, quod humilia tantum pingeret, ut asellos, obsonia et similia* ῥωπικά · — ῥωπογραφία *opponitur* μεγαλογραφία, *quae in rebus magnis et nobilibus exprimendis versatur, ut sunt Deorum simulacra, aedes, heroës, bellorum historiae* etc. Cf. I. Gronov. ad Cic. l. c. Hinc intelligitur, quid sit ῥωπογραφία *ripulae*, scilicet descriptio ripae, virgultorum, graminis, florum in ripa. Virgilius de poëta Ecl. IX, 19:

Quis humum florentibus herbis
Spargeret, aut viridi fontes induceret umbra?

Idem Ecl. VI, 62:

Tum Phaëtontiadas musco circumdat amaras
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Hae sunt ῥωπογραφίαι, et ripulae adeo: *viridi fontes induceret umbra;* cuiusmodi descriptionibus pleni sunt poëtae. *Ern.*

Σ

Σαλακώνισμα, *lautitia, opulentia.* DCLXXXI (Att. XIV, 2). Vid. not. 4.

Σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος,, *gravior auctoritateque pollentior, et rebus civilibus tractandis accommodatior.* XXVI, 2 (Att. II, 1).

Σῆμα δέ τι ἐρέω: *Signum autem tibi dicam.* CXLII, 7 (Att. IV, 15). Homer. Iliad. XXIII, v. 326.

Σηστιοδέστερον, *magis Sestii more.* CCCXIV (Att. VII, 17). H. e. magis insulsum et frigidum; ut facile ex ipso loco intelligi potest.

Σίλλυβοι, *indices.* CV (Att. IV, 4), ubi falso legebatur σύλλαβοι, et epp. CVI, 2 et CXI, ubi pariter falso legebatur *sittybae,* σύττυβαι. Qui sint σίλλυβοι, ipse docet Cicero, nempe *membranulae, ex quibus indices fiant.* Hesychius σίλλυβον interpretatur τὸ τῶν βιβλίων δέρμα. Vid. not. 9 ad ep. CV.

Σκάφος, *navigium.* CCXCIV, 2 (Att. VII, 3).

Σκέμμα magnum, *res magna consideratione digna, etiam atque etiam consideranda.* CCCXVIII (Att. VII, 21).

Σκέψαι, *considera.* CDXLIV (Att. XII, 3).

Σκήπτομαι, *tergiversor, moras necto excusando, dubitando.* DCCLXVIII (Att. XVI, 9).

Σκήψεις et αναβολαὶ, *excusationes, atque dilationes.* XVI, 1 (Att. I, 12).

Σκιαμαχίαι, *umbratiles pugnae, simulacra pugnarum.* DCCCXXXVI (Div. XI, 14).

Σκόλια, *obliqua tortuosa,* h. e. *fraudes, doli, simulationes.* DCXXIII, 1 (Att. XIII, 39).

Σκολιᾶς ἀπάτας, *versutae fraudis;* supple *murum adscensurum.* DCXXV (Att. XIII, 41). V. Πότερον δίκας etc.

Σκοπὸς, *scopus, ultimum, finis.* XLIV, 1 (Att. II, 18).

Σκυλμὸς, *vexatio, molestia.* CXXIX, 1 (Att. IV, 13).

Σκυτάλη λακωνικὴ, *Scytale Laconica.* (brevis epistola, quales occultis gravibusque de rebus Lacedaemonii ad imperatores suos in loris scriptas mittere solebant). CCCLXXVI, 2 (Att. X,

10). Scytalae descriptionem accuratam pete ex Gellio XVII, 9. Conf. Schol. Thucyd. I, 131 etc. Meurs. Misc. Lacon. III, 4.

Σόλοικα, *olentia vitium.* XXIV, 8 (Att. I, 19).

Σόλοικον, *absurdum.* DCLXXXV (Att. XIV, 6).

Σοφιστεύειν, *rei oratoriae operam dare, libros oratorios scribere.* XXXV, 3 (Att. II, 9).

Σοφιστεύω, *fictas causas, θέσεις, commentor.* CCCL, 2 (Att. IX, 9).

Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει: *Spartam sortitus es, hanc orna.* CIX, 1 (Att. IV, 6).

Σπείσασθαι, *inducias facere, pacisci.* DCCXLV (Att. XV, 29). Proprie est *libare;* sed quia in foederibus σπονδαὶ, *libationes* adhibebantur, propterea ipsum *foedus* et *foedus facere* σπονδὴ et σπείσασθαι dicitur.

Σπονδειάζων, *versus spondaicus,* h. e, quinta sede spondeum habens pro dactylo. CCXCIII, 1 (Att. VII, 2).

Σπουδάζειν, *serio agere.* DXVIII (Div. XV, 18). V. etiam περὶ μικρὰ etc.

Σπουδαῖον οὐδὲν, *serium nihil, aut quod alicuius pretii sit, ut de re publ.* DCLI (Att. XIII, 52).

Σπουδαιότερον, *gravius et magis serium.* CLXXXVI (Att. V, 3).

Σπουδὴ, *studium, propensa volontas.* DCCLXXXI (Div. XVI, 21). DLXXXVII, 1 (Att. XIII, 27).

Στερκτέον, *probandum, aequi bonique consulendum.* CCCLI, (Att. IX, 10).

Στοργὴ, *amor et pietas inter parentes et liberos.* CCCLXXIV (Att. X, 8).

Στρατύλλαξ, *imperatorculus.* DCCLXXV, 1 (Att. XVI, 15). Per contemtum de Antonio.

Σύγγραμμα, *scriptum quodcumque et ex quocumque genere.* DCCLVIII (Att. XVI, 6). Nam etsi, ut συγγραφεὺς, saepius de historicis, quam aliis scriptoribus, sic σύγγραμμα de historicis libris dicitur; tamen utrumque de omni genere reperitur. *Ern.*

Συγκύρημα, *casus.* XXXVI, 2 (Att. II, 12).

Σύγχυσις, *confusio.* CCLXXXII, 1 (Att. VI, 9).

Σύγχυσις τῆς πολιτείας, *confusio rei publicae.* CCXCIX, 4 (Att. VII, 8).

Σὺ δὲ δὴ τί σύννους: *Tu vero quid es cogitabundus.* DCLII, 1 (Att. XIII, 42). Videtur esse initium senarii.

Συζήτησις, *mutua quaestio, disputatio.* DCCLXXXI (Div. XVI, 21).

Σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα σῦκον οὐδὲ ἓν Οὕτω ὅμοιον γέγονεν: *Ficui, per Cererem, ficus nulla umquam tam similis fuit.* CXVII (Att. IV, 8). Senarius cum dimidio, comici, nescio cuius.

Σύλλαβοι V. Σίλλυβοι.
Σύλλογος, *conventus.* DXCII, 4 (Att. XIII, 32).
Συμβίωσις, *convictus.* DCXV, 1 (Att. XIII, 23).
Συμβιώτης, *convictor, conviva.* DXIX (Div. IX, 10).
Συμβουλευτικὸν, *consilii plenum, ad deliberationem aptum.* DLXVII, 2 (Att. XII, 40).
Συμπάθεια, *consensus naturae, convenientia et coniunctio naturae.* CLVI, 2 (Att. IV, 17). Ea qualis sit, docetur de Divin. Lib. II, 6.
Συμπάθεια, *animi commotio ex commiseratione, doloris consensus.* CXLII, 1; CCXIV, 2; CCCLXXIV (Att. IV, 15; V, 18; X, 8).
Συμπαθῶς, *cum animi commoti significatione.* CXCVIII, 6; DLXXIV, 1 (Att. V, 11; XII, 44).
Συμπάσχω, *una afficior, compatior.* DXV (Att. XII, 11).
Συμπόσια, *compotationes.* XXXVI, 3; DCCXCV, 2 (Att. II, 12; Div. IX, 24).
Συμφιλοδοξοῦσιν, *simul gloriae meae serviunt.* CCIX, 2 (Att. V, 17).
Συμφιλολογεῖν, *una cum alio de literis disputare.* DCCLXXXI (Div. XVI, 21). V. φιλολογεῖν.
Συναγωγὴ, *collectio, volumen.* CCCLIV, 3; DCCXLVIII, 5 (Att. IX, 13; XVI, 5).
Σύνδειπνα, *concenationes.* DCCXCV, 2 (Div. IX, 24).
Σύνδειπνοι Σοφοκλεῖς, *convivae Sophoclei.* CXLIV, 3 (Q. fr. II, 16). Qui dicantur, non convenit inter interpretes. Alii fabulam Sophoclis Συνδείπνους dictam intelligunt, a Quinto conversam latine, improbante Manutio, qui negat, eam Ciceronem tam rustice improbaturum fuisse. Sed in primis repugnat verbum *actam*, quod indicat, huic fabulae, de qua dicitur, Quintum interfuisse. Itaque Manutius putat, capienda verba esse de convivio, perquam simili cenae in fabula aliqua Sophoclis, cui interfuerit Quintus, et in quo quid sibi acciderit, commemorarit fratri. Sed huiusmodi convivium non aptum videtur Sophocleae tragoediae. Mihi in mentem venerunt σοφοκλεῖς Pliniani ep. II, 14, *laudicoeni*, parasiti, qui cenulae causa, quamvis indignos laudant et ab iis acta et dicta omnia σοφῶς dicta et acta clamant. V. auctores laudatos Intt. ad Plinium. Fuisse ergo videtur in convivio, in eoque habuisse συνδείπνους parasitos, aut parasiticis certe moribus. Hos quemadmodum, quam lepide et festive vexarit, commemoraverat fratri. Itaque fatendum esse, respondet, lepide ab eo actam illam fabulam (frequentes enim occurrunt in comicorum fabulis parasiti); sed rem sibi nihilominus non probari; velle

se, factum non esse aut dictum, quod factum dictumque scripsisset. *Ern.* Vera lectio est Σύνδειπνοι Σοφοκλέους; et hoc drama non fuit tragoedia, sed fabula satyrica. Res ipsa manet obscura, quia quid inter Quintum et convivas eius actum fuerit, prorsus ignoramus.

Συνδιημερεύομεν, *simul diem conterimus.* CCCXXXII, 2 (Att VIII, 9).

Συνηγωνίων, *cum illo moerebam.* CC, 2 (Att. V, 12).

Σὺν θεῷ τοι λέγω, *diis iuvantibus dico.* CCCLXXVI, 2 (Att. X, 10). Manutius haec distinguit sic: σὺν θεῷ. Τοὶ λέγω, ut illa cum superioribus coniungantur, hoc sit: *tibi dico.* Doricum illud τοὶ arguit esse particulam noti tum versiculi.

Σύνναοι, *contubernales.* DLXXV, 4 (Att. XII, 45). Sic ipse hanc vocem interpretatur Cicero ep. DLXXXVIII, 2 (Att. XIII, 28). Ceterum Dii σύνναοι sunt, qui templo communi coluntur, similes diis παρέδροις, assessoribus, s. contubernalibus, de quibus est doctus libellus Cl. Arnaldi. Sunt etiam σύμβωμοι. V. Spanhem. de usu et praest. Num. Diss. X, p. 130.

Συννοσεῖν, *simul aegrotare.* XXVII, 1 (Att. II, 2).

Συνοδία, *societas, comitatus, conventus.* CCCLXX, 2 (Att. X, 7).

Σύνταγμα, *opus, compositio.* CCIII, 3; DLXXV, 1; DCCLIV, 1 (Div. VIII, 3; Att. XII, 45; XVI, 3).

Σύνταξις, idem. DCVI, 1; DCCXXXVI (Att. XIII, 16; XV, 14).

Σύν τε δύ' ἐρχομένω, complendum ex Homeri Iliad. X, 224: καὶ τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν Ὅππως κέρδος ἔῃ: Duobusque simul euntibus, alter alterum praevertisset cogitando, quod e re foret. CCCXLVII, 4; CDXLVII (Att. IX, 6; Div. IX, 7).

Σύντηξις, *arcta animorum coniunctio, et quasi conglutinatio.* CCCLXXIV (Att. X, 8).

Σύντομα, *compendiose, paucis.* CCXCIV, 2 (Att. VII, 3).

Σφάλμα, *erratum, lapsus.* CCCLXXVIII, 1 (Att. X, 12).

Σχεδιάζειν, *scribere, quod subito in mentem venit.* CCLII, 8 (Att. VI, 1).

Σχεδίασμα, *subitum consilium, res non satis cogitate suscepta.* DCCXXX (Att. XV, 19).

Σχόλιον, *brevis explicatio.* DCCLIX (Att. XVI, 7).

Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον, *Socraticorum more in utramque partem,* scilicet disputare. XXVIII, 3 (Att. II, 3).

Σῶμα, *corpus.* XXVI, 2 (Att. II, 1). I. e. collectio s. volumen orationum.

T

Ταγοί, *duces.* CIX, 1 (Att. IV, 6).

Τὰ κατὰ μέρος, *particularia, singula quaeque particulatim.* DCXIV, 2 (Att. XIII, 22).

Τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, *inanes terrores belli.* CCXXVIII, 2 (Att. V, 20).

Τὰ κεφάλαια, *capita.* DCCLXIX, 2 (Att. XVI, 11).

Τὰ μὲν διδόμενα; proverbium hoc ita expleri e Platonis Gorgia potest: τὰ μὲν διδόμενα ἀνάγκη δέχεσθαι, *quae dantur, necesse est accipere.* CCLXIX, 1; DCCXXVIII (Att. VI, 5; XV, 17). Sic obiurgabat Philotimus Ciceronem, de rationibus turbatis querentem, volebatque, Ciceronem ex eo proverbio rationibus editis contentum esse. *Ern.*

Τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε: *Quae igitur ad nos pertinent, haec sunt.* DCCLXXXI (Div. XVI, 21).

Τὰν δ' αἰτίαν τῶν Βρούτων τὶς εἶχεν; *Horum culpam quis Brutorum sustinet? quis Brutorum harum rerum auctor fuit?* DCCXXIV (Att. XV, 12).

Ταξιάρχης, *ordinis ductor, centurio.* DCCLXIX, 1 (Att. XVI, 11). V. Perizon. ad Aelian. V. H. II, 44; Spanhem. ad Iulian. Or. I, p. 256. Cave autem putes, proprie Mustelam sive centurionem, sive tribunum mil. dici. Ταξιάρχης dicitur, quia erat princeps gladiatorum Antonii, quod clarissime patet ex loco huic parallelo Phil. II, 41. *Ern.* V. not.

Τὰ ὅλα, *tota, universa.* DCXXIV (Att. XIII, 40).

Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, *quae de officiis sunt, libri de officiis.* DCCLXVI, DCCLXIX, 2 (Att. XV, 13; XVI, 11).

Τὰς τῶν κρατούντων; Euripidis versus integer sic se habet:

Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεὼν:

Dominantium stultitias ferre oportet. LI, 1 (Att. II, 25). Ex Phoenissis v. 396.

Ταυτόματον ἡμῶν; versus integer sic se habet:

Ταυτόματον ἡμῶν καλλίω βουλεύεται:

Casus melius, quam nos consulit. XVI, 2 (Att. I, 12). Versus Menandri, ut placet Lambino. Et sunt persimiles Menandri de casu versus et sententiae in fragm. p. 100, 106, ed. Cler. *Ern.*

Τέθριππα, *quadrigae.* CCL, 5 (Att. V, 21). Inter divinos honores esse quadrigas, satis constat. Itaque in numis consecratorum reperiuntur, et in aliorum quoque, interdum fornicibus im-

positae. V. Menkenii Diss. de Consecratione Augustorum et Augustarum e numis. Cum ergo invaluisset, ut provinciales magistratibus divinos honores tribuerent, templaque aedificarent, etiam quadrigas aeneas marmoreasve posuerunt, vel in fastigiis templorum, ut ap. Liv. XXXV, 41, vel in fornicibus. *Ern.*

Τεκμηριῶδες, *signum eiusmodi, ut dubitari non possit.* CCXCV, 2 (Att. VII, 4).

Τέκνον ἐμόν, οὐ τοὶ δέδοται πολεμήϊα ἔργα,
Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο:
Non tibi, nata mea, data sunt opera bellica, verum tu placida persequere munera eloquentiae. DCXCIII (Att. XIV, 13). Homer. Iliad. V, v. 428, ubi est γάμοιο, pro quo Cicero scripsit λόγοιο, ut ad se accommodaret ῥῆσιν.

Τέλος, *summa rerum, finis, quod ad nullam aliam rem, ad ipsam autem omnia referuntur.* CDLIII, 2 (Att. XII, 6).

Τέμπη, *loca amoenissima Reatinorum.* CXLII, 5 (Att. IV, 15). V. quae ad h. l. e Luca Holstenio affert Graevius.

Τέρας, *monstrum, prodigium.* CCCXXXII, 3 (Att. VIII, 9).

Τέτλα, κύντερον, supple ex Hom. Odyss. XX, v. 18, ἔτλης: *perfer, gravius tulisti.* CCCLVI, 1 (Att. IX, 15).

Τετυφῶσθαι, *inanis gloriolae studio duci.* DXLIII (Att. XII, 25). Qui scilicet cupio, filiae monumentum in horto celebri ponere. Itaque addit: *Obsequere huic errori meo.* Confer v. τὸν τύφον etc.

Τεῦκρις, *Teucris;* XVI, 1, ubi vide not. 1 et XIX, 8 (Att. I, 12 et 14).

Τεχνολογία, *tractatio artis, disputatio de praeceptis artis.* CXLIX, 2 (Att. IV, 16).

Τηλέπυλος λαιστρυγονίη, *Telepylus, urbs Laestrygonia.* XXXIX, 2 (Att. II, 13). Formias intelligit, antiquissimam Laestrygonum sedem. Plin. Hist. Nat. III, 5. Graevius laudavit Cluver. Ital. Antiqu. III, 10. *Ern.*

Τὴν ἔσω γραμμήν, *interiorem lineam.* CXVII (Att. IV, 8). A stadio ducta dicendi ratio, in quo duae lineae, altera, ab qua incipit cursus, altera, in qua desinit. V. Salmas. ad Solin. p. 647, b; et alios, quos laudat Graevius. *Interiorem lineam* ergo *tenere*, idem est, ac medium tenere. *Ern.*

Τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα: *Vt tyrannide potiatur, quae inter Deos maxima; ut regno potiatur, quo nil maius inter Deos ipsos.* CCCIV, 1 (Att. VII, 11). Est senarius Euripidis in Phoeniss. 509. Lambinus τὴν delebat, sc. metri causa. Sed θεῶν contracte pronunciandum. *Ern.*

Τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς, *praesentem statum rei p. subiecta rudi eius forma*, sive *praesentem rei p. formam.* CXXIX, 3 (Att. IV, 13).

Τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) etc.: *Uxoris meae libertus (nosti quem dico) visus est mihi dudum e verbis, quae inconsiderate effutiebat, turbasse calculos ex coëmtione bonorum Crotoniatae tyrannicidae* (i. e. Milonis, qui Clodium interfecit): *timeo, ne id adhuc non intellexeris, unum nimirum hoc ubi consideraveris, reliqua in tuto pone.* CCLXVIII, 2 (Att. VI, 4). V. φυράτης. In ultimis δέδοικα δὴ Sophoclis aliquid reperisse se putat et corrigit Valkenarius V. C. in Diatr. de fragmentis Eurip. p. 193. *Ern.*

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα, supple θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι; *Ante virtutem sudorem posuerunt Dii immortales.* DXXI, 5 (Div. VI, 18). Versus Hesiodi Op. et D. v. 289.

Τῆς ξυναόρου τῆς ἐμῆς ὁ ἐξελεύθερος etc.: *Uxoris meae libertus visus est mihi saepe garriens et errans in conciliabulis et circulis, quodam modo conturbasse rationes in bonis Crotoniatae.* CCLXIX, 1 (Att. VI, 5). Crotoniatam appellat Milonem interfectorem Clodii, a celebri illo propter vires corporis Milone Crotoniata. *Ern.*

Τί γὰρ αὐτῷ μέλει; *quid enim illi curae est?* CDXLII (Att. XII, 2).

Τί λοιπόν, *quid reliquum?* CCLII, 16 (Att. VI, 1).

Τιμή, *honor.* DXXVIII, 2 (Att. XII, 12).

Τίς δ' ἔστι δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν; *Quisnam est servus, de morte securus qui sit?* CCCXLIII, 2 (Att. IX, 2). Euripidis senarius, etiam Plutarcho memoratus de audiendis poëtis.

Τίς πατέρ' αἰνήσει; integer versus sic se habet:

Τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί;

Quis patrem laudabit, nisi infelices filii? XXIV, 8 (Att. I, 19). Maiorum et parentum laudes solent in primis commemorare, qui ipsi, quod laudem mercatur, non fecerunt. Itaque Cicero veretur, ne Atticus sibi laudanti superiorum temporum res gestas, in libro de consulatu et aliis occinat illud: Τίς πατέρ' αἰνήσει etc. Adeone ab ingenio et superiorum temporum consuetudine descivisti, ut sola illa, quae olim gesseris, laudes, quasi nunc nihil laudabile facias? *Ern.*

Τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα: *Quid melius esset et deterius, in obscuro adhuc providebat maxime.* CCCLXXIV (Att. X, 8). Sunt verba Thucydidis de Themistocle I, 138.

Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ: *Iustitia enim et veritas a me stat.* CCLII, 5 (Att. VI, 1). Ex Aristoph. Acharn. 660.

Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, *in lente unguentum.* XXIV, 2 (Att. I, 19). Proverbium de rebus bonis in re vili consumtis. In μύρον intelligitur legatio, φακὴ *lens*, est Lentulus Clodianus. In eo ergo legationem male collocatam dicit. *Ern.*

Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται: *Talia aerumnosum bellum efficit.* CXL, 3 (Q. fr. II, 15). Versus ex Euripidis Supplicibus, 119.

Τοῖς ἀπαντῶσιν, *obviam prodeuntibus.* CCXCVI, 3 (Att. VII, 5).

Τὸ καλὸν, *honestum.* CCCXXXI (Att. VIII, 8).

Τὸ καλὸν δὶ αὐτὸ αἱρετὸν: *Honestum propter se ipsum expetendum.* DXX, 4; DXXIII (Div. XV, 17, 19).

Τὸ μέλλον καραδοκήσεις: *Quod futurum est, exspectabis.* CCCLI (Att. IX, 10).

Τὸ νεμεσᾶν *interest* τοῦ φθονεῖν: *Indignatio differt ab invidia.* CCXX, 5 (Att. V, 19).

Τὸν θεωρητικὸν, *qui in rerum contemplatione occupatur.* XLII, 2 (Att. II, 16).

Τὸν πρακτικὸν βίον, *vitam, quae in rebus agendis versatur.* XLII, (Att. II, 16).

Τὸν τύφον μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον: *Insolenti et vanae ambitioni meae, per Deos, indulge.* DLXXXIX, 2 (Att. XIII, 29). V. Τετυφῶσθαι.

Τὸ παραδοξότατον, *inopinatissimum.* CCLII, 13 (Att. VI, 1).

Τοποθεσία, *loci descriptio.* XVIII, 6; XXI, 12 (Att. I, 13, 16).

Τὸ συνέχον, *quod coniunctum est, proximum.* CCCXLVIII (Att. IX, 7).

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθὼν: *Tunc tellus mihi lata dehiscat.* CLIX, 1; CCCL, 4 (Q. fr. III, 9; Att. IX, 9). Ex Homer. Iliad. IV, v. 182.

Τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοὶ, supple λέγεις; estque proverbium: *meum somnium mihi narras.* CCLXXII, 3 (Att. VI, 9). H. e. rem narras, quam te melius novi. Locos veterum, qui hoc proverbio usi sunt, vide apud Erasm. in Adagiis. *Ern.*

Τοῦτο δὲ μηλώσῃ: *Hoc vero curabis.* DLXXXI, 3 (Att. XII, 51). Haec est lectio Victorii, Iunii aliorumq. Ceteri Τοῦτο δὲ μυῖα ὅσῃ; *Hoc vero quantula musca;* quod contemtum significaret. V. not. 9.

Τρηχεῖ, ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος, οὔτι ἔγωγε Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι; *Aspera sed bona puerorum nutrix, nequaquam ego hac terra possum dulcius quicquam aspicere.* XXXVIII (Att. II, 11). Hom. Odyss. IX, v. 27.

Τριπολιτικὸς, *Tripoliticus*, liber sic inscriptus. DXCII, 2 (Att. XIII, 32). Nempe Dicaearchi, cuius etiam apud Athenaeum IV, p. 141, A, mentio.

Τρισαρειοπαγίτης, *crimius Arëopagita*, severissimus iudex. CXLII, 4 (Att. IV, 15).

Τυραννοκτόνοι, *tyrannicidae*. DCLXXXV, DCCLXXIX (Att. XIV, 6; Div. XII, 22).

Τυφλώττω, *caecutio*. XLV, 1 (Att. II, 19).

Τῷ καλῷ προσπέπονθα: *Honesti sum amantissimus*. XLV, 1 (Att. II, 19). Εὐ πάσχειν πρός τινα notum est, esse *amare aliquem*.

Τῶν μὲν παρόντων δὶ ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων· τῶν δὲ μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής: *Rerum quidem praesentium inito brevi et extemporali consilio optimus index; futurarum autem magna ex parte eius, quod eventurum erat, certissimus coniector*. CCCLXXIV (Att. X, 8). Sunt verba Thucydidis de Themistocle I, 138. *Ern.*

Τῶν πολιτικοτάτων σκεμμάτων, *considerationum*, s. *quaestionum maxime ad rem p. pertinentium*. CCCLXI (Att. X, 1).

Τῶν προὔργου τί, *eorum, quae sunt ex re, aliquid*. CCCXLV (Att. IX, 4).

Τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ, *navium enumeratione*. CCLVI, 2 (Att. VI, 2). Sc. quae est apud Homerum lib. II Iliados.

Υ

Ὑγιὲς, *sincerum, sanum*. CCCLXXVIII, 1 (Att. X, 12).

Ὑλλῶ, *celebro, pervulgo*. DXC (Att. XIII, 30). Sed Graeviana et seqq. habent *volo*.

Ὑπεκθέμενος, *quum clam subduxero et transportaro aliquo*, v. c. securitatis causa. CCCXIV (Att. VII, 17). Sic et ἐκθέσθαι dicitur. *Ern.*

Ὑπεραττικὸς, *plus quam Atticus*. DCCVII, 4 (Att. XV, 1).

Ὑπερβολή, *sermonis exsuperantia, superlatio*. CCXXIX (Div. VII, 32).

Ὑπερβολικῶς, *supra veritatem, supra modum*. CXLI, CCL, 5; CCLVI, 3 (Q. fr. II, 15; Att. V, 21; VI, 2).

Ὑπηνέμιος, *inanis*, aut *vento exposita*. DCXC (Att. XIV, 10). Posterior interpretatio est ab Ernestio, quae si vera est, significaret, Attici terram, scil. Epirum, esse procellis bellorum obnoxiam. Alii vero ita coniungunt. *Tua tamen ὑπηνέμιος nausea*, et explicant *levis nausea*. Sed hoc nullam connexionem habet cum praecedentibus, ut esset adhibendum *tamen*.

Ὑπηρεσία, *ministerium, officiorum praestatio*. CCCLIV, 4 (Att. IX, 13).

Ὑπόθεσις, *suppositio, argumentum sermonis, disputationis* etc.

XIX, 5; CVI, 1; DLXXV, 5; DCCVI et DCCVII, 4 (Att. I, 14; IV, 5; XII, 45; XIV, 22 et XV, 1) CXLIV, 4 et CLIV, 3 (Q. fr. II, 16 et III, 5).

Ὑποθῆκαι, *pignora.* CCXXXI (Div. XIII, 56). V. Graev. ad h. l., qui docet e Salmasio, hypothecas et pignora, quae hodiae ICti distinguunt, apud veteres eamdem vim habuisse. *Ern.*

Ὑποθῆκαι, *praecepta, monita.* XLIII, 3 (Att. II, 17).

Ὑποκορίζομαι, *leniori vocabulo appello.* CCCLI (Att. IX, 10).

Ὑπομεμψίμοιρος, *subquerulus.* CCLII, 2 (Att. VI, 1).

Ὑπόμνημα, *commentarium.* XXVI, 1; DCCXXXIII, DCCLXXIV (Att. II, 1; XV, 23; XVI, 14).

Ὑπομνηματισμός, *commentatio.* CXCVIII, 5; CXCVII, 3 (Att. V, 11; Div. XIII, 1). Ita vocabant Areopagitae decreta sua. Nomen inde ductum, quod in tabulas memoriae causa referebantur.

Ὑποσόλοικα, *subabsurda.* XXXVII, DCCV (Att. II, 10; XIV, 21).

Ὑπόστασις, *status.* XXVIII, 3 (Att. II, 3).

Ὑπὸ τὴν λῆψιν, *sub accessionem febris.* CCCXLII, CCCLI (Att. IX, 2, 10). Alii legunt διάληψιν, *intermissionem febris.* Vid. not. Vtrumque egregie illustravit Cuperus Obs. II, 15.

Ὑπουλον, *subdolum.* CCCLXXVII, 1 (Att. X, 11).

Ὑπώπιον, *macula.* XXV, 6 (Att. I, 20). Proprie est *vulnus in facie.* Egregia est de hoc verbo et de ὑπωπιάζειν dissertatiuncula in L. Bosii Exercitationibus in N. T. in Ep. I ad Corinth. c. IX, 27. *Ern.*

Ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς, *ordine praepostero, quum primo loco, quod posterius est, secundo, quod prius, effertur, Homerice.* XXI, 1 (Att. I, 16).

Φ

Φαίδρου περισσῶν et Ἑλλάδος, *de redundantiis Phaedri, et de Graeciae* (*vita* aut *descriptione*). DCXXIII, 3 (Att. XIII, 39). Vid. not. 7.

Φαινοπροσωπεῖν, *vultum ostendere, faciem aperire.* CCCXVIII (Att. VII, 21). De iis dicitur, qui nihil timent, nec conspectum cuiusquam fugiunt.

Φαινοπροσωπητέον, *retecto vultu et aperta facie procedendum.* DCCVI (Att. XIV, 22).

Φαλάκρωμα, *calvitium.* DCLXXXI (Att. XIV, 2). *Habes igitur* φαλάκρωμα; i. e. scis ergo nunc quid sentiat Calvus, scil. Matius.

Φαλαρισμὸς, *Phalaridis imitatio, sevitia.* CCCV (Att. VII, 12).
Φιλαίτιον συμφορὰ, *querula res, calamitas.* DLXX, 2 (XII, 41).
Φιλαίτιος, *accusandi et querendi cupidus.* CCXLIV, 3; DCXII (Div. III, 7; Att. XIII, 20).
Φιλαλήθως, *ingenue, libere.* CXLIV, 5 (Q. fr. II, 16).
Φιλαυτία, *amor sui ipsius.* DCV, 1 (Att. XIII, 13).
Φιλέλληνες, *Graecorum amantes.* XX, 1 (Att. I, 15).
Φιλένδοξος, *ambitiosus, amator illustrium virorum.* DCXI, 3 (Att. XIII, 19).
Φιλήδονοι, *amatores voluptatis.* DXXIII (Div. XV, 19).
Φιλόδημος, — πας φιλόδημος, *omnis popularis, omnis, qui vulgaria et humilia non spernit.* CDLIII, 2 (Att. XII, 6).
Φιλοθέωρος, *spectandi cupidus.* CXLVII (Div. VII, 16).
Φιλόκαλοι και φιλοδίκαιοι, *amatores honesti, et studiosi iustitiae.* DXXIII (Div. XV, 19).
Φιλόλογα, *erudita.* DCLI, DCCXXVII (Att. XIII, 52; XV, 15).
Φιλολογώτερα, *eruditiora, subtiliora.* DCIV, 3 (Att. XIII, 12).
Φιλόλογος est proprie studiosus disputationum eruditarum de studiis doctrinae; unde φιλόλογα sunt *res de quibus disputatur*, φιλολογία, *disputatio ipsa*, quae et συζήτησις dicitur (V. ep. DCCLXXXI) et συμφιλολογεῖν (ib.) *una disputare, disputationi interesse.*
Φιλόπατρις, *patriae amans.* XXVI, 3; CCCLI (Att. II, 1; IX, 10).
Φιλοπροσηνέστατα, *benignissime et suavissime.* CXCV (Att. V, 9).
Φιλορήτωρ, *studiosus artis dicendi.* XVIII, 6 (Att. I, 13).
Φιλοσόφειν, *philosophari.* XXXI, 2 (Att. II, 5).
Φιλοσοφητέον, *philosophandum.* XXI, 7 (Att. I, 16).
Φιλοσοφοῦμεν, *philosophamur.* DCCLXVI (Att. XV, 13).
Φιλοσοφούμενα, *quae a philosophis tractantur, opera philosophica.* DCCXV (Div. XI, 27).
Φιλοσοφῶμεν, *philosophemur.* XXXIX, 2 (Att. II, 13).
Φιλοσόφως, *philosophice.* DCXII (Att. XIII, 20).
Φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, *magis philosophice et subtiliter*, i. e. *accuratius examinabimus et discutiemus.* CCXCIX, 3 (Att. VII, 8).
Φιλοστόργως, *peramanter.* DCCXXVIII (Att. XV, 17).
Φιλοστοργώτερον, *amantius.* DCI, 1 (Att. XIII, 9).
Φιλοτέχνημα, *opus studiose elaboratum.* DCXXIV (Att. XIII, 40).
Φιλοτιμία, hoc loco, *Philotimi actio.* CCLXXXIV, 1 (Att. VII, 1).
Φιλοφρόνως, *humaniter, amanter.* DCCXXVII (Att. XV, 15).
Φλιοῦς, Οποῦς, Σιποῦς, *Phlius, Opus, Sipus.* CCLVI, 2 (Att. VI, 2). Nomina oppidorum. V. Ὀπούντιοι.
Φλυαρὸς, *garrulus.* DXVIII (Div. XV, 18).

Φοβερὸν ἦν, *formidabile erat.* DCXXI, 2 (Att. XIII, 37).

Φυράτης, *conturbator.* CCLXXXIV, 5 (Att. VII, 1). Ita dicitur Philotimus libertus, qui ἐπεφυράκει in rationibus bonorum T. Milonis, h. e. qui rationes ita conturbaverat, ut facile intelligeretur, nequam esse hominem et fraudibus uti. *Ern.*

Φυρμὸς πολύς, *conturbatio multa.* DCLXXXIV (Att. XIV, 5). Antonius aleator (Phil. II, 27) omnia nobis conturbat, quum Caesarianis non resistit, sed potius iis favet.

Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ: *Spirat enim non iam angustis tibiis, sed magnis follibus, sine capistro.* XLII, 1 (Att. II, 16). Horum Sophocleorum versuum, quus et Dionysius Longinus περὶ ὕψους sect. 3 commemoravit, interpretatio non eadem est, neque omnes verum sensum adsecuti sunt. Φορβειὰ quid sit, docuere Salmas. ad Solin. p. m. 585, 586, ubi etiam de hoc loco disputavit, et interpretes ad Longinum l. c., nempe capistrum, quo tibicines spiritum coërcent, ne nimius et immoderatus in tibiam irrumpat. Hinc ἄτερ φορβειᾶς metaphorice est *sine modo.* Caecilium, dicit Longinus, esse egregio spiritu, sed quum temperare eum non possit, nimium evehi, et inde tumorem, μετέωρα, existere. Sic quum Pompeius dicitur magnis tibiis uti, et vehementer eas inflare, sed sine capistro, hoc dicitur: Pompeium viribus suis, quae magnae sint, abuti, et quum cupiditatibus suis modum imponere non possit, nimis alte evolare velle, eaque cupere, quae aut ferri non possint, aut ipse non possit consequi. *Ern.*

Φυσικὴν τὴν πρὸς τὰ τέκνα, *naturalem (amorem) erga liberos.* CCXCIII, 4 (Att. VII, 2).

X

Χαρακτήρ, *stilus*, s. *forma orationis, genus dicendi.* CXLIV, 5 (Q. fr. II, 16). Nam opponitur res et χαρακτήρ.

Χολὴ ἄκρατος, *bilis mera.* CCCLXXXV (Div. XIV, 7).

Χρεῶν ἀποκοπαί, φυγάδων κάθοδοι, *tabulae novae, exsulum reditus.* CCCIV, 1 (Att. VII, 11). *Tabulae novae* dicuntur χρεῶν ἀποκοπαί, quod propterea lege fiunt *novae tabulae,* ut nomina aliter, et resecta parte aliqua, in iis scribantur, tamquam argentum pro aere: h. e. 25 pro 100, ut est apud Sallustium in Bell. Catil. *Ern.*

Χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri; *usu quidem tuus, possessione autem Attici.* DCXLVIII (Div. VII, 29).

Χρησμὸς, *oraculum.* CCCLI (Att. IX, 10).

Χρηστομαθὴς, *quae sunt ex usu discens, qui ea didicit, quae hominibus prosunt, qui utilia discit.* II, 3 (Att. I, 6).

Χρύσεα χαλκείων, *aurea pro aeneis.* CCLII, 19 (Att. VI, 1). H. e. *magna pro parvis.* Proverbium ductum ex Homero, ubi Glaucus et Diomedes arma permutant, ut aurea alter pro aeneis acciperet; Iliad. VI, 236.

Ψ

Ψευδέγγραφος, *falso perscriptus, supposititius.* DCCXLII (Att. XV, 26). De SCto falso.

Ψευδησιόδειον, *quod falso Hesiodo adscribitur.* CCCXV, 4 (Att. VII, 18).

Ψιλῶς, *mule, temiter.* CDXLV (Att. XII, 4).

Ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον: *Frigus autem tenui cuti inimicissimum.* CCCXIII (Div. XVI, 8). Euripidis versus ex tragoedia deperdita.

Ω

Ὦ ἀπεραντολογίας ἀηδοῦς: *O loquacitatem insuavem.* CDLIX (Att. XII, 9).

Ὦ πολλῆς ἀγεννείας; *O multam animi ignaviam.* CCCLXXXI (Att. X, 15).

Ὦ πραγμάτων ἀσυγκλώστων: *O res, quae contexi non possunt, o perturbatum rerum ordinem.* CCLII, 14 (Att. VI, 1).

Ὦ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δὲ: *O factum pulcrum quidem, sed imperfectum.* DCXCII (Att. XIV, 12).

Ὦ τὰν. Locus mancus. CDXII (Att. XI, 17). Corrigunt πρᾳότατα, ubi vide.

Ὦναὶ, *venditiones.* CCVIII (Att. V, 16).

INDEX II. NOTARVM

SIVE

COMPENDIORVM SCRIPTVRAE

SIMVL EXHIBENS NOTITIAM LIBRORVM QVI IN HAC ADORNANDA EDITIONE ADIVMENTO FVERVNT

A. d. ante diem; ut *a. d. V Kal.*, ante diem quintum Kalendas.

A. V. C. Anno urbis conditae.

A. *vel* Amb. *et* Ambb. Codex Ambrosianus, et codices Ambrosiani manuscripti a Fr. Bentivoglio collati. Eorum descriptionem vide infra num. I ad XVII.

Ald. Editio Aldina, num. XX.

Anton. Antonianus codex manuscriptus apud Malaspinam in epistolas Ciceronis. Ven. 1564, in 8.

App. Appiani Alexandrini Ro. Historia. Lipsiae 1785, 3 tom. in 8.

Asc. Editio epistolarum Ciceronis ad Familiares Ascensiana I. Parisiis, opinor, 1511, in fol., et Ascensiana altera Parisiis, ineunte Ianuario, 1522, in fol., Ernestio et Schützio memorata.

Att. Epistolae ad Atticum.

Ball. *vel* Balliol. Codex manuscr. Collegii Balliolensis in Anglia a Graevio tractatus.

Bened. Benedictus; editor nonnullorum librorum Ciceronis epistolarum ad Diversos apud Schütz, num. XII.

Beng. Bengelius Ciceronis interpres apud Schützium, *ibid.*

Bos. Baluz. Bosius Baluzianus, hoc est, liber Stephani Baluzii, in cuius margine descripta erant scholia Simeonis Bosii; eum tractavit Olivetus, num. IX.

Casaub. Isaacus Casaubonus interpres Ciceronis in edit. Graevio-Porcelliana, num. XI.

Cellar. Iacobus Cellarius interpres Ciceronis in edit. Graevio-Porcell. *ibid.*

Cf. *vel* Cfer. Confer.

Cler. *vel* I. V. Cler. Vide I. V. Cler.

Cod. ms. *et* Codd. mss. Codex manuscriptus *et* codices manuscripti.

Corr. *vel* Corrad. Sebastiani Corradi in M. T. Ciceronis epistolas ad Atticum σκόλια. Ven. 1549 in 8; et in epistolas ad Diversos in ed. Graevii, num. XI et XXIII.

Cort. Ioa. Gottlieb Cortius, sive *Korrte*, Ciceronis interpres in ed. Graevio-Porcell., num. XI.

Crus. *vel* Crusell. Codex ms. Petri Cruselli a Bosio tractatus apud Graevium, num. XXII.

Dec. *vel* Decurt. Codex ms. mutilus Bosii, quem ideo *Decurtatum* appellat ipse, vel etiam *scidas* Bosianas alii in ed. Graeviana, num. XXII.

Dio. Dionis Cassii Historia Ro. Hamburgi 1750, 2 vol. in fol.

Dionys. Dionysii Halicarnassaei Antiquitates Ro. Oxoniae 1704, 2 vol. in fol.

Dresd. *et* Dresdd. Codex Dresdensis *et* Codices Dresdenses msti in ed. Schützii, num. XII.

Ed. *et* Edd. Editio *et* editiones.

Ed. Iens. Editio Iensoni epistolarum ad Familiares, num. XIX; ad Atticum, num. XVIII.

Ed. Med. Editio Mediolanensis, num. XVI.

Ed. Ro. Editio Romana epistolarum ad Familiares, num. XV; ad Atticum, num. XVII.

Edd. pr. Editiones priores, num. XV, XVII, XVIII, XIX, et interdum etiam I et XVI.

Edd. sor. Editiones sorores; sic appello editiones Iensoni, num. XVIII, et Aldi, num. XX, propter affines earum lectiones.

Edd. vett. Editiones veteres; quo nomine veniunt num. XV ad XVIII, et interdum etiam XX.

Ep. *et* Epp. Epistola, epistolae.

Erf. *vel* Erfurt. Codex ms. Erfurtensis in ed. Ernestii, num. X.

Franc. *vel* Andr. de Franc. Andreas de Franciscis, qui in exemplari Iensonianae editionis, Venet. 1471, num. XIX, multas bonae notae variantes lectiones scripsit, ex antiquis Mss. mutuatas. Is fortasse fuit, qui addictus lega-

tioni Venetae ad Federicum III Aug. eiusque filium Maximilianum 1492 Mediolanum venit, quemque meminit Petrus Mazzucchellus in *Osserv. intorno al saggio istorico sopra il Rito Amb.* p. 214.

Gebh. Ianus Gebhardus interpres Ciceronis apud Graevium, num. XXIII.

Gor. *vel* Gorl. Codex ms. Gorlicensis apud Ernestium, n. X.

Got. *vel* Gothof. Iacobus Gothofredus, num. VI.

Gri. *vel* Griph. Editio Lambino-Griphiana, num. V.

Gron. *vel* Gronov. *et* I. F. Gronov. Iacobus Gronovius filius, et Ioa. Fridericus Gronovius pater, Ciceronis interpretes in ed. Graevio-Porcell., num. XI.

Grut. Ianus Gruterus Ciceronis editor, num. VII.

Gu. *vel* Guelf. Codices msti duo Guelferbytani apud Ernestium, num. X.

Guil. Ianus Gulielmus Ciceronis editor, num. VII.

H. a. Hoc anno, *vel* ad hunc annum.

H. e. Hoc est.

H. l. Hoc loco, ad hunc locum.

H-S. Sestertii nota, quae plaerumque effertur *sestertiúm*; ex. gr. ep. XV, 2: *Emi eam ipsam domum H-S XXXV*, scilicet *sestertiúm millibus triginta quinque.*

Helm. Codex Helmstadiensis Academiae Iuliae, apud Graevium, num. XXII.

Herv. Editio Hervagiana, num. III.

Hitt. *vel* Hittorp. Codex mtus Hittorpianus, opinor, inter variantes lectiones in calce editionis Graevianae, num. XXIII.

Huralt. Codex mtus Io. Huralti Boetalarii apud Lambinum, Gruterum et Bosium, num. IV, VII, XXII.

I. C. *vel* ICtus. Iurisconsultus.

I. e. Id est.

I. V. Cler. Ios. Vict. Le Clerc, num. XIII.

Interp. *et* Interpp. Interpres, interpretes.

L. c. *vel* loc. cit. Loco citato, loco appellato.

Lall. *vel* Lallem. Nicolaus Lallemandus Ciceronis editor apud Graevium, num. XI.

Lamb. Dionysius Lambinus, num. IV.

Land. Codex mstus Landius; quem vide infra.

Lav. Philippus de Lavagna, cui primum, sed falso, attribui edit. num. XVI.

Lemaire. M. T. Ciceronis opera ad ed. Ios. V. Leclerc recensita per Nic. Eloi Lemaire. Paris. 1827, vol. 13 aut 14 circ. in 8. Nondum enim omnia edita putamus.

Lib. *et* Libb. Liber, libri et plaerumque scripti; quibus opponuntur editiones typis expressae.

M. A 1 m. A prima manu.

Malasp. Leonardi Malaspinae in epp. ad Att., Brutum et Q. fr. emendationes. Ven. 1564, in 8.

Man. P. Manutii editio, num. XXI, eiusque in omnia Ciceronis opera commentarium.

Mart.-Lag. Editio epistolarum Ciceronis ad Div. per Martynum-Lagunam apud Schützium, num. XII.

Med. Codex Mediceus Florentiae apud Victorium, num. II, et Orellium, num. XIV.

Memm. Codices msti Memmiani apud Lambinum, num IV.

Ment. Codex mstus e Menteliana Bibliotheca Parisiis a Graevio inspectus, num. XXIII.

Min. Editio Minutiana, num. I.

Mongalt. Editio Mongaltiana, num. XXVI.

Ms. *et* Mss. *vel* etiam Mstus, Msti. Codex manuscriptus *et* codices manuscripti.

Oliv. Editio Olivetana, num. IX.

Orell. Editio Orelliana, num. XIV.

Pal. *et* Pall. *vel* Palatt. Codex manuscriptus Palatinus, *et* codices manuscripti Palatini a Gebhardo et Grutero inspecti apud Graevium, num. XXIII.

Pantag. *vel* Pantagath. Octavius Pantagathus Ciceronis interpres a Leonardo Malaspina et Aldo Manutio laudatus in praefatione et in notis ad Ciceronem.

Peck. Codex mstus Peckii inter variantes lectiones in calce editionis Graevii, num. XI et XXIII.

Pigh. Stephani Vinandi Pighii Annales Ro. Antuerpiae 1615, 3 tom. in fol.

Plut. *vel* Plutarch. Plutarchi vitae paralellae. Lutet. Paris. 1624, in fol.

Quart. Quarterii editio, num. XXIV.

Quint. *vel* Quintil. M. Fabii Quintiliani de Institutione Oratoria, curante Georg. Ludov. Spalding. Lipsiae 1798, 1816, vol. 4 in 8.

Rec. Codex mstus Recalcatus, quem vide infra inter codd. mss.

S. Seu.

SC. *vel* SCtus. Senatusconsultus.

Scael. Codex mstus Nicolai Scaelsii inter variantes lectiones in calce edit. Grevianae, num. XXIII.

Sch. *vel* Schütz. Editio Schützіana, num. XII.

Schön. *vel* Schönberg. M. T. Ciceronis epistolae ad Atticum, ad Q. fratrem et ad Familiares, temporum serie servata per Franc. Xaverium Schönbergerum. Viennae et Tergesti 1813, in 8. Tria tantum volumina vidi, in quibus epistolae ad A. V. C. DCCVIII dumtaxat editae sunt.

Scil. Scilicet.

Scinzen. M. T. Ciceronis epistolarum familiarium lib. XVI. Mediolani per Magg. Leon. Pachel et Older. Scinzenceller, MCCCCLXXXIIIII, in fol.

Seq., Seqq. Sequens, sequentes.

Silber. M. T. Ciceronis epistolae ad Brutum, ad Q. fratrem, ad Octavium et ad Pomponium Atticum; ex recognitione Bartholom. Saliceti et Lud. Regii. Romae per Mag. Eucharium Silber, alias Franck, MCCCCLXXXX, post XVI Kal. Augusti, in fol.

Stew. Codex mstus Stewechii a Gebhardo laudatus in ed. Graevii, num. XXIII.

Torg. Codex mstus Torgaviensis a Benedicto tractatus apud Schützium, num. XII.

Torn. *vel* Turn. Codex mstus Tornaesianus a Lambino laudatus, num. IV.

Tunst. *vel* Tunstall. Epistola ad Conyers Middleton, in qua recensionem Ciceronis epistolarum ad Att. et Q. fratrem desiderari ostenditur, auctore Iacobo Tunstallo. Cantabr. 1741, in 8.

V. Vide.

V. C. Vir clarissimus.

Vat. Vaticani codices msti apud Gehhardum in ed. Graevii.

Varr. lect. Variantes lectiones manuscriptae, nescio cuius, orae exemplaris Aldini, num. XX, et Silberi adscriptae.

Verb. Editio Verburgiana, num. VIII.

Vict. Editio Victoriana, num. II.

Vrs. Fulvii Vrsini in omnia Ciceronis opera notae. Antu. 1581, in 8.

VV. DD. Viri docti.

Zel. *et* Zell. *vel* Zelad. *et* Zeladd. Codices manuscripti Zeladiani; quos videre est infra.

Si quae alia occurrunt scripturae compendia, ea vel Ciceronis opera, vel auctorum nomina respiciunt omnibus nota.

CODICES MANVSCRIPTI

I. Chart. in fol. saec. xv signatus A, 73. Par. infer. — Fragmentum epistolae ad Diversos, quae est lib. VI, 18.

II. Chart. in fol. saec. xv sig. A, 234. Par. inf. Epist. ad Div. libri XVI.

III. Chart. in fol. saec. xv sign. A, 235. Par. inf. Epist. ad Div. libri XVI cum notis nonnullis.

IV. Chart. in 4. saec. xv sign. B, 124. Partis sup. Pars ep. 1, lib. I ad Q. fr. usque ad c. 4. Epist. ad Div. lib. IV, 5, 6, et lib. V, 16, 12 et 13.

V. Custodia membr. cod. chart. in 4. saec. xv sign. C, 39. Par. sup. Epist. ad Div. lib. XI, 2, 10 et 11.

VI. Membr. in fol. saec. xv sign. C, 220. Par. inf. Epist. ad Div. libri XVI. Desunt tamen epp. 23, 24 et 25 libri VII, omnes libri VIII Caelii ad Ciceronem, et 2, 3 et maior pars 4 lib. XIV.

VII. Membr. in 4. saec. xv sign. D, 67. Par. inf. Epist. ad Div. libri XVI. Deest tertius quaternio, in quo erant duodecim epistolae ultimae libri II, et novem primae lib. III.

VIII. Chart. in fol. saec. xv sign. E, 124. Par. sup. Epist. ad Div. 12, 13, 18, 20 et 21 libri XV; omnes libri XVI ordine paullum perturbato; 5 libri V; et 17 lib. XI.

IX. Membr. in 12 saec. xv sign. G, 13. Par. sup. Ad Quintum fratrem lib. I, ep. 1.

